6
14-b

6
10 D
14

Iliados
Homericæ
ab Hermanno
Hesso Lat.
carmine reddi-
ta.
Basileæ, 1540.

6.14-b.2

ADHVMANISSIMVM ATQVE ORNATISSIMVM VIrum Dn. Caſparem Schetum Coruinum patricium Antuerpianum, amicum cariſſimum ſuum, [redacted]

HOMERI ILIADA à ſe Latino carmine redditam,

PRAEFATIO.

In uarias quondam partes diſtractus Homerus,
Et lacer ingrato ſparſus in orbe fuit.
Reddidit è toto Piſiſtratus orbe reductum,
Sicut ab exilio, Græcia docta tibi.
Sed uelut adſertum ſibi Græcia ſola legebat,
Expers Mæonidæ lingua Latina fuit.
Quamuis & legerent ſummum Romana poëtam
Ingenia, & tantas aſſequerentur opes:
Nemo tamen Latiæ conatus tradere linguæ,
Carmine qui uellet reddere nemo fuit.
Nam quid pauca morer, quę tanq̃ uana iacebant
Fragmina, uix aliquo lumine digna legi?
Quid loquar, ut numeris, & Gręca luce carentem
Deſierint homines uatis habere loco?
Adde, quod eximium diuini carmen Homeri
Nituit hac multo conditione magis.
Donec in hæc etiam loca migraret is Athenæ,
Noſtraq; facta ferè Cecropi lingua fores.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

T um docti agricolæ noſtros ſparſere per agros,
S ed tantum partes meſſis Homere tuæ.
I pſe quoq; in partes auſus ueniſſe, ferebam
P auca laboranti farra reſecta manu.
T erritus inde graui ſubeundi mole laboris,
A bieci irata pondera uaſta manu.
I am ſecurus eram, iam liber, & ocia ſpectans,
D itia Mæonidæ rurſus in arua uocor.
E t iam ter duo tranſierant ſine meſſibus anni,
T am neglecta diu cum ſeges iſta foret.
C um ſubito aggreſſi me non paterentur amici,
O cia ſecura libera mente ſequi.
Q uos inter primus cum noſter Oporinus eſſet,
C ontendens noſtri hoc eſſe laboris opus:
C ur non ingenuè fatear, tibi Oporine ſoli
D eberi Latio carmina uerſa pede?
I s tibi Mæoniden Romana uoce loquentem
P er nos, quale uides, munus habere dedit.
H uic etiã, quod prodit opus ſine crimine mendæ,
E ſt opus acceptum Teutoni fama feras.
S i quoq; curæ aliquid uerſi debetur Homeri,
H unc tu Chimerinon dixeris eſſe, licet.
T ertia debetur tibi laus cariſſime Caſpar
S chete, domus meritò gloria prima tuæ.
N am cum ſis opibus pollens, & diuite cenſu,
E t ſtudia ad tantas accumularis opes,
M aior ab ingenij te gloria laude ſequetur,
Q uàm quæ diuitijs poſſet ineſſe tuis.
D iuitias ſiquidem comitatur ſæpe uoluptas,
A rtibus ingenuis noxia mille modis.
V era tamen pariunt ſtudiorum gaudia Muſæ,
S umma uoluptatis non habet iſta modum.

Adde

Adde quod illecebræ, quæ ſcrinia plena ſequũtur,
Momento ueniunt intereuntq; breui.
Muſa uoluptates quas parturit inclyta, uiuunt,
Et ſolidæ duro ſtant adamante magis.
Non opus exemplis, quorum tot millia nemo,
Qui memorata alijs neſciat, eſſe poteſt.
Hoc tamen eximium: niſi Muſa fuiſſet Homeri,
Tempore perpetuo Troia ſepulta foret.
Nec modò magnanimũ quiſq; meminiſſet Achil-
Nec labor extaret fortis Vlyſſe tuus. (lem,
Muſa dat æternos ueris cultoribus annos:
Quam patiuntur opes, carmina morte carent.
Tu quoq; non opibus tantum confiſe ſuperbis,
Longè alia famam conditione paras.
Sic etenim doctas ſequeris Coruine ſorores,
(Coniunctum hoc Scheto iam tibi nomen erit)
Sic colis Aonidum ſacri pia numina fontis,
Vt credi poſſis progenuiſſe domi.
Nec minus accedunt tibi turba domeſtica Muſæ,
Quam quota quæ mœſtas gaza tuetur opes.
Tam tenerum docta modularis arundine carmen,
Quàm quod Pierides uix ceciniſſe queant,
Idq; ætate uirens, & adhuc iuuenilibus annis,
Atq; hæc prima tui munera ueris habes.
Floret in æſtatem tibi meſſis amœna futuram,
Fructibus autumni uix habitura locum.
Nec tibi diuitiæ plus tempora ſera leuabunt,
Quàm quæ te ſtudijs aucta uidebit hyem.
Fœlix, qui uitæ totum digeſſerit annum,
Hoc quo tu ueris tempora more locas.
Non illum temerè robuſta fefellerit ætas,
Illi quo ſenium triſte leuetur erit.

Non illūm ueniens mors opprimet atra timentem,
In ſua ſemper enim fata paratus erit.
Quin etiam poſt fata manens erit ille ſuperſtes,
Qui ſic & Charitas Pieridasq; colit.
Quare age, macte noua uirtute, atq; indole tali,
Caſpar in æternos hinc abiture dies.
Iam tibi grande tua nomen uirtute paratum eſt:
Nec dubita, noſtro carmine maius erit.
Nec tamen è noſtro tibi tanta labore futura eſt,
Quanta è Mæonidæ gloria diuitijs.
Quas tibi nunc, Latiæ donatas munere linguæ,
Inſcriptas, utinam munera grata, damus.
Accipe digna tuis uirtutibus omina tantis,
Quæ facilem ſternant ad meliora uiam.
Accipe Mæonidæ diuinum carmen Homeri,
Expreſſam Latijs uerſibus Iliada.
Se tibi Romanus debere fatebitur, orbis
Qui Danao totus noluit ore loqui.
Non quia iam Graiæ ſint iura incognita linguæ,
Et tantis careat noſtra iuuenta bonis,
Sed quia ab exemplo pulchrum eſt prodeſſe, nec
Conſulitur ſtudijs conditione magis. (ulla
Adde quod Argiuo quicunq; erit ore diſertus,
Illius & linguæ compos & huius erit.
Mæonidem proprio mauult legere ore loquentem,
Quam dantem externis commata fracta modis.
Et uenerabilior ſuus eſt & maior Homerus,
Da ueniam, uicijs obruor ipſe meis.
Graia magis penetrant animos, & pectora mulcēt,
Neſcio quid peius lingua latina ſonat.
Grande operæ preciū tamen hoc, me iudice, uiſum
Græca prius, pueris facta latina legi. (eſt,

I nde ut ab exemplo ueluti maiora ſequuti,
P ropoſita inciperent currere uelle uia.
N oſtraq; fonte ſuo ceu deriuata uidentes,
D e proprio mallent hauſta bibiſſe lacu.
N ec tantum pueris, quibus inſeruiſſe decorum eſt,
H æc data, per Muſas, ut legerentur erant:
Q uin etiam doctis, ſpes eſt bona, poſſe probari
C armina non cæci facta latina ſenis.
N ã bona ſi Græcis quæ ſunt, bene uertere laus eſt,
I nde mihi laudis ſpes aliquanta fuit.
Q uamuis ô utinam tam temporis iſta fuiſſet,
Q uàm fuit euentus cauſa probata mihi.
N am nimis ad metam feſtinauere iugales,
Q ueis nimium currus creditus iſte fuit.
S i qua leges igitur properæ neglecta Thaliæ,
D a ueniam: lapſus impetus omnis habet.
C ætera quid referam, quæ me potuere morari,
D ifficile è Graijs reddita mille locis?
N am quis id aſſequier ſe ſperet poſſe, Latinis
V t numeris numeros exprimat Argolicos?
Q uos dum circuitu uerborum expendere conor,
I n breuis immenſum pagina creſcit opus.
Q uocirca moueare nihil, ſi grandior exit
I lias, in patria quàm fuit antè ſua.
H uius cauſa fuit Latij ſermonis egeſtas,
S i linguæ ſpectes uberioris opes,
S i qua nouata etiam patrio de more legentur,
S cito ea uerſa aliter non potuiſſe dari.
Q uanquam & pauca eadem, ceu ſparſa parerga ui
E t uenia dices digna fuiſſe ſua. (debis,
Q uin etiam ornatum quendam traxiſſe putantur,
Q uæ peregrina aliqua parte figura nouat.

Auribus & quædam quia ſint inſueta Latinis,
Hoc noua ſunt, ſpeciem quod nouitatis habent.
Nec metuo inuidiam, nec me ulla calumnia terret,
Non his ipſe malis liber Homerus erat.
Hæc ego iamdudum uideor ſpreuiſſe, nec ullum
Quiſquis es è nobis Zoïle nomen habes.
Ergo nec inuidiæ mihi reſpondere neceſſe eſt,
Quæ me ſi qua manet, iam quoq; ſpreta iacet.
Ad te iterum redeo, cui noſtri ſumma laboris,
Et noua, ſic meritò, cura dicanda fuit.
Adſere Mæoniden Caſpar tibi Schete dicatum,
Hæc eſt officij cura futura tui.
Adſerere ut poſſis, per nos tibi ſtrata palæſtra eſt,
Hoc quod de uatum principe carmen habes.
Nec te commoueant, quos linguæ cura Latinæ
In diuerſa nocens deuia penè rapit.
Quos ſua delectant nimium, dum ſcripta Maronis
Mæonidæ magno præpoſuiſſe ſtudent.
Eſt Maro (confiteor) cui par non poſſit haberi:
Sed quantus tamen eſt, tantus Homere tibi eſt.
Congreſſum ſtolido culpant Diomedea Glauco,
In uerbis aliquem non habuiſſe modum.
Aiacem collatum aſino, Troum agmina muſcis,
Quæq; eadem toties ſit repetiſſe nefas.
Plurima præterea doctis cenſenda relinqui
Iudicio, malim, quàm ſtatuiſſe meo.
Aptius iſta licet cuncta expreſſiſſe Maronem
Sit uerum, & uero iudice, nemo neget:
Non tamē hinc magno ſua laus aufertur Homero,
Et magis hæc ipſum qualiacunq; decent.
Sicut in antiquis delectant plurima templis,
Suſpenſosq; oculos, ſigna, uidentis habent.

S ic quæ ſimpliciter toties repetiuit Homerus,
A dmiranda magis, quàm iugulanda puta.
I ſta uetuſtatem puriſſima forma decebat,
P oſteritas facta eſt ingenioſa magis.
Q uamuis ingenijs fuerit fons primus Homerus,
E x quo non ſolus lauerit ora Maro.
I n reliquis quanta eſt facundia, quanta poteſtas,
C ogere quos animos, in ſua uota, uolet?
Q uod mare, quis torrẽs, quis lapſus ab æthere nym
O mnia proſternens, fortior eſſe queat? (bus
N on tamẽ hic animus laudes deſcribere Homeri,
V irtutes'ue omnes enumerare, fuit.
N unc igitur calamũ reprimẽs, te Schete precabor,
Q uantum ſuſtineas emediteris onus.
Q uanta tibi incumbat tantarum ſarcina rerum,
Q ua leuius cœlum ſuſtinuiſſet Atlas.
S i tamen in clypeo, terras, mare, ſidera Achilles
P ertulit, hoc pondus tu quoq; fortè feres.
N amq; quid addubites ualidos aptare lacertos?
Q uæ ſublata iuuant pondera, ferre leue eſt.
P onderis hæc tibi erit moles, ea cura ferendi,
N oſtra patrocinio ſcripta leuare tuo.
S i quis, ut eſt uulgi petulans furor, iſta laceſſat,
N on mea, ſed Scheti Caſparis eſſe ſciat.
H ic quoq; Coruini memor ut cognominis eſſes,
H iſtoriæ ratio te monuiſſe poteſt.
Q uanquam cura nihil nos debuit iſta morari:
O mnia, uaticinor, ſpe meliora cadent.
A ccipiet placido Latiam Germania uultu
I liada, & laudes credet habere ſuas.
F orſitan &, quas noſtra uidet uicinia, gentes
N oſtra, nec auerſo lumine, ſcripta legent.

T u quoq; non alia melius ratione fereris
I nclytus, & famæ lætus honore nouæ.
C uius, quæ leget hoc in magnũ carmen Homerũ,
P oſteritas omnis teſtis & author erit.

MARNBVRGI, XV Martij,
M. D. XL.

ILIADOS HOMERI-
CAE AB [redacted]
[redacted] Latino carmine reddita

LIBER PRIMVS.

DIC mihi magnanimi Pelidæ Muſa furorem,
Qui multas miſeris clades inuexit Achiuis,
Heroumq; auido multorum tradidit orco
Illuſtreis animas, canibusq; rapacibus eſcam
Corpora, & aërijs auibus, diſperſa per altos
Littoris Iliaci campos. Iouis alma uoluntas
Iſta fuit: poſtquam Graiûm rex magnus Atrides,
Et Thetide æquorea generatus diuus Achilles,
Conſeruere truces animis diſcordibus iras,
Quis deus hos inter rixam commouit acerbam?
Supremi Iouis & Latonæ filius, omnis
Cauſa fuit luctus. namq; hic iratus Atridæ,
Mortiferam peſtem per caſtra immiſit Achiuûm,
Nomine contempti Chryſæ, ſua ſacra ferentis,
Quem ferus Atrides dictis uiolarat iniquis,
Et ſimul indignis rebus. Namq; ipſe ſacerdos
Ad celeres Danaûm ſtantes in littore naues
Venerat, adducens pro cara plurima nata
Munera, nec precium redimendæ uile puellæ
Præ ſe ſacra ferens manibus, uittasq;, coronasq;,
Aureaq; immenſo iaculantis Apollinis arcu
Sceptra, preces lachrymis miſcens circumibat Achiuos:
Præcipue geminos fratres orabat Atridas,
Quos penes imperij ſtabat ſuprema poteſtas·
Atridæ fratres, uosq; omnes ordine Achiui,
Sic uobis ſuperi cœleſtia templa colentes

Propoſitio cũ inuocatione.

Narratio.

Chryſæ ſacerdotis A-

pollinis ad Atridas & Græcos oratio.

D ent capere Iliacæ Priameïa mœnia Troiæ,
V osq́; domum reduces, ſaluos reperire penates,
R eddite dilectam natam mihi, donaq́; uobis
S umite, nec precium redimendæ uile puellæ,
S ancta ſagittiferi uenerantes numina Phœbi.
H ic omnes alij proceres, & pubis Achiuæ
A gmina, ſucclamant, ſenis accipienda uideri
M unera, reddendam miſero ſua uota parenti
F iliolam. ſed non Agamemnonis iſta uoluntas:
Q ui nec iura patris, nec maxima munera quicquam
S upplicis erubuit: ſed iniqua percitus ira,
V ltro etiam inſontem uerbis inceſſit amaris.

Chryſen cõtumelioſe repellit Agamemnõ.

I procul hinc, inuiſe ſenex: ac deinde caueto,
N e tam ſtulta tuæ ueniat fiducia menti,
R urſus ut has adeas naues: ne forte reuerſum
V el te nunc etiam nec Apollinis infula tutum
P ræſtiterit ſatis, aut quæ nunc geris aurea ſceptra
E ripiant mihi. non etiam hanc dimittere certum eſt,
Q uin potius procul à patria, captiua ſeneſcet,
E t tractura colos ad amœnum ſeruiet Argos,
E t noſtri ſternet ſubeunda cubilia lecti.
S ed fuge, ne tumido moueas mihi pectore bilem,
N e' ue tuæ poſſis uitæ remanere periclo.
S ic ait. at ſenior ſtupefactus pectore toto
P aruit, & celer euaſit reſonantia ponti
L ittora, multa mouens animo. Tum numina ſupplex
L atona genitι, ſic dicitur eſſe precatus.

Oratio Chryſæ ad Apollinem.

E xaudi pater auricomo ſpectabilis arcu,
Q ui Chryſam Cillamq́; tenes, loca ſacra, potentiq́;
A lme manu Smintheu Tenedo dominaris aquoſæ,
S i tua rite meis ueneratus templa ſacerdos
M uneribus, ſi grata tuas libamina ad aras
P erfeci, aut unquam noſtra tibi uictima dextra

Plaucit

P lanxit humum moriens, ſi pinguia uiſcera flammis
C aprarumq́; boumq́; adoleui, age Phœbe petenti
H oc deſiderium mihi perfice, perde ſagittis
C aſtra tuis Danaûm, lachrymasq́; ulciſcere noſtras.
T alia cum lachrymis, & triſti uoce precatum
A udijt arcitenens, atq; acri percitus ira
S umma petit cœli, ex humeris radiantibus arcum
S uſpenſamq́; gerens pharetram, quam feruidus ira
C oncuſſit, motæ ſtrepitu ſonuere ſagittæ:
I pſe atræ ſimilis nocti, uolat agmina contrà
I nſiſtens Danaûm, telumq́; intorſit. at ipſum,
I ngentem uacuo ſonitum dedit aëre lapſum,
A rgenti celeres penna ſtridente per auras.
P rincipio iumenta ferit letalis arundo,
I mpigrosq́; canes: hominum mox corpora, fœda
S trage ruens, totis cumulabat funera caſtris.
P lurima iamq́; pyris arſere cadauera. poſtquam eſt
T er tribus in populum peſtis graſſata diebus.
B rachia dehinc niueæ monitu Iunonis, Achilles
C onuentum decimo cunctorum cogit Achiuûm.
I lla quidem Danaos non æqua mente ferebat,
C um perimi miſeros indigna morte uideret.
I lli igitur cœtu poſtquam coiere frequenti,
S urgit ad hos, atq; inde pedes celer infit Achilles.
A trida, nunc ergo domum ſine laude reuerti
C ogemur, ſi forte tamen ſit poſſe reuerti,
E t fatum liceat præſens euadere, & iſtam
Q uæ ſimul exhaurit uires in bella, nec ipſos
P eſtis acerba ſinit Danaos ſupereſſe, ſed urgens
N os domat, & ſumptis deſiſtere coget ab armis.
V erum age, nos aliquem callentem fata deorum,
A ut qui per ſacram uenientia ſomnia noctem
E xplicet (ex ipſo ſiquidem ſunt ſomnia cœlo)

Peſtē in exercitū Græcorum immittit Apollo.

Peſtis deſcriptio.

Achilles Agamemnoni.

A ut multa doctum ſacra relligione, rogemus,
Q uid noſtra ſibi clade uelit diuina uoluntas,
C ur ita nos miſere deuaſtet Phœbus Apollo·
A n quia uota minus perſoluimus, an quia ſacris
F acta mora eſt, fieriq; ſibi deus illa repoſcat,
S iue agno tenero, corpus'ue recente capella:
H oc ſi forte malam placatus munere peſtem
A rceat. hæc dicens, reliquis aſſedit Achiuis.
Calchas uates. T um cunctis toto reticentibus ordine, ſolus
C alchas Theſtorides longe celeberrimus augur,
Q ui quæ nunc fierent & quæ uentura tenebat,
I dem qui caneret quæ dudum facta fuiſſent:
Q uem Danai tumidum ſulcantes nauibus æquor,
C onſtituere ducem ſacram Simoëntis ad urbem.
C ui Phœbus pater ipſe ſuas conceſſerat arteis:
S olus hic aſſurgens, ſacro ſic ore canebat·
Calchas Achilli. Ae acida, dilecte Ioui, mandata profari
P ræcipis, & cauſas irarum exponere Phœbi,
I n ſpacia aërias iaculantis longa ſagittas:
P areo, nulla mora eſt. & tu promitte uiciſſim,
S acramenta ferens fidei mihi certa futuræ,
F acturum quæcunq; peto: ne uera loquentem,
A tq; ideo expoſitum magnis fortaſſe periclis,
A uxilio caſſum, uerbis'ue, manu'ue relinquas.
C redo etenim nimiam quoniam exardeſcet in iram,
O mnibus imperio qui præſidet unus Achiuis.
„ S emper enim regis metuenda eſt ira minori.
„ Q ui quanquam male diſsimulat, bilemq́; moleſtam
„ C oncoquat, & pœnam præſens in tempus omittat,
„ N on tamen imbibitæ ſemel obliuiſcitur iræ,
„ S upplicio dum facta graui commiſſa rependat.
D ic igitur, num me iubeas ſperare ſalutem.
Q uem contra pedibus celer hæc reſpondit Achilles·

Aude

Aude animo uates, & quæ reſponſa deorum
Cunq; tenes, deprome, & Achiuûm profer ad aures:
Sancta per irati iuro tibi numina Phœbi,
Cuius tu Danais promes oracula Calchas,
Donec in hoc aliquis ſuperabit corpore ſanguis,
Donec humi ualidis pedibus ueſtigia figam,
Nemo manus in te uiolentas ingeret unquam,
Has apud excelſas naues, non omnibus unus
E' Danais quiſquam, non ſi uolet ipſe Agamemnon,
Quem præſtare alijs regnandi uiribus aiunt.
Tunc bonus hæc poſita cœpit formidine uates.
Non damnat uotis, non ſacra repoſcit Apollo
Irrita, ſed ſæuit contempto præſide Chryſa
Sacrorum, quem reiectum dimiſit Atrides,
Nec dulcem miſero dignatus reddere natam,
Sumere nec precium redimendæ grande puellæ.
Hæc fuit, hæc fiet multorum cauſa malorum:
Nec deus antè malum ceſſabit ſpargere uirus,
Peſtiferas non antè manus cohibebit ab ictu,
Filia quàm miſero redeat formoſa parenti,
Et redeat nullo precio, non ære redempta,
Noſq; ſacras Chryſæ centum ſtatuamus ad aras
Mactandos de more boues. ſic poſſe uidemur
Offenſum placare deum, atq; auertere peſtem.
Hæc ubi dixiſſet, ſeſſum conceſſit. at ipſum
Talia uerba loqui de rebus talibus auſum,
Indignans furia mentem turbatus Atrides,
Ardentes uoluens oculos, & lumina flammis
Ignea contorquens, poſtquam aſſurrexit, in ipſum
Inuectus Calchanta, hanc rupit pectore uocem.
O inſtructe dolis uates, & plene malorum,
Quando unquam mihi uera tuo uox ore profecta eſt?
Qui confictа aliquo ſemper mendacia fuco

Achilles Calchanti.

Calchas Græcis cauſam iræ Apollinis aperit.

Agamemnō iratus Calchanti.

 Contegis,

C ontegis, & nunquam bona uaticinaris amico:
N unc quoq; ſeductis audes oracula Graijs
F alſa deûm canere, & cladis prætexere cauſas,
P eſtiferam longe iaculantis Apollinis iram,
Q uod non reddiderim patri (ſua uota) puellam,
I am non uulgari mihi conſuetudine iunctam,
Q uamq; Clytemneſtræ iamdudum uxoris amori
P rætulerim: quanquam illa meos prima abſtulit ignes,
P rima meum tetigit mihi tradita uirgo cubile:
Q uanquam non etiam naturæ dotibus ullis,
N on ſpecie, non ingenio, non munere formæ,
N on rara uirtute animi, non arte laborum,
C oniugis eximio Chryſeïs cædat honori.
S i tamen hæc melior uobis ſententia uiſa eſt,
N ata licet cupido reddatur inempta parenti:
C ur etenim ſaluos nolim? cur ueſtra uidere
F unera iucundum fuerit mihi? uiuere malo
N unc equidem populum, quàm clade perire nefanda.
V t tamen hæc aliquo condigno munere nobis
D amna rependantur, curetis oportet Achiui,
E t mihi pro rapta Chryſeïde dona paretis
D igna ſatis: ne cum reliqui ſua præmia ſeruent,
S olus ego impenſæ caream uirtutis honore.
H uic animo pedibusq; ualens reſpondit Achilles.

Achilles Agamemnoni.

M axime, ſed quo nec ſit auarior alter, Atrida,
Q uæ tibi magnanimi reddant nunc præmia Graij?
Q uandoquidem nihil eſt in publica noſtra redactum
S crinia, & euerſis quamcunq; ex urbibus olim
„ C epimus, in populum diuiſa eſt præda. nec æquum eſt,
„ Q uæ ſibi quisq; tulit ſudati iuſta laboris
„ P ræmia, ſub ſortem reuocare, & munere quenquam
„ V irtutis fraudare ſuæ, fructuq; laborum.
S ed gratam nunc ipſe deo dimitte puellam,

T erq; quaterq́; tibi nos reſtituemus Achiui,
V irgine ſi qua tibi decedere credis adempta,
A nnuat ipſe modò ſuperûm pater urbe potiri
Q ua cupimus, ſacræq́; euertere mœnia Troiæ.
H unc ita rex contrà eſt uerbis ingreſſus Atrides:
M e'ne, deo forma ſimilis fortiſſime Achilles, — Agamemno Ach. Ili.
P oſſe latêre putas, quas nectis fraudibus arteis?
N ec ratione mihi quaquam perſuaſeris iſta,
Q uod cupis, ut tua ſint tecum iucunda laborum
P ræmia, non habeam quibus ipſe oblecter honores.
R eddere nunc ſuades Chryſeïda: nil moror autem,
Q uo minus illa patri redeat. quod ſi nec Achiui
C onſtituant animis quæ præmia digna rependant,
P ro mihi ſurrepta Chryſeïde, nitar ab ipſis
E ripere inuitis: ſeu tu, ſeu maximus Aiax,
S iue Ithacus fuerit, quem ſors mihi deſtinet, illum
D eliciarum aliqua ſpoliatum parte relinquam.
Q uicquid erit, pòſt uiderimus. Nunc ergo paretur
N auis, in æquoreo curſum factura profundo,
I n quam remigio inſtructam ponantur ad aras
M actandi de more boues, atq; ipſa nitentes
C hryſeïs formoſa genas reddenda parenti.
O mnibus his aliquis rebus dux præſit agendis,
A ut Aiax, aut Idomeneus, aut diuus Vlyſſes,
A ut tu cunctorum lingua audaciſſime Graiûm,
P eſtiferi nobis qui placet Apollinis iram.
A d quem torua tuens, pedibus celer, orſus Achilles:
H eu (inquit) ſcelerate, omnemq́; exute pudorem, — Achilles Agamemnoni conuicia tur.
E t lucris inhians: & quis tua poſſit Achiuûm
I uſſa pati placidis animis? quis ferre ſuperbum
I mperium? ſeu ſit ratio exploranda uiarum,
S iue manu dubium pugnante laceſſere martem.
N amq; nec ulla fuit Troiam mihi cauſa petendi,

N ec ſæuo Iliacos euertere marte penates,
C um mihi nulla mali dederint incommoda Troës,
N on armenta boum tulerint, non agmen equorum,
A rua nec herboſæ populati pinguia Phthiæ
E ruerint ſegetes, quando ſpacijs immenſis
D iſtat, & interſunt reſonantis plurima ponti
Ae quora, & umbroſi Phthiamq; & Pergama montes.
S ed tua, flagitioſe uir, abiectiq; pudoris,
E t ſpectata tui nos gratia fratris adegit,
V t nos huc ſequeremur, honorem deniq; ueſtrum
H is adſerturi manibus, ſub mœnibus altis
D ardanidum. ſed nulla tibi (canis improbe) cura eſt
D e nobis, quos nec merito ueneraris honore:
N empe & adempturum qui te mihi dona mineris
T radita, quæ multis mihi parta laboribus, ipſi
A rgolici tribuere duces: quaſi plurima quiſquam
N eſciat eueniſſe tibi, & pulcherrima dona,
P lenam aliquam populo quoties euertimus urbem
T roiugenûm Danaï. ſed enim pars maxima belli
H uius opus dextræ, manuum labor ille mearum eſt,
M axima præda tua eſt, ſemper tua plurima ſors eſt.
A cria quinetiam defeſſus bella gerendo,
Q ualiacunq; mihi eueniunt, æquiq; boniq;
C onſulo, ſæpe licet non maxima munera dentur.
N unc quia contemptus tibi ſum, ſtat certa uoluntas
I n mare quamprimum totam deducere claſſem,
E t patriam potius Phthiam cum laude reuerti,
Q uàm tibi apud Troiam tam ſegnia bella gerenti
I mpendiſſe operam, unde nihil ſperare relictum
S it mihi uel famæ, uel opum, ſed honoris adempti
P lurimáq; incertæ ſubeunda pericula uitæ.
Agamemnō Achilli. H unc ita rex contrà uerbis inuectus Atrides·
Q uando (inquit) tua ſic ſuadet tibi certa uoluntas,

Actutum

A ctutum, licet, hinc abeas: fuge, nil moror. haud te
O rabo ut maneas me propter. ut ipſe recedas,
N on deerunt alij qui me uenerentur, & ipſum
N on fugiant, ſed præcipue conſultor honorum
I uppiter. ipſe quidem mihi es inuiſiſsimus omni
D e numero regum, quem nil niſi iurgia ſemper,
S æuaq; bella iuuant. quod ſi fortiſsimus omnes “
I nter es, hoc ſuperi dederunt, non tu, tibi Achille. “
Q uare hinc in patriam tota cum claſſe profectus,
M yrmidonas rege deinde tuos, & fortia in ipſos
I mperia exerce. nec enim te aut ipſe morabor,
A ut metuam iratum. ſed & hæc tibi facta minatus
P rædicam, ut mihi nunc aufert Chryſeïda Phœbus
(Q uam naui impoſitam patri mox inde remittam)
S ic tibi formoſam eripiam Bryſeïda, nuper
Q uæ tibi ſorte data eſt. hanc, te nolente, puellam
I n mea deducam tentoria: ut hinc tibi conſtet,
Q uanto noſtra tuo ſit marte potentia maior,
E t metuant alij poſthac me inceſſere dictis
T alibus, & ſeſe noſtris opponere uotis.
D ixit. at Aeacidæ circum præcordia ſanguis

Achilles iraſcitur Agamemnoni.

A tra bile tumens, magnos in corde dolores
E xcitat irato: dumq; alta mente uolutat
Q uid faciat, num diſtricto (quem forte gerebat
A d latus hærentem) feriat mucrone tyrannum,
E t merita inſiliens Agamemnona morte trucidet,
A n potius rabidæ moderetur & imperet iræ:
Q uæ dum mente agitat, dubioq; in pectore uerſat,
I am nitida magnum uagina eduxerat enſem.
E cce ſed aërias cœlo delapſa per auras
P allas adeſt, tales quam brachia candida Iuno
M iſerat arcturam turbas, quia ſcilicet ambos
F ouit amore pari: tunc aſtitit ergo furenti

Pallas iratum Achillē à cæde Agamemnonis cohibet.

A tergo iuueni,& dextram flauente capillo
I mplicuit,traxitq; retro,non uiſa,nec ulli
N ota,niſi Aeacidæ.qui mox ſtupefacta reflectit
L umina contactu,mox uiſa agnouit amicum
N umen,& horribiles oculos,flammaq; micantes.

Achilles Palladi.

E rgo his alloquitur·Quis te Ioue nata,deorum
E git,ut hæc peteres lachrymoſæ littora Troiæ?
N unquid ut aſpiceres quæ nos iniuria acerba
V exet,ab Atrida iuſſis illata ſuperbis?
V erum ego uaticinor,nec me præſagia fallunt,
H unc aliquando ſui perdet ueſania faſtus.
C œrulea huic oculos reſpondit talia Pallas·

Pallas Achilli.

C ompreſſura tui ueſanos pectoris æſtus
C œlitus adueni,me brachia candida Iuno
M iſit,ab amborum pariter quod amore mouetur.
V erum age ſiſte animos,finemq; impone furori,
V erborumq; tuæ ſtent intra iurgia rixæ.
T empus erit,nec abeſt procul hoc,cum talia demens
S i queat Atrides probroſa rependere facta,
M uneribus cupiet triplo potioribus olim,
Q uæ tibi ut accipias ultro delata rogabit.
T u cohibe irati furioſos pectoris æſtus,
N ec tibi propitijs nobis parère recuſa.

Achilles Palladi,hoc eſt, rationi obſequitur.

S ic dea: ſic pedibus uelox reſpondit Achilles·
V eſtra quidem,Diuæ,mihi iuſſa capeſſere fas eſt,
N unc quoq;,cum nimia mihi mens exæſtuat ira:
H oc etenim præſtat mortalibus utile munus.
" N am qui ſancta pie ueneratur numina diuûm,
" P ræcipue exaudire ſolent hunc numina diuûm.
" D ixit:& argento cælata manubria,dextra
C orripiens,magnum uagina condidit enſem.
A t dea magnanimo poſtquam perſuaſit Achilli,
A uolat,& terras linquens conſcendit Olympum,

Templaq;

Templaq; ſancta deûm ſubit, & Iouis ægide clari.
Nec minus in furias iterum exardeſcit Achilles,
Acribus aggreſſus repetitum Agamemnona dictis.
Ebrie, uicte mero, uultu diſtorte canino, Achilles Agamemnoni.
Qui trepidum pauidi cor habes timidiſsime cerui,
Qui nunquam armatas legiones ducere in hoſtem,
Nec cum principibus loca conuenientia Graiûm
Inſidijs capere, & peruertere fraude laborem
Suſtinuiſti animo. certe & ſapis, illud agendo,
Quod tibi tutius eſſe putas: ad caſtra ſedere,
Præmia contrahere, atq; ad nos ſpectantibus uti,
Si quis Achiuorum tibi contradicere uerbis
Audeat, ô populi rex deuaſtator Achiui.
Quod ſi non etiam faciendis rebus inertes
Imperio regeres, ignominioſa profectò
Iamdudum tua feciſſet petulantia finem.
Præmoneo tamen, ac ne ſpernas forte monentem,
Iure ratum facio iurando, hoc eſſe futurum,
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat) Virgilianum.
Nunquam fronde leui fundet uirgulta, nec umbras,
Cum ſemel in ſyluis ima de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitq; comas, & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, manibus proceres nunc illud Achiui
Geſtant, qui Iouis acceptas ſub numine leges
Iuraq; conſtituunt, æternaq; fœdera firmant:
Sic ego non olim precibus precio'ue mouebor,
Vt cupiam miſeros armis defendere Graios,
Quos homicida manus premet Hectoris, ultima uictis
Fata ferens, & cæde ferox affliget acerba.
Tunc tua mordaces laniabunt pectora curæ,
Quod uelut ignauos tibi duxeris inter habendum
Eſſe uirum, qui longe alios excellat Achiuos.

Sic

S ic ait: & clauis fixum fulgentibus auro
I ncutiens prona ſceptrum tellure, reſedit.
A tq; hic ex alia cum parte pararet Atrides
I nſanire animo, ſurgens Neleïus heros
Neſtoris ætas & eloquentia. N eſtor, & ore grauis, Pyliæ dux gentis, & annis:
C uius dulciloquo mellitus ab ore fluebat
S ermonis lepor, & linguæ diuina ſuauis
G ratia: præteriti qui iam duo uixerat æui
S æcula, quæ claudant humanam ſingula uitam,
Q ui cum floruerat multis iam lumine caſſis:
T ertia namq; Pyli ſenior tunc regna tenebat:
I s nunc hæc placido de pectore dicta profudit.
Neſtor Agamemnoni & Achilli. H ei mihi qui fletus, quis mœror Achëida terram
A fficiet, quàm res Priamo feret iſta ſuauem
L ætitiam, Priamoq; ſatis: quàm Troës, & omnis
T roïa gaudebit tellus, animoſq; ſuperbos
E fferet hoſtiles, ubi uos decernere pugna
V erborum audierint, ſtudijſq; ardere nefandis
I rarum atq; odij, qui cunctis rebus Achiuis
P ræſtatis, ſeu conſilio, ſeu bella gerendo
R em iuuiſſe opus eſt. Nunc ergo ætate minores
A mbo ſeni parete, meam nec ſpernite uocem.
N amq; ego ſæpe uiris uobis melioribus olim
A ſſueui, gratuſq; fui, quos priſca tulerunt
S æcula, quorum ego nec ſimiles uidiſſe recordor,
N ec puto uiſurum, quales (illa inclyta rebus
N omina) Pirithoum, regnatoremq; Dryanta,
Decorum ab ætate. C œneaq;, Hexadiumq;, ac immanem Polyphemum.
A tq; hi cum reliquis uirtute ac robore multo
P ræſtarent, quoſcunq; homines tunc maxima tellus
P roduxit, tum præſtantes uictricibus armis
A ggreſſi domuere, & in altis montibus ortos
C entauros tota uictos cum ſtirpe tulerunt:

His

H is ego me ipſe Pylo ueniens, & Acheïde terra,
A diunxi comitem, patria procul urbe relicta,
(N am ſocium petiere ſuis me rebus adeſſe)
C um quibus ipſe armis communibus acria geſſi
P rælia, tam fortes contra, quàm nemo uirorum
A udeat his annis contra conſiſtere bello.
H is ego conſilio dubijs in rebus adeſſe,
A tq; illi noſtros monitus audire ſolebant.
V os quoq; nunc parete meis, & credite dictis.
V tilis hæc etenim ratio eſt, & utrunq; iuuabit.
T uq; prior, tu parce tuis confiſus Atrida — Conſilium Neſtoris ſapientiſſimū.
V iribus, huic teneram ui præripuiſſe puellam:
S ed ſine muneribus meritis, & honoribus uti,
P ræmia militiæ quæ Graij prima dederunt.
T u quoq; Pelida, ne perge laceſſere regem,
E t contrà certare probroſis deſine uerbis.
N am neq; ſceptrigero uulgaris gloria regi «
A b Ioue donata eſt, neq; contemnenda poteſtas. «
Q uod ſi matre dea ſatus ipſe, & robore uaſti
C orporis excellis: tamen hic, quòd pluribus unus
I mperat, eſt potior. Sed tu nunc maxime Atrida,
T u prior irati cohibens rege pectoris æſtus:
I pſe ego Pelidæ precibus placare furorem
C onabor. namq; hic ſæui per tempora belli
V t uallum reliquos ſolus defendit Achiuos.
Q uem contra ingreſſus, ſic eſt affatus Atrides.
S ic ſe res habet iſta ſenex, ut dicis, & iſthæc — Agamemnō Neſtori.
O mnia uera mones: ſed quis ferat iſta ſuperbi
F acta hominis? qui cuncta ſuo ſe uertere nutu
P oſſe putat, qui ſe dominari hic omnibus æquum
C enſet, & imperij ſibi ius uſurpat in omnes.
N on tamen hæc illi ſuccedent uota, nec ipſi
Q uanquam dij dederint fortiſſima pectora bello,

Quos uult cunq; malis dictis impune laceſſet.
At uerba excipiens ex ore loquentis Achilles,
Achilles Agamemnoni. Tum uir ego (inquit) iners uocer, atq; ignauus, & exSi tua non toto ſtolidiſſima iuſſa recuſem (cors,
Pectore. namq; alijs dominum te ferre licebit,
Non mihi: qui poſthac teq;, & tua friuola ſpernam
Imperia. ergo memor mea pectore dicta reconde.
Non ego pro rapta mihi uirgine bella mouebo,
Aut in te grauibus depugnaturus in armis,
Aut in quenquam alium: quoniam quæ munera nobis
Eripitis, uos una omnes mihi mente dediſtis.
De reliquis, quodcunq; eſt rerum in claſſe mearum,
Me nihil inuito tuleris. ſin poſſe putabis,
Experiare tuas uires licet, ut mea (Graijs
Teſtibus) haſta tuo mox oblita ſanguine manet.
Diſſoluitur concilium Græcorũ. Talibus inter ſe dictis alterna ferebant
Iurgia, cum cœtu conſurrexere ſoluto
Argiui proceres: tentoria deinde relicta,
Et celſas repetunt naues, Peleïus heros
Patroclo & ſocijs alijs comitatus abiuit,
Atrides celerem deduxit in alta biremem,
Reducitur Chryſeïs ad patrem. Bis deno inſtructam delecto remige, ſacras
Imponens pecudes ſimul, & Chryſeïda malis
Formoſam nitidis. tum naui rector Vlyſſes
Additus, irato qui ferret munera Phœbo.
Iamq; ratem propero curſu uada ſalſa ſecantem,
Proſpiciens rex Atrides, luſtrare iubebat
Caſtra ſimul, populumq; omnem: tum iuſſa capeſſunt,
Haud mora, fundentes uaſto libamina ponto
Plurima, & irati placabant numina Phœbi,
Mactantes teneras per littora curua capellas,
Eximiosq; boues, quorum de carnibus uſtis
Aetherias nidor ſe ſuſtulit ater in auras.

T alia dum caſtris, & Graia per agmina fiunt,
H audquaquam irarum oblitus, ſæuiq; furoris
A trides, animoq; minans. & iniquus Achilli,
T althybium uocat, Eurybatemq́; : hos ipſe miniſtros,
P ræconesq; habuit fidos : his talia mandat·
I te citis pedibus, tentoria quærite Achillis, *Agamemnō Talthybio & Eurybati præconibus.*
E t ueſtris manibus captam huc mihi ſiſtite, pulchra
F ormoſam facie Bryſeïda. forſitan autem
T radere noluerit: tamen hanc abducere certum eſt,
V el tota comitante manu, mihi, pubis Achiuæ.
Poſtquam hæc dura dedit uerbis mandata ſuperbis,
I bant inuiti iuuenes, & ad æquoris undas
C arpebant ſteriles pedibus per littus arenas :
D onec Myrmidonum tentoria celſa uidentes,
A nte rates proprias ipſum inuenere ſedentem·
Q uos procul aſpiciens, animo eſt turbatus Achilles.
I lli autem trepidi ſtabant, heroa uerentes
M agnanimum, nullis auſi compellere uerbis.
Q uos cernens timidos, ſic eſt affatus Achilles· *Achilles benigne præcones alloquitur.*
S aluete ô ſuperûm legati, hominumq; miniſtri
P ræcones, huc ite citi, neq; uos ego facti
V llius arguero, neq; criminis eſſe nocentes,
V erum ipſum potius ſcelerato Agamemnona facto,
Q ui uos ereptum nobis Bryſeïda miſit.
Q uare age diuorum ſoboles Patrocle, puellam
H uc propere eductam diuorum trade miniſtris,
D ucere quò libeat : quos nunc ego teſtor, & ipſos
A nte deos, atq; ante homines, atq; ante tyrannum
C rudelem, ſi forſan (ut eſt) aliquando futurum eſt,
V t dirum fortuna alijs mutata laborem
A fferat, afflictæq; meum res deniq; poſcant
A uxilium, cupiantq; opera conſiſtere noſtra.
H uius enim tam lentus habet præcordia torpor,

Vt neq;

Vt neq; reſpiciat quæ præteriere, nec inde
Proſpiciat uentura, quibus rationibus obſtet,
Ne miſeri Phrygio marte abſumantur Achiui.

Bryſeis ad Agam. perducitur.

Sic ait. at caro parens Patroclus amico,
Eduxit thalamo pulchram Bryſeida, & ipſis
Tradidit. illa ſequens lento ueſtigia paſſu
Intulit, ad naues donec peruenit Achæas.
At procul à ſocijs lachrymans conſedit Achilles,
Proſpiciens nigri canentes æquoris undas:
Effundensq; preces, atq; in mare brachia tendens,
Aequoream tali eſt affatus uoce parentem.

Achillis ad matrẽ oratio.

Mater, quandoquidem tali me ſidere naſci
Contigit, ac tali fato prodire ſub auras,
Quippe tuo genitum de ſanguine, ut utilis æui
Summa breuis foret iſta mihi, primoq; reſectus
Flore iuuentutis caderem, mihi Iuppiter illum
Quem breue uer æui raperet, cumularet honorem
Laudibus eximijs ſaltem, famaq; perhenni,
Nunc ne parua quidem decoris monumenta reliquit
Ille mihi, & quod erat uirtutis munus ademit
Maximus Atrides, Danaûm princeps Agamemnon,
Qui nunc ipſe mei fruitur mercede laboris.
Sic ait, illachrymans. quem cærula mater ab imo
Audijt immenſi fundo maris, atria ſeruans
Aequorei ſenis, & ſubito canentia ponti
Marmora deſeruit, nebulæ leuis inſtar obortæ,
Et prope conſedit lachrymantem plurima natum,
Apprendensq; manu, blanda ſic uoce rogabat.

Thetis è mari egreſſa Achillem alloquitur.

Quis te luctus habet, fili cariſſime? quid fles?
Quis cruciat tua corda dolor? dic nate parenti,
Dic age, neu celes, quod ſcis, ut uterq; ſciamus.
Tum grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Sic matri pedibus uelox reſpondit Achilles.

Noſtri

N oſti equidem genitrix, nec te mea cura fefellit, *Achilles Thetidi.*
C ur tibi nota prius repetam, uerbisq́; renarrem.
D iruimus Theben urbem ſacram Eëtionis,
E t multam exciſa prædam deueximus urbe,
I nter ſe Danaï quam diuiſere, ferentes
P artem quiſq; ſuam: quas inter maxima regi
C ontigit Atridæ. namq; huic Chryſeïda pulchram
C eſſerunt proceres: Chryſes pater inde puellæ,
E t Phœbi in longum mittentis tela ſacerdos,
V enit ad Argolicas naues, natamq́; repoſcens,
E t precioſa ferens redimendæ dona puellæ,
O rnamenta dei uittas, ſacrasq́; coronas,
A urea ſceptra manu retinens, orabat Achiuos,
P ræcipue geminos Atrei de ſanguine fratres,
V t quos imperij penes eſſet ſumma poteſtas.
H ic alij proceres omnes, & pubis Achiuæ
A gmina ſucclamant, ſenis accipienda uideri
M unera, reddendam miſero ſua uota parenti
F iliolam: ſed non Agamemnonis iſta uoluntas.
Q ui nec iura patris, nec maxima munera quicquam
S upplicis erubuit: ſed iniqua percitus ira,
V ltro etiam inſontem dictis inceſſit amaris.
I lle abit. at ſpretum, ſeq; & ſua ſacra dolentem,
F undentemq; preces, non auerſatus Apollo
(V t quem præcipue ſacrum ſibi ſemper amarit)
N oxia in immeritos coniecit ſpicula Graios,
P eſtiferam immittens tabem, qua funera totis
S trata cateruatim caſtris, paſſimq; cadebant.
H ic ego, cum caneret uates oracula Phœbi,
V ulgaretq́; dei mentem, placare iubebam
N uminis irati iuſta ratione furorem.
T um ſubito Atrides furibunda percitus ira
E xarſit, mihi dura ferox & multa minatus.

N unc illam referunt celeri rate gentis Achiuæ
L ecta manus procerum, dilectam ab Apolline Chryſam,
D onaq; deportant placandæ numinis iræ.
A t mihi præcones noſtra ad tentoria miſsi,
A bduxere meam Bryſeïda, quàm mihi dono
A rgiui dederant, ceu præmia iuſta laborum.
Q uare age contempti (ſi quid potes) adſere nati
D iua decus, ſummiq; domos pete mater Olympi,
E t precibus uenerare Iouem, quem fortiter olim
T u quoq; iuuiſti uerbis, factisq; benignis.
S æpe quidem, cum paruus adhuc genitoris in aula
V erſarer (memini) uerbis iactare ſolebas,
T e grande exitium diuis ex omnibus unam
A uertiſſe Ioui, quando illi dura pararunt
V incula, & indignos nexus, Saturnia Iuno,
N eptunusq; ſolum quatiens, atq; innuba Pallas,

Fabulam in ſerit de Briareo.

C œleſtesq; alij, tum te ueniſſe ferentem
A uxilium cum Centimano, quem dij Briarea,
Ae gæona uocant homines: qui robore multo
V iq; potens patria, poſtquam aſcendiſſet Olympum,
I unxiſſetq; Ioui ſeſe, tum deniq; diuos
P erculſos fugiſſe metu. Si temporis illum
I llius admoneas, atq; amplexata tremendi
A d genua aſsideas, forte exoraris, ut armis
D ardanidum ferat auxilium, uictosq; ſub altis
N auibus, & toto conſternat littore circum
I ncluſos Danaos, ut in omnes pœna redundet
R egis, & ipſe ſuo cognoſcat noſtra periclo
D amna, nec illius ſit inulta iniuria facto,
Q ua ferus affecit Danaûm me ductor Atrides,
A uſus honore dato ſpoliare, & ſpernere cunctis
P ræſtantem uirtute alijs & robore Graijs.
T alia dicentem, iandudum mœſta tuetur

I n lachrymas reſoluta Thetis, dehinc talia fatur·
H ei mihi, cur adeò chariſsime nate maligno
S idere te genui? cur te tam fata tulerunt
I mpia naſcentem? cui parca breuiſsima uitæ
T empora cum dederit, data tempora læta fuiſſent,
A tq; ea non lachrymis, non triſtibus obruta curis,
S ors tua ueniſſet melior: nunc proxima fati
H ora manet, nunc te ærumnæ curæq; fatigant
P lus alijs, & in hæc ego te mala nate creatum
P rogenui, patrijs in ſedibus omine læuo.
N unc tamen has deferre Ioui tua uerba querelas,
F ulmine gaudenti, & nubes tranſire niuoſas
E ſt animus, tu tuta legens has ocia circum
E xerce interea naues, iratus Achiuis,
E t ſine bella gerant, ſine te quæ bella gerentur.
Ae thiopum populos ſiquidem, terraſq́; calentes
I uppiter heſternus petijt, ſecumq́; frequentes
C œlicolas alios duxit, conuiuia lætis
M entibus acturos: qui cum bis ſexta relicto
D uxerit Oceano croceos aurora iugales,
I pſe reuertetur. tunc ærea tecta domorum
I pſius accedens, genibus complexa precabor,
N on diffiſa preces habituras pondera noſtras.
H æc poſtquam eſt conqueſta, abijt, natumq́; reliquit,
V oluentem irato magnum ſub corde dolorem,
O b ſibi formoſæ raptos Bryſeïdos ignes.
I amq; Argiua ratis ſacræ Phœbeïa Chryſæ
L ittora contigerat, portumq́; tenebat Vlyſſes,
D ebita ſacra ferens placandæ numinis iræ,
E xtemplo antennis iuuenes detracta reuulſis
V ela legunt, collectaq; celſa in naue reponunt:
T um ſummo ingentem demiſſum uertice malum
F unibus inclinant, proprijsq́; in ſedibus aptant:

Thetis Achilli.

Iuppiter cū dijs ad Aethiopas epulaturus ſe confert,

Nauigatio in Chryſam inſulam.

M ox remis ſubigunt portus in clauſtra biremem,
A ncora de prora iacitur, tum linea puppis
V incula littoribus religant, ac protinus ipſi
Ae quoris in ſiccas cuncti egrediuntur arenas,
S acra ſagittifero ducentes munera Phœbo.
I pſa quoq; egreditur puppi Chryſeïs ab alta
N auis pontigradæ: quam conciliator Vlyſſes
P oſtquam Phœbicolam templi deduxit ad aram,
T radidit in manibus patrijs, ac talia fatur.

Vlyſſes Chryſæ ſacerdoti.

M iſſus ab Argiuûm ductore Agamemnone gentis,
O Chryſa, huc uenio, caram tibi reddere natam,
E t Phœbo pecudes centum mactare ſacratas
I uſſus, ut oblato placatus munere ſoluat
L uctificam peſtem, qua nunc afflixit Achiuos.
S ic ait, & manibus captam Chryſeïda patri
R eddidit. ille dato lætus gaudebat: at illi

Centũtaurilia, hoc uerbo ἑκατόμβην exprimere uoluit.

M unera ſoluebant centumtaurilia Phœbo,
C ircum magnificis inſtructam cultibus aram.
T um poſtquam lauere manus, & more ſacrorum
F arrea ſpargentes, multo ſale liba tulerunt,

Chryſes Apollinem orat, ut Græcis parcat.

T um Chryſes pater extentis ad ſidera palmis,
P hœbe (ait) arcipotens, qui Chryſæ mœnibus altæ,
Q ui ſacræ Cillæ, & Tenedo dominaris aquoſæ,
N unc iterum precor exaudi me Phœbe precantem,
V t prius audiſti, contemptaq́; es ultus honoris
I ura tui, immittens Graiûm tua ſpicula caſtris,
N unc quoq; da cupido, precibusq́; hoc annue noſtris,
E t fer ab Argiuis diræ contagia peſtis.
T alibus orantem uatem exaudiuit Apollo.
P erfectis precibus cum ſalſa fruge litaſſent,

Sacrificiũ.

P rotractas iugulant pecudes, & tergora coſtis
D iripiunt, femorumq́; toros & crura recidunt,
I n partesq; ſecant geminas, tum pinguia nidor

Viſcera

V iſcera nube tegit denſa, tum ſegmina carnium
I pſe focis multo crepitantibus admouet igni
C ruda ſenex, & uina ſuper nigrantia fundit. αἴθοπα οἶνον.
Q uem uerubus quinis iuuenes onerata tenentes
B rachia circumſtant. at poſtquam toſta fuerunt
P rima ſatis, cupido depaſcunt uiſcera morſu:
Q uod ſupereſt, in fruſta ſecant, uerubusq; rotundis
I nfigunt, aſſantq; rotantes ferrea crebris
P ila uoluminibus. Iamq; omnibus ordine ſummo
P erfectis, menſas dapibus præſtantibus augent,
L æta frequentantes conuiuia partibus æquis. Conuiuiũ.
P oſtquam exempta fames dapibus, ſitis arida uino,
C rateras pueri ſtatuunt, & uina coronant,
O mnibus in morem libantes, pocula circum
P lena miniſterio non deficiente ferebant.
T alia tum celebrans conuiuia Dorica pubes,
T ota luce deo lætum pæana canebant,
S ancta ſalutiferi placantes numina Phœbi
C arminibus: quibus auditis, illi intima mira
G audia pertentant tacitum dulcedine pectus.
P oſtquam autem occiduas Sol ibat pronus in undas, Solis occi-
E t nox atra polum magna ſubduxerat umbra, dẽtis περί-
G rata ſoporiferi carpebant munera ſomni, φρασις.
V eliferas iuxta proſtrati in littore naues.
I amq; diem referens miſeris mortalibus almum
A urora, in roſeis fulgebat lutea bigis, Solis ortus.
N auibus incipiunt latum remeare per æquor Virgilianum.
A rgolici iuuenes, & ad agmina nota reuerti,
H is melior faciles uentos aſpirat Apollo.
T um malum ſtatuunt, & candida carbaſa pandunt. Nauigatio-
H æc uentis inflata tument, ferit unda carinam, nis deſcri-
E t tumidi circum pulſant latera humida fluctus: ptio.
I ctibus acta ſonat crebris uada cærula ſulcans

B 3 Puppis,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

P uppis,& ad portum tandem eſt delata petitum,
O bſeſſum Danaïs. quò poſtquam uenit, ab udo
Ae quore ſubducunt in ſiccam littoris oram:
I nde alta ſtatuunt, ſubiecto robore arena
V aſtarum trabium: poſthæc ſua quiſq; petentes,
I n diuerſa abeunt, ſeu diuerſoria nota,
S eu loca ſubductæ ſtantisq; in littore claſſis.

Achilles ſolus ſe affligit.

I nterea naues properas Peleius heros
A nte ſedens, nihil irarum curæ'ue remiſit
E x animo, nec ſe reliquorum ſæuus Achiuûm
C œtibus inſeruit, nec circumſtantibus armis,
P ectora ſed grauibus contabuit anxia curis,
T riſtis bella auidus gemitusq; audire cadentum.
I amq; exorta diem bis ſexta aurora uehebat,

Redit ab Aethiopibus Iuppiter cum dijs.

C um Ioue cœlicolæ clari ſuper aurea cœli
T ecta reuertuntur. Sed enim Thetis inclyta nati
N ondum oblita ſui, atq; animo mandata reuoluens,
E mergensq; uagis patriæ de fluctibus undæ,
M atutina petens magnum conſcendit Olympum.
F orte Iouem ſumma lucentis in arce ſedentem
Ae theris offendit, nullo aſsiſtente deorum,
P rocubuitq; thoro genua amplexata ſiniſtra
I pſius, at mentum dextra: ſic inde precata eſt.

Thetidis ad Iouem oratio.

S umme parens, rectorq; deûm Saturnie, ſi quid
V nquam promerui de te bene, ſola tot inter
M agnos cœlicolas, ſiue eſt ea gratia uerbis,
S eu factis impenſa, meis pater annue uotis,
A tq; hæc gratificare mihi quæ pauca precabor
P ro nato genitrix, huic præmia laudis ademptæ
R edde ſuæ, & rapto ſolatia confer honori:
C ui cum contigerit ſpacium breue labilis æui,
N unc etiam indignis Agamemnon rector Achiuûm
D edecorat factis, rapiens quæ præmia uictor

Virtutis

V irtutis tulerat. tu fac rex maxime diuûm,
N e ſcelus hoc impune ferat. ſed eatenus auctas
I nſtaura Phrygibus uentura in prælia uires
Q uatenus agnoſcant Danaï peccaſſe tyrannum,
A tq; meo tandem nato ſua præmia reddant
R urſus, & ereptos referant cum fœnore honores.
H æc Thetis. at genitor, qui nubes cogit in arctum,
N il contrà effatur, preſſoq; obmutuit ore
I mmotus. magis hoc Thetis hunc amplexa, fatigansq;,
E t genua & mentum tenet, ut prius: atq; ita fatur.
O mnino aut promitte, aut abnue quæſo roganti,
Q uod petitur. quid enim metuas? nam ſciſſe iuuabit,
N um tibi me fuerit contemptior ulla dearum.
H uic pater ex imo ſuſpiria pectore ducens,
O tua uota (inquit) quantum paritura laborem — Iuppiter Thetidi.
S unt mihi: namq; odijs grauibus Iunonis iniquæ
O bijciunt, quæ me dictis lacerabit acerbis.
N am ſuperi quoties cœtu conuenimus uno,
I lla mihi opprobrijs infeſta, laceſſere gaudet
N oſtra opera, & ualidas Troianis addere uires
C lamat, & illorum ſucceſſibus arma fouere.
N unc tamen hinc ipſa fac ut ignorante recedas,
V ota mihi curæ tua erunt: namq; omnia curſu
Q uo petis efficiam, ne non & credere poſſis,
F irmabo æterno promiſſa fidelia nutu.
H oc etenim ſigno dijs immortalibus extat
P ræcipuo mea certa fides, mea nota uoluntas.
N on etenim ulterius cuiquam eſt reuocabile fatum,
T errificæ ſimul annuero de uertice frontis.
H æc ſub dicta ſupercilijs pater annuit atris,
A mbroſioſq; immortali de uertice crines — Macrob.
F udit, & ingentem nutu tremefecit Olympum.
H is ita perfectis, ambo diuerſa petentes,

I n mare cæruleum Thetis inſilit. ille nitentis
A urea tecta ſubit cœli: ſubeunte deorum
Dij reliqui Ioui aſſurgunt. T ecta deo, ſurgunt omnes de ſedibus altis
C œlicolæ, ceduntq́; patri, neq; ſuſtinet ullus
I n ſolio manſiſſe ſuo, ſed protinus omnes
S tabant è regione Iouis: tandem ipſe reſedit,
C elſior æditiore throno. nec facta marinæ
I unonem latuere deæ: namq́; ipſa notarat,
V t Thetis alba pedes, ſenis inclyta filia Nerei,
V enerit amplexata Iouem, ſupplexq́; rogarit.
E rgo hæc zelotypo de pectore dicta profudit.

Iuno Ioui. Q uæ nunc, plene dolis, tecum congreſſa dearum
S ecretas habuit uoces? cur me ſine ſemper
T ales conuentus, & conciliabula captas
T alia? cur adeò ſecretis pectore toto
C onſilijs gaudes? neq; me ſinis eſſe tuarum
P articipem rerum, aut inter conuentibus eſſe?

Iuppiter Iunoni. H uic ita reſpondit diuûmq́; hominumq́; creator.
N e Iuno, ne ſpera omnes cognoſcere noſtri
P ectoris arcanos motus te poſſe: profectò
A rdua res hæc eſt, etiam tibi. quæ licet uxor
S is mea, ſcire tamen tibi non licet omnia: uerum
Q uæ licet & fas eſt, ea nemo hominum'ue deûm'ue
T e prior agnoſcet. quare quæcunq; deorum
N ulli ego credidero, ne tu quoq; noſſe labores.

Iuno Ioui. G randibus huic oculis Iuno formoſa profatur.
I uppiter ô diuûm ſæuiſſime, qualia tandem
V erba mihi loqueris? quando unquam pectoris antehac
C onſilia ulla tui credi mihi ſtulta petiui?
Q uin potius placido tua pectore cœpta probaui.
N unc mea ſollicitant immenſæ pectora curæ,
N e quæ matutina hodie te amplexa tenebat
A lba pedes Thetis, æquorei ſenis inclyta Nerei

Filia,

F ilia, præripiat mentem tibi. nam, niſi fallor,
S ollicitæ promittis opem, qua cæde cruenta
A rgiuûm, Atridæ ſcelus ulciſcaris, & ipſa
R urſus honoratum uideat pia mater Achillem.
H uic ita reſpondit genitor, qui nubila cogit·
S ic'ne ſceleſta iterum reputando noſtra requires — Iuppiter Iunoni.
C onſilia, ut ſolita es, nec ſuſpicione carebis
C oniectans alia ex alijs, nec forſitan unquam
T e potero latuiſſe: ſed hæc te uana profectò
C ura agitat, ſiquidem nil proficis artibus iſtis,
S ed potius tibi me irritas, acuisq; furore.
Q uod ſi res ita habet, quid tum tibi? Sic mihi cordi eſt:
P roinde ſede, ſtultamq; intra labra comprime uocem,
N e'ue meis unquam uerbis parêre recuſes:
N e ſi forte manus duro te uerbere pulſem
I nuictæ, non ulla tibi ſuccurrere poßit
V is aut cura deûm, cœleſtia templa colentum.
D ixit. at icta graui pauidum formidine pectus
E xtimuit Iuno, duris conterrita dictis.
C onticuitq; ſedens tandem, & tranquilla quieuit.
A t reliqui uario fremuerunt murmure diui,
P er Iouis æthereis innixam poſtibus aulam.
Q uos inter faber ignipotens Vulcanus, & artis
E ximiæ, placidis candentem brachia matrem
A lloquitur uerbis· O non tolerabile factum, — Vulcanus Iunoni.
P eſtiferumq; malum, ſi uos humana morantur
V ſq; adeò, ut rixas mouiſſe negotia poßint
V os inter, faciantq; deis præſentibus ira
D eſæuire truci, quæ nobis inde uoluptas
V entura eſt? quæ nos conuiuia læta manebunt?
S emper enim rerum quæ ſunt deterrima uincunt. “
Q uo magis ô mater, quanquam ſapis ipſa, monentem
R ectius audieris: ne patrem forte laceſſas

V ocibus ingratis. ſed quicquid amabile poſſis,
I llius exhibeas animo, ne te increpet ultro,
E t ne læta nouis turbet conuiuia rixis.
N am quando ille deûm pater eſt, & fulmina torquet,
S i uolet, ex imis euellat ſedibus orbem:
V ſq; adeò inuictus, tam fortior omnibus ille eſt.
L euibus hunc igitur dictis, & pectore blando
D emulce, & nobis placatum redde merendo.

Vulcanus matri Iunoni poculum porrigit.

D ixit: & aſſurgens, matri cratera rotundum
P orrexit. ſimul adiecit: Precor optima mater,
T er precor hunc mater non ægra mente laborem,
N e ſi te uideam plagis, aut uerbere duro
A ffligi, nec adeſſe queam, nec ferre ſalutem
,, C ara tibi genitrix. nam ſtultum & grande periclum eſt,
,, I rato ſe offerre Ioui. Nam tempore quodam
I pſius afflictæ manibus tibi ferre parantem
A uxilium, pede correptum me ſæuus, ab alto

Caſus Vulcani de cœlo in Lemnon.

D eturbauit agens ſupremi uertice cœli:
P ræcipitans totum ipſe diem per inane ferebar,
D onec ad occiduas iam Sol deſcenderet undas.
T um primum in media, colliſus corpore, Lemno,
D eficiensq; animo iacui, & uix ægra trahebam
C orporis oſſa miſer, mea tum confracta leuarunt

Sinties populi.

S inties, & cura fouerunt membra fideli.
T alia dicenti ſubriſit candida Iuno,
S ubridensq; manu accepit cratera rotundum,
A nato exhibitum, quem protinus ordine dextro

Dijs alijs ordine propinat Vulcanus.

C ircumfert, alijs cœleſtibus optima miſcens
N ectara, pleno iterum cratere exhauſta refundens.
O mnibus interea uehemens eſt riſus obortus
C œlicolis, cum ſic claudum libanda uiderent

Occaſus ſolis.

V ina miniſtrantem. ſic illum deniq; totum
E xegere diem, donec ſua lumina ueſper

Tolleret,

T olleret, & nitidum fugiens Sol conderet orbem,
L æta frequentantes conuiuia partibus æquis,
C um bonus auratam citharam pulſaret Apollo,
E t lætæ uicibus dulciſsima carmina Muſæ
Ae quatis canerent. quæ poſtquam exacta fuerunt
O mnia, iamq; diem Sol conderet aureus almum,
T um rediere ſuas diuorum quiſq; ſub ædes,
G rata ſoporiferi ſpectantes munera ſomni.
C uiq; ſuas etenim fecit faber inclytus ædes,
V ulcanus faber ille deûm, pede claudus utroq;.
D ijs ita dilapſis, & ſidere noctis oborto,
O mnibus optatam capturus & ipſe quietem
I uppiter omnipotens, qui rauca tonitrua torquet,
C onſcendit placidi conſueta cubilia lecti:
C umq; ipſo cubitura, throni decus, aurea Iuno.

Citharã in cõſeſſu deorum ludit Apollo, Muſæ canũt.

ILIADOS HOMERICAE LIBER SECVNDVS.

I A mq; adeò placidã diuiq; hominesq; quie-
C arpebant alij, per noctẽ Iuppiter illã (tẽ
H audquaq̃ in dulcẽ dimiſit lumina ſomnũ,
S ed uigilans animo curas & pectore toto
V oluebat, quibus ipſe modis & rebus A-
R urſus honoratum faceret, quo uindice dextra (chillem
P lurima ad Argiuas cumularet funera naues.
T alia uolenti, potior ſententia uiſa eſt,
M ittere ad Atriden, portantem triſtia Somnum.
C ontinuo ergo ipſum propero ſermone uocatum
A lloquitur· Vade ad celeres Somne improbe naues
A rgiuûm, magniq; petens tentoria Atridæ
I ntrato. tum deinde hæc, qualia nunc tibi mando,
T alia uerba refer: Crinitos ſumere Achiuos
T otis arma iube caſtris, nunc mœnia Troiæ

Iuppiter pro Achille curis anxius.

Iuppiter Somnum alloquitur.

Euertes

E uertes ſpacioſa.etenim non amplius ipſi
D iſcordant ſuperi,namq; omnes regia Iuno
I n ſua ſupplicibus traxit uota omnia uerbis,
N unc manet exitij miſeros uis ultima Troas.
S ic ait.at poſtquam percepit talia Somnus,

Somnus ad naues Græcorum deuolat.

D euolat,& celeri naues pede uenit ad altas
A rgiuûm,regemq; adiens Agamemnona,totum
I nuenit placido reſolutum membra ſopori.
I pſius ergo ducis capiti aſtitit,omnia forti
N elidæ ſimilis,quem de ſenioribus unum
P ræcipue Atrides coluit,tunc illius ergo

Sõnus Agamemnoni.

A ßimilans uultum,placido hæc deus edidit ore.
D ormis'ne armipotens Atrei clarißime fili?
" T ota nocte uirum regem dormire pudendum eſt,
" C ui populi,cuius commiſſa negocia curæ
" M axima ſint. Sed tu mea nunc celer accipe dicta.
A b Ioue demiſſus uenio tibi nuncius.is te
C urat,& ex alto tandem eſt miſeratus Olympo.
Q uapropter Danaos pulchro te crine comantes
C ogere in arma iubet,totisq; educere caſtris.
N unc etenim euertes Priamææ maxima Troiæ
M œnia,non etenim diſcordant amplius ipſi
I nter ſe ſuperi,cœleſtia tecta colentes:
I n ſua ſupplicibus quos omnes regia Iuno
V ota exorauit precibus.nunc ergo malorum
V ltima Troianis uenit hora,ſupremaq; clades:
S ed tu nunc memori mea pectore dicta reconde.
H æc fatus,deus in tenues euanuit auras.

Agamemnõ ſecũ de ſomnio deliberat.

A t Sopor Atriden linquens fugiebat,in omnes
V erſantem partes animum.nam uiſa reſumens
S omnia,promiſſum tempus ueniſſe putabat,
I nclyta quo magnæ caperentur mœnia Troiæ,

νηπίνημα.

D emens.nondum etenim fuit hæc Iouis alma uoluntas:

Sed

Sed Danais luctum & lachrymas, Phrygibusq; ferebat,
Viribus armorum, & duri certamine martis.
Poſtquam experrectus monitis cœleſtibus, altos
Diſpulerat ſomnos, ſtabatq; erectus ad auras,
Mollibus è filis textam, nuperq; paratam
Induitur tunicam: tum magnum deſuper aptans
Imponit ſagulum, pedibusq; decentia nectit
Vincula robuſtis. humeroq; accomodat enſem
Argento nitidum: dein ſceptrum ſumit auitum,
Quod nulla annorum ſerie corruperat ætas·
Quo ſumpto, celer ad naues contendit Achiuûm,
Fortia præduro fulgentum corpora ferro·
Iamq; diem referens magnum aſcendebat Olympum
Purpureas aurora manus rubicunda, Iouiq;
Nunciat, & reliquis lucem immortalibus almam.
Tum rex argutis præconibus imperat, omnes
Argiuos ad iuſſa uocent capienda comatos,
Illi ad concilium celeres uenere uocati:
Neſtoris ad naues, Pylia de gente profecti
Magnanimi ſedere ſenes. quibus ille probatum
Conſilium retegens, placida ſic uoce profatur·
Audite ô proceres, & diſcite mentibus æquis,
Quæ loquar. hac noctu placidi ſub tempore ſomni,
Viſus adeſſe mihi deus eſt, bona ſomnia portans,
Nelidæ ſimilis uultus, uocemq; coloremq;,
Et dotes alias, & honeſti corporis artus.
Aſtitit ille mihi ſupra caput, atq; ita fatur·
Num dormis animoſe, Atrei chariſſime fili?
Non decet integram noctem dormire regentem "
Imperio populos, & agentem pectore curas. "
Sed nunc quid ueniam, celer accipe. Iuppiter alto
Me tibi demiſit cœlo, qui teq; tuasq;
Reſpicit & curas miſeratur. præcipit ergo

Pulchricomos

Habitum Agamemnonis deſcribit.

Ortus ſolis.

Narrat ſomnium ſuum Græcorum principibus Agamemnon.

P ulchricomos armes Danaos, iubeasq; parari
I nſtructas acies, totasq; in bella cohortes.
N unc etenim capies latiſſima mœnia Troiæ.
M entibus haud etenim diſcordibus amplius ipſi
C ontendunt ſuperi, quos omnes regia Iuno
I n ſua ſupplicibus traxit uota omnia uerbis,
A b Ioue nunc miſeros clades manet ultima Troas.
S ed tu nunc memori mea pectore dicta reconde.
S ic fatus, deus in tenues euanuit auras:
D ulcia me placidi liquerunt munera ſomni.
V erum agite armati ueniant iubeamus Achiui,
Callidum Agamemnonis cõſiliũ. P rotinus aggrediar uerbis tentantibus ipſos,
C laſſem aptent, atq; arma parent, nauesq; iubebo,
P rotinus in patriam quibus hinc fugiamus, & iſtas
L inquamus terras. at uos prohibete uolentes,
Q uantum quisq; poteſt, placidisq; obſiſtite uerbis,
H inc alijs alij. ſic dicens ille, reſedit.
P oſt hunc eloquio uenerabilis ille, Pyliq;
N eſtor arenoſi dominus, ſurrexit, & infit.
Neſtor Græcis. D uctores Danaûm, qui rerum ſceptra tenetis,
S i quis forte alius, quæ nunc audiſtis, Achiuûm
S omnia uidiſſet, potuiſſent falſa uideri.
„ N unc quia qui uidit, regno uir præſtat, & armis,
„ V era putanda reor. Sed nunc iubeamus, ut omnes
A rmentur propere, belloq; parentur, Achiui.
S ic memorans, è concilio diſceſſit. at illi
O mnibus extemplo quæ dixerat ille probatis,
A dſtantes eadem ſuadebant omnia Atridæ,
O mnes ſceptrigeri, Danaûm uis maxima, reges.
Comparat apibus Græcorum exercitum I amq; omnis populi per campos turba ruebat
I nſtar apum, denſo pulchras examine petras
C um linquunt, glomerantq; ingentes pluribus uuas
A gminibus, teneramq; uolant & florea libant

Rura

R ura per æſtatem, ſparſæq; ſimulq; uagantes
N unc hac nunc illac: ſic totis agmina caſtris
M artia feruebant iuuenum, tentoriaq; altis
O bſita littoribus late loca milite complent.
C um ſubito caſtris fama eſt uulgata, uolentes
I re magis ſtimulans Iouis alti nuncia Fama.
C oncita tum populi furit omnis turba, ſub ipſis
I ngemuit pedibus tellus: nam tota ſedebat
C oncio feruentis populi. tum uoce canori
P ræcones nouies exclamauere, tumultum
C lamores ſimul immodicos ſedare uolentes.
V ix tamen his regum iuſſis Ioue progenitorum
P arebant populi: ſedabant ergo tumultum
C onſeſſus, æratarum clangore tubarum.
P rodijt hic aſtans Danaûm moderator Atrides,
S ceptra tenens manibus, Vulcani opus ignipotentis:
V ulcanus dedit ipſe Ioui Saturnigenaï,
I uppiter alato bonus obtulit Argicidæ,
M ercurius Pelopi per equeſtria frena potenti,
T antalides quæ deinde Pelops tibi contulit Atreu,
L iquerat hæc Atreus opulento dona Thyeſtæ,
F erret ut, à magno capit hæc Agamemno Thyeſte,
C ui mare, cui terræ, totum pareret & Argos.
H oc tunc innitens ſceptro, hæc eſt uerba loquutus.
  H eroës Danaï, præſtantes marte feroci,
I uppiter infeſtus me nunc Saturnius urget
F raude mala, damnoq; graui ferus afficit idem,
Q ui mihi nuper erat melior, noſtriſq; fauebat
R ebus, & excelſæ muris euertere Troiæ
M œnia promiſit: nunc conſulit arte ſiniſtra,
E t iubet ut redeam patrium contemptus ad Argos,
P oſtquam perdidimus clarorum multa uirorum
M ilia, & aſſiduo bello eſt abſumpta iuuentus.

Fama Iouis nuncia.

Sceptrũ Agamemnonis.

Agamemnõ Græcos callidè tentat.

S ic uiſum ſuperis, ſic ſtat Iouis alma uoluntas,
M œnia multa ſolo dudum qui ſtrauit, & urbes,
E t populorum animos, & adhuc proſternet, & alto
C ulmine deijciet ſublimia ſceptra potentum.
„ M axima namq; Dei uis eſt, & ſumma poteſtas,
T urpe erit hoc noſtros olim meminiſſe nepotes,
F ama nocens ſeros ſi manſerit iſta ſub annos,
F ruſtra ſic populum tantum, & tot milia Graiûm
T am geſsiſſe uiris lachrymoſum & inutile bellum,
N ec Graio potuiſſe euerti Pergama marte
T am paucis, contra tam multa, tuentibus urbem
M ilia præſertim. & certe ſi Troës, & ipſi
I urati, ſanctaq; fide numeremur Achiui,
Q uotq; aderunt ſocio ſtatuantur in ordine ciues,
E t numero quot ſint per ſingula nomina ſignent,
N os uerò in decadas noſtras ornemur Achæi,
D ein iubeamus uti Troianus quilibet uni
C uilibet è noſtris decadi pincerna propinet,
T um multæ decades uinum fundente carebunt:
T anto Troianos nobis numero eſſe minores
A uguror, Iliacæ qui ſunt in mœnibus urbis.
S ed longas ualidis uibrantes uiribus haſtas
A uxilio uenère uiri, ueniuntq; frequentes
V rbibus è multis, qui nunc mea uota morantur,
S peſq; meas fallunt, nec permiſere uolentem
I amdudum magnæ capere inclyta mœnia Troiæ.
N unc abière nouem fatis uoluentibus anni,
R obora putreſcunt ratium, nauesq; fatiſcunt,
S oluuntur ualidi ſpartho pereunte rudentes.
πάλιν. I nterea uxores noſtræ tot euntibus annis
N os miſeræ expectant, paruiq; ſub ubere nati.
N obis parte labor manet imperfectus ab omni,
Q uem propter patrijs uſq; huc abſceſsimus oris.

Sed

Sed nunc conſilium hoc omnes, hæc dicta probantes,
Per uaſtum inſcenſis fugiamus nauibus æquor,
Et dulces patriæ tandem redeamus ad oras:
Quandoquidem magnæ capere inclyta mœnia Troiæ
Non datur, & uacuas fugit ſpes omnis in auras.
Sic fatus, tacuit. Tum concio tota repente
(Præter qui rata conſilij nouere prioris)
Concuſſa eſt, ſæuitq; animis ignobile uulgus:
Non ſecus ac tumidi ſpacioſa per æquora fluctus
Icario in pelago, quos aut celer Eurus ab alto
Concitat intorquens, aut nubibus humidus Auſter:
Sicut ubi in ſegetem uehemens & flatibus aſper
Incubuit Zephyrus, tenuesq; excuſsit ariſtas,
Sic tota inſani commota eſt concio uulgi.
Tunc magno uacuas clamore impellere naues
Aggreſsi, feruente pedum mouere tumultu
Puluercam nubem. Iam pro ſe quiſq; iubebant
Iungere deductas naues, & in æquoris udam
Planiciem trahere, & naualia nuda relinqui.
Aurea confuſus feriebat ſidera clamor,
In patriam tota cupientum mente reuerti.
Robora ſubijciunt, & ſuſtentacula magnis
Nauibus, & per quas poſsint deducere ituras
Conſtrauere uias, ſulcanda per æquora, naues.
Iamq; uiros ratio reuocandi nulla fuiſſet,
Si non his Iuno tentaſſet Pallada dictis.
O inuicta Iouis ſupremi filia Pallas,
Ad patrios certe nunc per freta longa penates
Argolici remeare parant, ſperata ſuperbo
Vota relicturi Priamo, Phrygibusq; Lacænam
Tyndarida, huc cuius cauſa uenere profecti,
Quam propter procul à patria, periere ſub altis
Mœnibus Iliadum, duri in certamine martis,

Naturã & inconſtantiam multitudinis aptiſsimis cõparationib. deſcribit.

Parant abitum Græci.

ὑπερβολή.

Iuno Palladẽ ad Græcos mittit.

T ot proceres Danaûm. Sed nunc age labere uelox
A d Graiûm populos ærata ueſte nitentes,
E t blandis perſuade, quibus potes omnia, uerbis
V nicuiq; uiro, cohibens ne forſitan altum
I n mare ueliferas pergant deducere naues.
S ic ait: aſſenſit uerum dea glauca loquutæ:
Pallas ad Græcorum claſſem.
E t mox inde abiens, medij petit ardua cœli,
V nde repentino delata per aëra lapſu,
A d pictas Danaûm naues inuenit Vlyſſem,
D ijs ſimilem, nigræ nec robora laxa carinæ,
N ec tabulata ſuæ reparantem pinea claſſi:
S ed ſtantem, & nimios uoluentem corde dolores.
Q uem prope conſiſtens, ſic eſt affata Minerua:
Pallas Vlyſſi.
C are Ioui Laertiade patrator Vlyſſe
M ultorum & magnorum operum, ſic ibitis ergo,
E t patriæ dulces repetetis nauibus oras?
V ota relicturi Priamo ſperata ſuperbo,
E t Phrygibus, formoſam Helenen. ob cuius amorem,
T ot procul à patria Danaï cecidere ſub altis
M œnibus Iliadum. Sed tu nunc uade, Pelaſgum
I nſere te populo: nec ſit mora, ne ue quieſcas,
E t placidis inſiſte uiros inducere uerbis,
I n mare ueliferas retrahant ne forte carinas.
S ic ait. Ille deæ uocemq; & uerba loquentis
A gnouit, moxq; abiecit de corpore lænam,
Q uam præco Eurybates Ithacenſis ſuſtulit, illum
F orte ſequens: celer inde gradum properabat Vlyſſes,
O buius & magno ueniens occurrit Atridæ,
Vlyſſes ſceptrum Agamemnoni eripit.
E ripuitq; illi dextra quod forte gerebat
I nfractum longa maiorum ob origine ſceptrum,
H oc tunc ille tenens, ad naues uenit Achiuûm,
C orpora tectorum ferrata nitentibus armis:
E t quemcunq; uirum reliquis uirtute priorem,

Aut

Aut regem populi celer inueniſſet Vlyſſes,
Hunc placidis adſtans uerbis ſic ipſe monebat·
Optime, ſic timidum te non decet eſſe, ſed ipſum
Te recipe, atq; tuas in pectore collige uires,
Atq; alios firma populos. nec enim tibi conſtat,
Et nec adhuc noſti, quæ ſit ſententia magni
Atridæ, qualemq; animum ſub pectore uerſet.

Vlyſſes Græcorum primoribus diſſuadet abitum.

Hac animos nunc attemptat ratione ſuorum,
Vt mox, ſi qua notet mala, puniat. ergo cauendum
(Nam neq; conſilij nota eſt ratio omnibus huius)
Ne qua furens animo mala forte inducat Achiuis.
Magnus enim regis furor eſt, atq; ira tremenda, "
Dilecti ſuperis: quem Iuppiter altus honorat, "
Atq; amat. Inde uirum ſi quem de plebe uidebat, "
Vociferans, retinensq́; manu Laërtius heros,
Impulit, incutiens ſceptrum, uerbisq; minatus·
Stulte, quieſce modò, atq; aliorum percipe dicta,
Qui te conſilijs ſunt & uirtute priores:
Tu uero imbellis, uecors, ignauus, ineptus,
Nec uirtute uales, belloq́; es inutilis omni,
Conſilijs nec pectus habes ſapientibus aptum.

Gregarios uerbis caſtigat.

Quin etiam non hic omnes regnamus Achiui:
Nec multos regnare bonum, rex unicus eſto, "
Vnius imperium, cui Iuppiter aurea magnus "
Sceptra dedit, iuſſitq́; ſuis dare iura tuendis. "
His tunc ille duces dictis, populosq́; regebat.
Rurſus at immodicos illi mouere tumultus
Seditioſa cohors iuuenum, qui nauibus altis
Omiſſi rediere, relinquere cœpta coacti,
Tota ferox quorum clamor per caſtra fremebat.
Non ſecus ac ualidis turbantibus æquora uentis,
Littora tota ſonant, fluctuq́; remurmurat unda.
Verum alij placidi ſtabant, ſua quiſq; tuentes

Apta comparatio.

I n caſtris loca,& in tuta ſtatione manebant:
S olus compoſitam pacem turbabat inerti
T herſites lingua, qui turpibus inuida dictis
P ectora plenus erat, qui friuola multa loquutus
C um ducibus populi contendere ſæpe ſolebat
T urpiter, & nihil ad laudem referebat honeſtam,
S ed quod ridiculum pugnacibus eſſet Achiuis:
Q uo non ad Troiam uenit uir turpior alter,
L umina diſtortus, claudus pede, gibbus utroq;
D eformans humero coniunctum pectus habebat:
O blongi capitis, uertex ſurgebat acutus,
E xigua rari ſuberant in fronte capilli:
H oſtis erat magno, ſummusq; inimicus Achilli:
N ec minus idem Ithacum capitaliter odit Vlyſſem:
T unc quoq; uociferans, & acuto gutture ſtridens,
P lurima magnanimo conuicia dixit Atridæ.
C ui tunc unanimes iraſcebantur Achæi,
E t uires odere uiri non æqua patrantis.
H unc itaq; irritans, his eſt clamoribus uſus.
O mnibus Atrida pulchris cum rebus abundes,
N um quid adhuc, & cuius eges? aut quid petis ultra?
Q uæ tibi ſollicitant animum bona? quandoquidem ſunt
O mnia plena tibi prædiuite ſcrinia cenſu
Ae ris inexhauſti, cum ſint tua plena puellis
O mnia formoſis tentoria, quas modò captis
V rbibus eximias dedimus tibi Graia iuuentus,
V t quas credidimus regem decuiſſe ſupremum.
C umq; tot obtineas, & tanta, quid inſuper optas
A urum & opes, pulchrasq; alijs auferre puellas?
S i quis enim Troum (quem forſitan aut ego captum,
A ut alius quiſquam Danaûm traduxerit) auro
S e redimat, totum tibi, quod datur, adſeris aurum:
S i qua per è Danais aliquem captiua trahatur

Fœmina

Inuidi, ſedi-
tioſi, ac ma
ligni homi-
nis naturã
ſub perſona
Therſitæ
deſcribit.

Deformis
Therſites.

Therſites
Agamemno
ni conuicia
tur.

F œmina Troïadum, quæ forma præſtet, & cui
F loribus emineat, tu protinus adſeris illam,
I nuitoq; trahis domino, ſecretaq; captas
G audia furtiuæ Veneris, clauſamq; reſeruas.
S ed neq; qui rex eſt, regem decet eſſe malorum "
I n nos, & faſtu ſceptra exercere ſuperbo. "
O nos molliculos, & inertia corda gerentes:
O Danaas nos, non Danaos. quin ergo paratis
N auibus aufugimus, patriam, dulcesq; penates
V no omnes curſu, uotoq; petamus eodem:
A tq; iſtum nimio faſtu tumefacta gerentem
C orda, relinquamus Troiæ ſub mœnibus altis,
V t tandem incipiat ſolus ſentire relictis
A n gerere hæc poſſit ſine nobis prælia, uel non,
Q ui ſibi præſtantem cunctis in rebus Achillem — Rapit in inuidiam.
L æſerit, atq; ignominia turbarit acerba
N uper in erepta Briſeïde, quam tamen illi
N omine uirtutis dedimus ſua præmia Graij.
T unc tamen haudquaquam fuerat commotus Achilles,
S ed potius cœptam dimittens fortiter iram,
L eniter ereptum ferre eſt ſibi uiſus honorem:
Q uod niſi feciſſet, quis te iam noſſet Atrida
V iuere, & immeritis facere hæc opprobria Graijs?
T alibus arcentem populos Agamemnona dictis
C ulpantem, cum uidiſſet diuinus Vlyſſes,
A duolat, aſſiſtensq; irato hæc increpat ore.
G arrule Therſita, quanquàm tibi multa loquendi — Vlyſſes Therſiten reprimit.
C opia ſuppeditet, nec ſis non uoce ſuaui,
N e tamen hic ſolus reges inceſſere, ne'ue
F riuolus eſſe uelis, qui ſis deterrimus inter
T ot talesq; uiros, quicunq; Agamemnona magnum
I pſius auſpicijs ſumus ad Troiana ſequuti
M œnia: quod nequeas linguæ dare frena loquaci,

N ec moderere tuis ducibus maledicere uerbis.
N unc remeare mones, patriaſq; reuiſere terras,
C um neq; conſtet adhuc, num nos ad regna reuerti
E xpediat patria, & dulces repetiſſe penates.
E t nunc paſcenti populos maledicis Atridæ
N on aliam ob cauſam, niſi quod data plurima cernas
P ræmia, quæ nolles, quorum nihil ipſe dediſti,
N ec ſimilis (quis enim ſimilis tibi uellet haberi?)
S ed magis heroës Danaï, fortiſſima bello
P ectora, digna ſuæ tribuerunt præmia laudi.
Q uare præmoneo, credas ueſane monenti,
S i rurſum in populo diſcordia uerba ferentem
R epperero, capite hoc plectar, nec uiuus Vlyſſes
T elemachi pater eſſe ferar, ſi non ego totum,
S i te non totum ſpoliatum ueſtibus iſtis,
E t læna, tunicaq;, & quæ tegit inguina, coram
O mnibus his, rapidæ concidam uerbere uirgæ,
V ſq; adeò, ut multo repetas naualia fletu.
Sceptrum Therſitæ incutit Vlyſſes.
T alia commemorans, ſceptro ſic perculit aureo
T erga humeroſq; uiri, liuoris ut inde coacti
P allor, & extarent uibices ſanguine nigræ.
I lle timens plagas, & uerbera plura, reſedit,
T urpiter indulgens lachrymis, tacitoq; dolori,
S iccabatq; manu manantia lumina, ut illum
S pectantes reliqui, quanquam tunc pectora mœſti,
R iſerunt tamen, immodicoſq; dedere cachinnos.
S ic etiam eſt aliquis propè ſtantem affatus amicum.
Bonorũ de Vlyſſe iudicium.
Q ualia dij ſuperi, quamq; immortalia Vlyſſes
F acta facit, ſeu cum ſummis de rebus habetur
C onſilium, ſiue arma manu bellumq; gerendum:
M aximus ingenio eſt, bello fortiſſimus idem.
N unc tamen hoc, quod præcipua ſit laude ferendum,
F ecit opus, qui uaniloquum compeſcuit iſtum.

N am neq; principibus poſthac audebit, opinor,
F riuola inutilibus conuicia ſpargere uerbis.
T alis erat populi ſermo, taliq; fremebant
C olloquio, cum murorum deſtructor Vlyſſes
A urea ſceptra tenens Agamemnonis, ocyus ipſis
A dſtitit aſſurgens: quem iuxta cæſia Pallas
P ræconi ſimilis, perſuaſa ſilentia turbæ
I ndixit, ſimul ut ſummi minimiq; Pelaſgûm
P erciperent, ſapiens quæ tunc loqueretur Vlyſſes.
Q ui poſtquam tacuere, intentiq; ora tenebant,
S ic Laërtiades facundo eſt ore loquutus.
S ceptriger Atrida, nunc te conantur Achiui
O mnibus inuiſum mortalibus atq; peroſum
R eddere, nec meritæ decoratum nomine laudis:
N ec ſtant promiſſis, tibi quæ iurata dederunt,
D iuite cornipedum cum te ſequerentur ab Argo,
A d patrios nunquam ſe uelle redire penates
A ntè, bonæ muris quàm fortia mœnia Troiæ
D iruerent. nunc ſe pueriliter affligantes,
P ectoribusq; ſuis muliebria corda gerentes,
A d caros cupiunt natos patriamq; reuerti.
Q uando omni potius fuerat ratione dolendum,
T urpiter, & ſine laude domum quandoq; reuerti.
Q uod ſi quis mare ueliuolum, ſæuumq; procellis
N auiget ingreſſus, quatientibus æquora uentis,
V no per tumidum iactetur menſe profundum,
N e queat uxorem caroſq; reuiſere natos,
T riſtanti tacitos uoluit ſub corde dolores:
N obis donec in hac peregrè regione moramur,
N ona recurrit hyems, ter tertia præterit æſtas.
T riſtibus iccirco nemo indignetur Achiuis,
O ptatam in patriam ſi forte redire laborent.
V erum turpe, domum poſt tot durata reuerti

Vlyſſes Agamemnoni.

A minori ad maius.

T emporа, & exhauſtos diuturna per arma labores
H audquaquàm rebus ſperato fine peractis.
Q uare agite, ô ſocij, reliquum tolerate, breuesq;
T emporis expectate moras, dum ſcire queamus
V erá ne uaticinans prædixerit omnia Calchas,
A ulidis in portum piſcoſæ quando ſubiſtis
N auibus Argiui, Priamo Troiæq; ferentes
E xitium, quia uos illic ad ſacra fuiſtis
E xta deûm teſtes, præterquam quos mala fato
P arca tulit: meminiſſe poteſtis tempore ab illo,
Q uo nos ad poſitam dijs immortalibus aram
S acra parabamus, denſis qua plurima ramis
V mbrabat platanus, ſubter quam frigida puro
V nda reſultabat riuo, quo tempore uiſum
E ſt ingens nobis monſtrum, draco terga cruentis
D iſtinctus maculis, aræ ſublapſus ab imo
P roſiluit pede (ſic Saturnius ipſe uolebat)
I pſe uago lapſu ramos amplexus, in altam
E uaſit platanum, tetigitq; cacumina: quorum
N idus in arce fuit, numero bis quatuor intus
P aſſeris includens pullos: qui frontibus altis
H ærentes, exultabant implumibus alis.
Q uos omnes uno matrem ſtridore uocantes,
C um draco peſtifero depaſtus dente fuiſſet,
I pſam etiam matrem circum ſua pignora fruſtra
S ollicitas querulis quatientem uocibus alas
C orripuit, nonamq; auidam demiſit in aluum.
P rotinus in ſaxum mutatum Iuppiter ipſum
C onſpicuum poſuit. ſed nos horrenda deorum
C onſtitimus ſtupido mirantes omina uiſu:
P ræcipue quá nam ratione ad ſacra deorum
T am dirum ueniſſet opus, monſtrumq; nefandum.
T um Calchas diuina tenens miracula fatur:

Τοποϒραφία.

Prodigium draconis et paſſerum in Aulide.

Cur

C ur uos tanta noui ſubit admiratio monſtri, | Calchas prodigium Græcis interpretatur.
C rine graues Danaï? prudens nam Iuppiter iſtud
P rodigium immiſit, ueniet qua gloria nobis
S era & tarda quidem, ſed fama & laude perhenni.
S icut enim ſerpens auido crudelis hiatu
O ctonos pullos nona cum matre uorauit:
S ic nos fata nouem mittunt in bella per annos
S æua, gerenda manu ſpacioſæ ante inclyta Troiæ
M œnia, quæ decimo tandem capiemus in anno,
A tq; euerſa ſolo dabimus. fore talia Calchas
P rædixit, quæ nos nunc omnia perficiemus.
Q uare agite, obdurate, ſupremum & ferte laborem
O fortes Danaï, donec uictricibus armis
E uertamus opes Troiæ, Priameïa regna.
H æc ubi dixiſſet, laudantum dicta ſequutus
C lamor Achiuorum, ſic magnus, ut undiq; totis
N auibus horrendo reſonarent iubila cantu.
C ompoſito ſtrepitu, ſenio uenerabilis albo
N eſtor equûm domitor proceſſit, & in medium ſic
O rſus ait: Prò dij, rem tempus in omne pudendam, | Neſtor Græcis.
V os nunc conſilijs turbatis inertibus omnem
V irtutem bellandi, & amatis inania uerba:
M ollibus aſſimiles pueris, qui bellica nunquam
M unera militiæ, ſed tantum ludicra curant.
P romiſſæ toties ubi nunc in prælia uires?
F œdera ubi? & dextris data ſacramenta leuatis?
I ngentes ubi ſunt curæq;, minæq; feroces?
O mnia fluxerunt, mandata uolucribus Euris.
H uius cauſa mali, ſi quid mihi credis Atrida,
I lla eſt, quod poſitis ducentes ocia rebus,
P erficere alternis contendimus omnia dictis,
D onec in hoſtili terra ſumus: & neq; tanto
T empore perficimus, quâ nam ratione petitas

O btineamus opes, atq; ardua Pergama bello
δοστρεφέ V incamus. ſed tu populorum rex Agamemnon,
C um tibi deuinctos habeas non ſecus omnes,
A c prius Argiuos, deſueta redire ſub arma
I mperij pro iure iube, caſtriſq; relictis
O mneis exerce regenda in bella per arteis.
Q uod ſi forſan abhorreat unus & alter ab huius
M uneris officio, ſine contabeſcere, & illos
P ac miſſos. nec enim fas nos ad noſtra reuerti
C oniugia, & dulces natos, caroſq; nepotes
A ntè, ſemel cœptam quàm ui confecerimus rem,
E t quàm conſtiterit nobis Iouis alma uoluntas,
P romiſſis maneat nec ne. namq; illa profectò
S ponſio certa Iouis, nos uincere Pergama bello
O ſtendit. quo namq; die hæc in bella profecti,
C ærula fluctiuagis ſulcauimus æquora remis,
T roianis mortem & crudelia fata ferentes,
Prodigium A' dextra pater immenſo ſplendore coruſcans
fulminis. A ffulſit, nobis lætantibus omine dextro.
N emo igitur patrios ſe uelle redire penates
C ogitet antè uelim, quàm fortiter ultus honorem
P ræcorruptæ Helenes, alicui ſe matronarum
M iſceat Iliadum. quod ſi quis forte proteruus
E xtiterit, qui naue domum rediiſſe laboret,
N auiget, & nigræ ſcandat tabulata carinæ,
P rimus ut ante alios mortem ferat atq; laborem.
" T u rex, conſilijs ſicut prodeſſe uolenti,
" S ic etiam ex alijs debes capere optima, ſi ſint
" Q ui tibi forte dabunt: nec enim contemnere oportet,
Pulchrum Q uod tibi nunc dabimus. ſecerne per agmina tota
Neſtoris H as omnes acies, atq; ordine rite locato
conſiliũ. Q uamque ſuo, gens una ſuo, tribus una ſuo ſtet
O rdine, ciuis erit ciui, gentilis adhærens

G entili, feret auxilium ſibi ſanguine iuncto
S anguine coniunctus, defendet amicus amicum.
Q uod ſi tu audieris hæc me non uana monentem,
T e uero audierint Argiui iuſta iubentem,
C ognoſces quis dux melior, quis miles in armis,
Q ualis quæq; cohors. nam per ſe ſingula quæq;
A gmina pugnabunt. tum ſit' ne auerſa uoluntas
D iuûm, cognoſces: an propter inertia Graiûm
P ectora, non poßis capere altæ mœnia Troiæ.
A d quem reſpondens Agamemnon, maximus armis,
C erte (inquit) uenerande ſenex, te plurima linguæ — Agamemnō Neſtori.
G ratia commendat, prudenti pectore cunctos
H aud dubiè Graios ſuperas, uincisq; loquendo.
A tq; utinam tales mihi Dij bis quinq; dediſſent, — Optat decē ſibi dari Neſtoras.
I uppiter ipſe pater, Pallasq;, & Phœbus Apollo,
N empe breui noſtris manibus caperentur, & alto
P ergama conciderent à culmine. ſed mihi magnam
I uppiter inuexit uim materiamq; doloris,
T am male cum forti qui me commiſit Achille,
V nius ob pulchræ certantem iura puellæ. — Pœnitet Achillem offendiſſe.
C uius principium certaminis omne redundat
I n caput hoc: à me cauſam ueniſſe fatebor.
Q uod ſi tempus erit quo mutua noſtra redibit
G ratia, & una fides iterum deuinciet ambos,
T um non ulla dies Troiæ fatale ſuperbæ
D ifferet excidium. nunc ut curetis abite
C orpora, firmetisq; cibo languentia membra: — Corpora curare & arma parare iubet.
N am prodire acies poſt, & capere arma neceſſe eſt.
Q uapropter bene quiſq; ſuas ſibi præparet haſtas,
M uniat & clypeos, & pabula curet equorum,
E t bene componat currus in prælia ituros,
V t totum tolerare diem & conſiſtere in armis
P oßimus, martemq; pati, durumq; laborem.

Nulla

Nulla quies dabitur, non reſpexiſſe licebit,
Noctis in aduentum pugnabitur. illa relabens
Dirimet arma uirûm: pectus ſudare neceſſe eſt
Vſq; adeò, ut clypei madefiant lora, tenendo
Dextera laſſetur telo: ſudore madeſcant
Qui currus moderantur equi, frenoq; reguntur.
Seu quis detrectarit opus, pugnæq; laborem,
Seu quis ad æratas deuitans prælia naues — *Minatur ignauis.*
Reſtiterit, non effugiet, quin corpore ſparſo
Paſcat aues, canibusq; inhumatus præbeat eſcam.
Talia magnifico regem ſermone loquutum,
Læticiam teſtante animi clamore ſequuntur
Argiui: uelut extantem cum multa relabens
Frangitur ad ſcopulum magno maris unda tumultu, — Comparatio.
Aˊuarijs impulſa ſub uno tempore uentis,
Curua repercuſſo compleuit littora planctu.
Ergo ſuas uario repetebant agmine naues,
Inſtructasq; parant caua per tentoria cœnas,
Sumebantq; cibos: tum dijs cœleſtibus aras
Sacrantes, diuerſa ferebant dona, precantes
Quiſq; ſibi faciles ad tanta pericula diuos
Euitanda, feri martis mala, uulnera, mortem.
At rex ipſe uirûm bello præclarus Atrides
Quinquennem tibi ritè bouem mactabat opimum,
Iuppiter omnipotens. primos iubet inde uocari
Argiuûm proceres ponendæ ad fercula cœnæ:
Neſtora præcipue, regem Idomenea ſecundum,
Inde duo Aiaces, pôſt Tydeos inclytus ibat
Filius, in ſexto dijs æquiparandus Vlyſſes
Ordine conſequitur. quibus accedens Menelaus
Optimus, † octauum conuiuam ſponte ſua ſe — Vt pro ſeptimo accipiamus ipſum Agamemnonē.
Præſtitit, agnoſcens ſeſe cauſam eſſe laborum
Fratris. ut ergo bouem mactatum pinguibus aris

Circum

C ircum conſtiterunt, ſalſasq́; tulere placentas,
I pſe deum ſupplex ſic eſt affatus Atrides:
I uppiter, illuſtriſsime rex, & maxime diuûm,
N ubibus imperitans nigris, & in æthere ſidens,
D a mihi ut antè nigras quàm lux deſcendat ad umbras,
A tria uindicibus Priami comburere flammis,
E t poßim captas igni ſuccendere portas,
A rmaq́; ab Hectoreo reſcindere pectore, & ipſum
C onfodere hoc ferro, ſic ut iugulentur amici
C irca ipſum, pluresq́; cadant, & puluerulentam
C ontingant ſocij moribundo gutture terram.
S ic ait. at ſacris acceptis Iuppiter aurem
O ccluſam precibus tenuit, nec uerba recepit
S upplicis Atridæ: quin duros inde labores
A ccumulans immiſit, & ingentes erumnas.
I amq́; deos uiſi placaſſe, ubi ſacra ſalita
C onſperſere mola, tum tractum rite iuuencum
A nte aras iugulant, & pelle trementia nudant
V iſcera: tum coxas reſecant, geminasq́; reponunt
I n partes ſciſſas, pingui quas inde tegentes
A ruina accumulant, atq́; igni cruda reponunt,
A rida ſubdentes flammæ fomenta, peruſtis
C ruribus, iniiciunt prunis, & uiſcera torrent,
T oſtaq́; diſcerpunt auido ientacula morſu.
I nde minutatim conciſa alui omnia, longis
M embra alacres figunt uerubus, quibus inſuper aßis
V eſcuntur, lautisq́; agitant conuiuia menſis:
E t quod cuiq́; animus ſuaſit ſuus, omnia libant.
P oſtquam exemptus amor potusq́; cibiq́; reſedit,
N eſtor equûm domitor ſimul iſta Gerenius infit:
I nclyte belligerûm populorum rex Agamemnon,
T empora ne qua diu uano ſermone teramus,
A c ne poſthabeamus opus quod ſuadet, & ipſum

Agamemnonis ad Iouē oratio.

Non audit Agamemnonem Iuppiter.

Sacrificij ὑποτύπωσις.

Conuiuiū à ſacrificio.

Neſtor Agamemnoni.

Se deus

S e deus authorem cuius facit. ergo uocantes
P roclament per caſtra uiri, quo confluat omnis,
A dſiſtatq́; tibi ſumptis exercitus armis.
N os uero hinc alij ad fortes abeamus Achiuos
P rotinus, & duri inijciamus martis amorem.
S ic ait, at rex Atrides non falſa monenti
P aruit: & mox præcones dimiſit, ut omnes
C oncieant, & in arma uocent populosq́; ducesq́;,
Q ui tum cunq́; aderant Argiuûm crine comantum.
Præcones Q ui tunc arguta præconum uoce uocati,
exercitum C onuenere breui, ſumptisq́; ſtetere ſub armis.
conuocant. I nſtruxere alij denſatis agmina turmis
C ura deûm reges, illuſtrem Agamemnona circum.
H ic uero diuina ferens Iouis ægida Pallas,
Aegidis de- I nuiolabile opus, precioſum atq́; immortale,
ſcriptio. A urea cuius erant centum retinacula bullis
I ndita, cœleſti bullis radiantibus auro,
Q uarum quæq́; boues centum dependere poſſet:
H oc tunc illa ferens, armata per agmina Graiûm
I mpete prærapido nulli conſpecta uolabat,
M ulta monens, & in arma uocans, animosq́; laceſſens
G raiugenûm, iam plus pugnæ Martisq́; laborum
Q uàm patriæ memores, quàm nauibus ire per altum.
I amq́; refulgebat ſumptis exercitus armis
O mnis, ut arboribus mons conſitus undiq́;, & igni
Cōparatio. S uccenſus, flammis longe lateq́; relucet
S ole repercuſsis: ſic aurea ſplendor ab armis
A ſtra ferit, ſummoq́; micat lux ferrea cœlo.
Alia compa A tq́; ut ſæpe auium per nubila pura uolantes
ratio, qua et S iue gruum turmæ, cygnorum ſiue canoros
Virgilius eſt E dentum per colla modos longiſsima cantu
uſus. C ircum latiflui numquam non uerna Cayſtri
F lumina, nunc cœlum, nunc terras ore petentes

Clangorem

C langorem emittunt, unde Aſia prata reſultant:
T alis erat iuuenum circum piſcoſa Scamandri
L ittora, complentum campos, caſtriſq; ruentum
A uditu ſonus. ipſa pedum perculſa tumultu
Q uadrupedum atq; hominum, tellus horrore remugit
T erribili: tot enim ſtabant iam milia Graiûm
F lorigero in campo, quod ad ipſum parua Scamandrum
N aſcuntur folia, & flores pubentibus herbis.
Q ualia uere nouo muſcarum examina denſis
A gminibus confuſa ruunt, ad plena uolantum
M ulctra leuis tuguri, & libantum munera lactis:
T alis erat Danaûm pulchris exercitus armis
I nſtructus, tales Troiam uaſtare paratæ
I n medio ſtabant confuſa per agmina turmæ.
Q uos ita ſecreuere duces, & in ordine quemq;
C ompoſuere ſuo. ceu conſueuere caprarum
P aſtores, in aperta greges diſcernere ductos
P aſcua, quoſq; ſuis iungentes matribus hœdos.

Muſcis comparat Græcos, id à quibuſdam reprehẽditur, inter quos Vidas.

A t reliquos inter uadens ſuperabat Atrides.
S icut ubi eximius ſociata per agmina taurus
I ncedens, ſuperatq; alios, atq; imperat ipſis:
S ic inter Danaos inceſsit rex Agamemnon,
O s oculoſq; Ioui ſimilis, qui fulmine terret,
P ectora Neptuno, cincturæ inſignia Marti.
T alem inter reliquos heroas Iuppiter illo
E ſſe die uoluit populorum Agamemnona regem.

Tauro Agamemnonem comparat, aliquãto rectius.

D icite nunc Muſæ cœleſtia templa colentes:
V os etenim diuæ cum ſitis, cuncta tenetis,
O mnia præſentes uidiſtis, & omnia noſtis,
A d nos uix tenuis fama perlabitur aura,
N ec ſcimus quí nam reges ad littora claſſem
T roiana appulerint, quibus aut tot milia Graiûm
P aruerint ducibus: quæ non ego ſingula poſſum

Muſas inuocat ob difficultatem ſequentis catalogi.

Dicere,

Dicere, & immenſi comprendere nomina uulgi,
Parumper Non mihi ſi linguæq; decem ſint, ora decemq;,
immutauit Vox infracta ſonet, rigeant præcordia ferro:
Virgilius. Ni mihi cœleſtes Muſæ, Ioue cœlite natæ,
Omnia clarorum referatis nomina regum,
Quicunq; Iliacas petierunt nauibus oras,
Troiano Argiuam ſtatuentes littore claſſem.

CATALOGVS NAVIVM ET Ducum Græcorum.

BOEOTIO rum duces.

Quinque duces Troiæ, Bœotia miſit, ad oras:
Peneleus. Protho̊enor. Peneleon, Prothoënora, Leïton, Arceſilaum,
Leitus. Arceſilaus. Clonius. Et Clonium. populos habet hos Bœotia tellus,
Quiq; colunt Hyrien, petroſamq; Aulida paſcunt,
Loca Bœotiorum. Et Schœnon, Scolonq;, & origaneis Eteonum
Inſignem folijs, Theſpiam, Græan, & urbem
Latiuagam Mycaleſſon, & antiquum Harma colentes,
Quiq; apud Ileſium, & ueteres paſcuntur Erythras,
Quiq; Eleona habitant, quiq; Hylen, qui Peteona,
Qui Copas, & qui muris Medeona ſuperbam,
Eutreſim, & Thiſbes laſciuis plena columbis
Mœnia, quiq; Coroneam, herboſamq; Aliarton,
Quiq; Platean habent claram, Gliſſentaq; paſcunt,
Quiq; urbem Thebas clariſſima mœnia ſeruant,
Oncheſtonq; ſacrum Neptuni numine lucum,
Præſtantemq; uuis Arnen, pulchramq; Mideam,
Diuinamq; urbem Niſſam, quæq; ultima reſtat
Florigeram quicunq; colunt Anthedonis oram.
Naues Bœotiorũ 50. Quinquaginta illi ratibus uenere profecti,
Armis atq; uiris grauibus. nam quælibet harum
Centenos tulit, & bis denos, marte potentes.

ORCHOmenij. Qui uero inde colunt Aſpledona, qui Minyeum
Orchomenon, uenere. hos autem Marte creati

Aſcalaphus

A ſcalaphus duxere, & Ialmenus. edidit illos
A ſtioche formoſa, domo cum uirgo paterna
A ctoris Azidæ triclinia ſola petiſſet,
G radiuo compreſſa, in lucem enixa gemellos.
H i quoq; terdenas pulchras duxere carinas.
Q ui uero oppoſita uenere ex Phocide miſsi,
D uxerunt Schediusq; & Epiſtrophos inclytus armis,
I phitus Eubolides genuit quos pectore præſtans.
C um quibus hi populi ducibus uenere uolentes,
Q ui Cypariſſon habent, & petroſam Pythona,
C riſſamq; inſignem, qui Daulida, qui Panopea,
Q uiq; Anemoream ſeruant, & Hyampolin altam,
Q ui fluuium Cephiſon, & ipſius ora Lilææ
F ontis habent, ex quo Cephiſi flumina manant.
Q uadraginta hi ſunt aduecti nauibus omnes:
Q ui uelut unanimi Bœotis fœdere iuncti,
A latere armati ſemper uenere ſiniſtro.
L ocrenſes uero uarijs adduxit in armis
F ortis Oïlei generoſus filius Aiax,
I lle pedum curſu celer, & pernicior Euris,
S ed minor & factis & nomine. nam neq; tantus
I lle fuit, quantus fuerat Telamonius Aiax:
S ed multo minor & membris, & uiribus illo.
S ed tamen & forti munitus tegmine pectus,
V ibrandæ cunctos haſtæ ſuperabat Achiuos
A rtibus, & docto torquebat tela lacerto.
L ocrenſes uero populi ditionis habentur,
Q ui Cynon paſcunt, Opoëntaq;, Calliaronq;,
B eſſanq;, Scarpheq;, & amœniferas Augeas,
T arpheq;, Chroniumq;, Boagri flumina circum
Q ui paſcunt populi: ſocia adduxere carinas
A rma quaterdenas. Atq; hi trans littora ſacræ
E ubœæ ſua regna uiri Locrenſia ſeruant.

Aſcalaphus & Ialmenus, Martis filij.

Horum naues 30.

PHOCENSES duces, Schedius & Epiſtrophus.

Horum naues 40.

LOCRENSES, quorum dux Aiax Oileus.

Comparatio duorum Aiacum.

Loca Locrenſium.

Horum naues 40.

D Qui

EVBOICI, & eorũ loca. Qui uerò Eubœam ſpirantes robur Abantes,
Chalcidáq;, Eretriamq́; & uniferacem Hiſtiæam,
Cerinthumq́; mari iunctam celſam Iouis urbem,
Quiq́; Caryſton habent, & qui Styra cunq; frequentant,
Elephenor dux. Quos duxit princeps Elephenor Martius heros
Chalcodontiades, animoſus rector Abantum.
Ipſi etiam claræ bello uirtutis Abantes
Præcipue iaculatores, haſtamq; periti
Vibrare, & longis contingere pectora telis:
Horum naues 40. Hi quoq; quadraginta graues duxere carinas.
Hinc qui Cecropiam, munitam fortibus urbem
ATHENIENSES. Mœnibus, incoluere uiri, præclarus Erechtheo
Ortus auo populus: quem quondam rure creatum,
Filia magna Iouis ſuſceptum nutrijt, atq;
Hunc primum regem claris præfecit Athenis,
Templum ubi nunc illi ciues ſtatuere, ferentes
Annua ſacra, aras adolentes bobus & agnis.
Meneſtheus dux. Hos tunc ducebat patria uirtute Meneſtheus
Maximus: huic nemo poterat certare regendis,
Aut etiam ornandis uel equis, uel in arcta locandis
Agmina militibus. tantum quòd maior & annis,
Atq; uſu rerum Neſtor foret, unus in illa
Laude fuit certare auſus. tunc nauibus ille
Naues Atticæ 50. Quinquaginta aderat, patriasq; reliquit Athenas.
Bis ſex è Salamine rates Telamonius Aiax
SALAMINij, quorum dux Aiax Telamonius. Egit, & adduxit ſtatuens in littore iuxta
Cecropias naues. Tum qui Iunonis Achiuæ
Naues 12. Tecta colunt Argos, Tirynthaq; mœnibus altam,
ARGIVI. Hermionenq́;, Aſinenq́;, ſinus maris alta tenentem
Littora Trœzena, Eïonasq́;, ſacramq; Epidaurum
Vinetis celebrem, qui Aeginam cunq; opulentam,
Diomedes dux. Et Maſeta colunt. hos uoce ualens Diomedes
Sthenelus. Duxerat, & Sthenelus Capanei filius alti,

Hũc locũ alij aliter et uertunt & accipiũt, de quo uide Strabonem lib.9.

Et clari

E t clari uirtute uiri. quibus additus ibat
T ertius Euryalus, ſimilis uirtute deo uir, — Euryalus.
M eciſto Talaonida genitore creatus.
O mnibus his tamen imperio fortis Diomedes
P ræfuit: octoginta hi deduxere carinas. — Horum naues 80.
Q ui claras coluere inſignia tecta Mycenas, — MYCENAEI.
E t qui mœnia habent opulentæ celſa Corinthi,
O rnasq; colunt, & ſplendida tecta Cleonas,
Q uiq; & Arethyream cinctam florentibus aruis, — Loca Mycenæorum.
Q ui Sicyona colunt urbem, cui maximus olim
R ex fuit Adraſtus: qui in monte ſitam Gonoeſſam,
Q uiq; Hypereſian, Pellenen, Aegion, inde
O mnia quæ curui ſita ſunt in littoris ora,
Q uiq; habitant Helicen circum regionibus amplam.
N auibus hos centum ducebat rex Agamemnon — Agamemnon rex.
A trides, quem tot populiq; ducesq; ſequuti — Naues 100
R egem præfecere heroibus omnibus, unum.
T otus enim uirtute animi præſtabat, & armis
O ptimus: atq; ideo populos ductabat Achiuûm.
A t qui deinde habitant altas Lacedæmonis arces — LACEDAEMONII, & eorum loca.
P iſcoſæ, Spartenq; altam, Pharinq; iacentem,
Q uiq; columbiferam Meſſen, & ſemper amœnas
A ugeas, & Bryſeas, & pulchra uireta
V rbis Amyclarum paſcunt, poſitamq; paluſtri
L ittore Helon, qui deinde Laan, Tylonq; frequentant,
H os ducebat agens ſexaginta agmine naues, — Menelaus rex.
A rmis atq; uiris inſtructo, frater Atridæ — Naues 60.
M aioris, uocem bonus, & fortis Menelaus:
Q ui primus furijs animum ſuccenſus & ira,
C oniugis abductæ, reliquos hortatus ad arma
T raxerat, & lachrymas Helenes ulturus agebat
I n bellum (quos ipſe author commouit) Achiuos.
H inc gentes quæcunq; Pylon Neleïda ſeruant, — PYLII, ET eorum loca.

E t cultam Arenen,& qui Thryon,obuia magni
A lphæi uada,quiq́; præaltum turribus Aepy,
E t Cypariſſienta,& florens ſemper Emæon,
E t Pteleon,ſed Helosq́;,& Dorion : hic ubi Muſæ

Fabula Thamyridis, à Muſis arte carminum priuati.

T hreïcium Thamyrin priuarunt carminis uſu,
O buia forte uirum nactæ ueſtigia agentem,
E uryton infauſto cum linqueret omine regem
O echaliæ,& ſe poſſe deas ſuperare canendo
I actaret,ſi ſecum aliquo contendere cantu
A uderent : hic iratæ Iouis inclyta proles,
P ierides Muſæ ſpoliarunt uana ferentem
S enſibus & cantu,& citharæ fidis arte mouendæ.

Neſtor dux.

H os ſecum ſenior populos dux Neſtor agebat,

Naues 90.

A rma decem nouies ducens ſtipata carinis.
P ræterea Arcadiæ qui tum populoſa tenebant

ARCADES & eorũ loca.

O ppida,quiq́; altæ ſub culminibus Cyllenes
S ublimem iuxta tumulum,qua multa uirorum
S unt ſita clarorum fortiſſima corpora bello :
Q ui Pheneonta colunt,& ditem mollibus agnis
O rchomenon,Rhipen,Stratienq́;,& ſemper Eniſpon
F lantibus expoſitam uentis,Tegeamq́;,& amœnam
M antineam,qui Stymphalon,celſamq́; frequentant

Agapenor dux.

P arrhaſiam.clari princeps fuit his Agapenor
F ilius Ancæi,qui inſtructis nauibus ibat

Naues 60.

C um bis terdenis,ſocijs armisq́; refertis.
S ed tamen has illi dederat rex ipſe uirorum
M aximus Atrides,nigri quibus æquora ponti

ARCADES mediterranei.

T ranſiret : quoniam procul abſunt Arcades oris
Ae quoreis,nec multa marina negocia curant.

EPEI ET eorum loca.

A t qui Bupraſium populi,quiq́; Elida diam
I ncoluere,& quos Hyrmine,atq́; ultima ſeruat
M yrſinos,uſq́; ſub Oleniæ iuga maxima petræ,
Q uicunq́; & ueterem ſub Aliſion uſq́; manebant,

Quatuor

Quattuor hi ducibus uenere, è quattuor uni
Cuilibet arma decem portabant bellica naues. Naues 40.
Dux prior Amphimachus fuit, acer Thalpius alter: Duces, Amphimachus.
Ille ſatus Cteato, pater huic fuit Actorionis Thalpius.
Eurytus. inde Amaryncides tulit arma Diores Diores.
Tertia, quarta Polyxenus: qui corpore pulchro Polyxenus.
Præſtitit, Augeæ nati Ioue filius alter.
Innumeri his ducibus tunc ducebantur Epei.
At qui Dulichium, ſacras & Echinadas alto DVLICHII
Incoluere mari, claræ è regione iacentis
Elidis, hos uirtute Meges, & robore Marti Meges.
Aequandus, ducebat: & huic inſtructa ferebant
Arma quaterdenæ naues: quem rector equorum. Naues 40.
Augeades Phyleus genuit, quo tempore patri
Dulychium iratus petijt, Ioue tutus amico.
Magnanimorum autem qui tunc ſcopuloſa tenebant CEPHALE
Saxa Cephalenum, & frondentibus ardua cultam nij, et finitima
Neriton arboribus, nec non ſterilißima paruæ loca.
Rura Ithacæ, qui dura Crocylia paſcebantur,
Aegilipamq; horrentem agris, & rupibus aſpris:
Qui Samon incoluere, & qui nemoroſa Zacynthi
Paſcua, ſeu quicunq; introrſus ab æquore longè
Seu terræ è regione procul maria alta tenebant,
Hos Iouis ingenio ſimilis ducebat Vlyſſes, Vlyſſes dux.
Cum bis ſex, minio fucatis roſtra, carinis. Naues 12.
Aetolos in bella Thoas Andremone natus AETOLI,
Duxit agens, qui Pleuronem, quiq; Olenon altam, & eorũ Thoas dux.
Chalcida qui propè littoream, celſamq; Pylenam,
Qui tenuere uiri ſaxis Calydona frequentem. Loca.
Hic tunc Aetolos tota ditione regebat,
Quod ſtirps Oeneæ defecerit omnis, & ipſe
Iamdudum occiderat, nec flauus erat Meleager
Amplius. hic igitur denas quater agmine naues Naues 40.

A dducens, hominum claſſem tot milibus auxit.
CRETENſes, quorum V enit & Idomeneus, bello inclytus, agmina ducens
Idomeneus C retenſis populi, qui Gneſon, & alta tenebant
dux. M œnia Gorthynæ, & ueteris tecta inclyta Lycti:
Loca. E t qui Miletum, & niueo candore Lycaſtum,
P hæſtumq;, & Rhition, bene cultas ciuibus urbes:
Q uiq; alij populi Cretæ uaſto æquore cinctæ
100. Cretæ C entum urbes habitant magnas. hos fortis agebat
urbes. I domeneus, & qui Martem referebat in armis
Meriones. M eriones. atq; hi claſſem duxere carinis
Naues 40. B is quater inſtructam denis, & flore uirorum.
RHODII, A t Rhodiæ ductor claſsis ſatus Hercule magno,
quorum dux Tlepolemus. M agnus & ipſe armis, & corpore magnus honeſto,
Naues 9. V enit Tlepolemus, Rhodiorum fortia ducens
M ilia, claſſe nouem ratium, qui frugiferacem
I ncoluere Rhodum comentes arte capillos,
Loca. Q ui Lyndumq;, & Ialyſſam, niueamq; Camirum.
H os tunc Tlepolemus Troiana ad littora duxit.
Q uem grauidam quondam Alcidæ de ſemine magni
A ſtyochen genuiſſe ferunt, quem maximus idem
C omplures penetrans urbes abduxerit olim
E x Ephyra genitor, de flumine Selleente.
P oſtquam autem patrijs adoleuit in ædibus amplis,
S anguine coniunctum patri interfecit amicum,
I nſignem uirtute, uigente Licymnion æuo,
T unc ætate grauem: quo facto, protinus omni
C ollecta comitante manu, fugit ocyus altas
C onſcendens naues. nam nati, & turba nepotum
H erculis, ultores promiſere. omnia paſſus
I s tandem, uarios terraq; mariq; labores,
A d Rhodios peruenit. ab hoc tribus inſula culta eſt
V rbibus, à Ioue rege hominum diuûmq; ſupremo.
H unc & opes propter dedit amplas Iuppiter illis.

At tribus è Syma Nireus cum nauibus ibat,
Nireus Aglaïes, & ſceptrigeri Charopœi
Filius. hic Nireus uir formoſiſſimus, altam
Venerat ad Troiam, formoſum præter Achillem.
Sed quia ineptus erat, nec fortibus utilis armis,
Paucos de multis qui ſe ſequerentur habebat.

SYMAEI, quorum dux Nireus.
Naues 3.
Nireus græcorũ omniũ formoſiſſimus, excepto Achille.

Qui uero Niſyron habent, Crapathumq́, Caſumq́,
Et Con Eurypyli non amplis mœnibus urbem,
Et uelut inſperſas ſuper æquora lata Calydnas,
Hos quoq; ducebant Phidippus & Antiphus, ambo
Theſſale te genitore ſati, magniq; nepotes
Amphitryoniadæ, terdenis nauibus uſi.

CALYDNæi, et reliqui Inſulani, quorum duces Phidippus, Antiphus.
Naues 30.

Qui coluere Pelaſgicon Argos, Alonq́, Alopenq́,
Qui paruam Trachina, & magnæ mœnia Phthiæ,
Hellados & pulchris præſtantem matribus oram
Myrmidones, quos Hellenas dicunt, & Achæos,
Quinquaginta horum naues ducebat Achilles:
Hi tunc immemores belli infœlicis, agebant
Ocia. nemo etenim cupidos ducebat in hoſtem.
Tunc animo ſiquidem contabeſcebat Achilles,
Ocia apud celeres ducens ignaua carinas,
Ob raptam iratus Briſeïda pulchri comantem,
Quam propter tot paſſus erat mala, quando ſuperbæ
Mœnia Lyrneſſi duro fortiſſima marte
Diruit. hanc rapiens, murataq; culmina Thebes
Perfregit, geminosq; Eueno principe natos
Enſe Minyta necans, & Epiſtrophon, huius amatæ
Mactauit fratres. Cuius tunc ille iacebat
Anxius, abſentis reminiſcens probra puellæ,
Mox tamen ad bellum ſumptis rediturus in armis.

PELASGI, Theſſali, Myrmidones, Hellades, etc. quorũ dux Achilles.
Naues 50.

Qui Philacæ ſedes tenuere, & Pyrrhaſon herbis
Florigerum Cereris nemus, atq; Itona parentem
Lanigerarum ouium, poſitumq; in littore curuo

PHILACAEI, & eorũ loca.

A *ntronem, & Pteleon connubia ſemper amantem,*
Proteſilaus dux. H *is quadraginta aduectis in puppibus olim*
Naues 40. P *roteſilaus erat magnis dux inclytus armis,*
V *iuus adhuc ſuperans: nunc caſſum lumine, nigro*
P *uluere terra tegit, multis quem luget ademptum*
Laodamia C *oniux Laodame lachrymis, deſertaq; caro*
R *ege domus: quem de Danäis in littora primum*
Hectorem hunc fuiſſe dicunt. N *auibus egreſſum Troiana, † uir acer in armis*
D *ardanus occidit. Sed non tamen huius inermis,*
N *ec ſine principe erat populus: quos diuite natus*
Podarces frater Proteſilai P *hylacide Iphiclo ducebat in arma Podarces,*
I *pſe uir excellens armis, ac Proteſilaï*
M *agnanimi germanus, utraq; à ſtirpe parentum,*
S *ed minor ætate ac factis. nam Martius heros*
P *roteſilaus erat. ſed & hoc duce lætus agebat*
I *n caſtris populus, quoniam & bonus ipſe fuiſſet.*
Q *ui coluere Pheras, Bœbeïdos ora paludis,*
PHERAEI, & eorū loca. Q *ui Bœben Glaphyraſq;, & præclaris Iaolcon*
I *nſtructam domibus, quos ter tribus atq; duabus*
N *auibus aduectos Admeti filius acer*
Dux Eumelus. D *uxerat, Eumelus, quem formoſiſſima magni*
Naues 11. A *lceſtis Pelie natarum enixa creauit.*
Q *ui prope Methonem degunt, qui proxima circum*
METHONEI, & finitima loca. quorum dux Philoctetes. P *aſcua Taumaties, & qui Melibœïa porro*
R *ura colunt, & Olizonem, quam plurima circum*
A *ſpera ſaxa iacent: hos ſeptem nauibus aucta*
Naues 7. C *laſſe Philoctetes, doctus tractare ſagittas,*
A *tq; ipſos etiam ſocios torquere peritos*
T *ela manu, duxit. ſed naui in qualibet harum*
Q *uinquaginta inerant. uerum tunc ipſe relictus*
Philoctetes ſaucius in Lēno relictus, de quo græcorū Tragœdiæ. A' *Danaïs in Lemno, aberat, ſæuoſq; dolores*
P *erpetiens tolerabat. & immenſos cruciatus*
V *ulnere tabifico, quod ab Hydræ ſanguine diræ*

Abſtulerat,

A bſtulerat, læſus duros hic ille labores
P ertulit. at memores poſt tempora pauca futuri
I llius Argiui fuerant, ſine principe quanquam
N on eſſent, tamen in primis hunc ſæpe petebant,
Q ui comites aderant, ductu ipſius arma ſequuti.
H is tamen inde Medon nothus eſt præfectus Oïlei,
M ater Oïleo quem Rhyne enixa creauit.

Medon nothus Oïlei.

Q ui Triccen habitant, & rupes inter Ithomen
I mpoſitam, quiq; Oechaliam, quam rexerat urbem
E urytus, ad Troiam terdenis nauibus ibant.
Q uos duo ducebant fratres, Phœbiq; nepotes,
P atre Coronida, præſtantes arte medendi,
B elligeriq; ambo, Podalirius atq; Machaon.

TRICCENſes, Ithomenæi, & Oechalij, quorũ duces Podalirius et Machaon.
Naues 30.

Q ui loca ad Ormeniũ, fontemq; Hypereïan habebant,
N ec procul Aſterium, Titaniq; niuale cacumen,
E urypylus princeps, Euæmonis inclyta proles,
A rua quaterdenis ad Troïa duxit euntes

ORMENII, cum adiacentibus. quorũ Eurypylus dux.
Naues 40.

P uppibus. At qui Argiſſan habent, Peneïdas undæ
V icinam ripis, Gyrthonem quiq; colebant,
O rthenq;, Elonamq;, & in alba Olooſſona terra,
H os in bella Meneptolemus præclarus agebat,
N atus Perithoo, genito Ioue & Hippodamia:
I lla luce puer matris conceptus in aluo,
Q uo pater hirſutos Peli de uertice montis
C entauros pepulit, Macedumq; remouit in oras.

ARGISAEI cum finitimis locis. Meneptolemus dux.

N ec fuit hic ſolus: ſed in hac quoq; parte Leonteus,
E ximius bellator, erat dux, patre Corono
C æmida. quater hi denas ſuper æquora naues
D ucebant, perpulchrè armiſq; uiriſq; refertas.

Leonteus.
Naues 40.

A t Guneus ex urbe Cypho bis quinq; carinas,
B is ſenaſq; tulit: cuius tunc ſigna ſequuti
V enerunt Enienes, & in fera bella Peræbi
M agnanimi, qui Dodonem loca frigida circum

CYPHII, Enienes, Peræbi, quorum dux Guneus.
Naues 22.

Q uaq; habitant, circumq́; colunt Titareſion undis
L eniſluis placidum: quem cum Peneon amœnum
I nfluit, illius haud puras miſcetur in undas,
S ed ceu Palladiæ præpinguis ſuccus oliuæ
I nnatat excurrens. Stygia nam flumen ab unda
I llius exoritur quam dij iurare uerentur.

MAGNETES, quorum Prothous dux.

M agnetum uero populos Tenthredone natus
D ucebat Prothous. Sed qui Peneon amœnum,
F rondoſumq́; colunt ad Pelion, his fuit alter

Prothous alter.

M agnanimus Prothous dux. horum claſsis habebat

Naues 40.

A rma quater denas portantes patria naues.

Concluſio Catalogi.

A tq; hi tum Danaûm regesq́; ducesq́; fuerunt.
N unc mihi Muſa refer, quis primus & optimus omnes

De præſtantia uirorum & equorũ in hoc bello.

E xtiterit Danaos inter, quis laude ferendus
I nter equos equus eximia uideatur, eorum
D ardana qui ducibus uenere ad Pergama Atridis.
P rimæ laudis equæ præſtantes dote fuerunt

Equæ Eumeli præcipuæ.

E umeli Pheretiadæ, quas impulit ambas
V eloces ut aues, ſed ambas unius æui.
A mbabus color unus erat, forma una pilorum,
T ergoribus teretes referentes mollibus uuas:
Q uas in Piëria quondam nutriuit Apollo
A rcitenens, matres ambas, & Martia prorſum
P ectora ſpirantes, ſæuumq́; ex ore furorem.
P rima merebatur ſummæ præconia laudis

Aiax Telamonius uirorum poſt Achillem fortiſsimus.

I pſe omnes inter Danaos Telamonius Aiax,
P oſtquam indignatus bello abſiſtebat Achilles:
L onge omnes etenim fortiſsimus inter Achiuos
I lle fuit. ſed equis quoq; gloria prima dabatur,

Achillis equi præſtantiſsimi.

I rrepræhenſibilis quibus utebatur Achilles.
S ed tunc paſtori populorum iratus Atridæ,
O cia ad undiuagas ducebat inertia naues.
A t ſocij uarijs maris alto in littore ludis

Tempora

Tempora fallebant, nunc diſco ſumma petentes
Nubila, nunc habiles mittentes tela per arcus.
At iuxta poſitis in littore curribus udo,
Dulcibus interea lotis, apioq́; paluſtri
Veſcebentur equi, plena ad præſepia ſtantes,
Cum iam tota duces currus per caſtra pararent
Inſtructos: his pugnæ auidis, cum ſæpe uocarent,
Optarentq́; ducem inuictum pugnare, negatum eſt:
Tantùm huc atq; illuc per tota ſine ordine paßim
Caſtra uagabantur: nec enim pugnare licebat.

Iamq; omnis Danaûm plenis exercitus armis
Ibat, & armorum ſic luce refulſit ahena,
Vt terræ facies depaſci tota uaganti
Igne uideretur, totisq́; incendia campis
Voluere flammarum per quælibet obuia nubes.
Sic etiam ſtrepitu percuſſa remugijt omnis
Armorum atq; pedum tellus: ut Iuppiter altos
Cum deſeuit agens tonitrus, & fulmine terret.
Aut circum uaſta cum mole Typhoëa preſſum
Impoſitas atro terras horrore flagellat
Ex Arimis, quos eſſe cubile Typhoëos aiunt.
Sic tum terra pedum ſonuit perculſa tumultu,
Vrgentum ſuprà, & uaſta ſe mole mouentum:
Namq; gradu celeri campum uenere per omnem.
At Iouis imperio Troianis anxia portans
Nuncia de cœlo rapidißima deuolat Iris,
Qui tunc concilium iuuenumq́; ſenumq́; corona
Adſtante, inter ſe ſummis de rebus habebant
Ante fores Priami. quibus ut celer aſtitit Iris,
Et uocem & uultus clari aßimilata Politæ,
Vnius è natis Priami, quem Troïa pubes
Dexteritate pedum fretum, ſpecularier alto
Aeſytæ ſenis è tumulo præmiſerat, ut ſi

Inceſſus exercitus Græcorũ. Comparatio.

Alia comparatio.

εἰν ἀρίμοις. Locus propter Virgilij authoritatem paulo obſcurior. Ille enim in ſingulari dixit Inarime, etc. Sed et Lucanus, eum opinor ſequutus. De Arimis Strabo lib. 13.

Iris ad Troianos ab Ioue mittitur.

Fortè

F orte mouerentur Danaï, præuiſa referret.
H unc ergo aſſimilans pedibus leuis incipit Iris:

Iris Priamo.
S emper inutilibus conſumere tempora uerbis
T e iuuat, ô ſenior: ſicut quandoq; ſolebas,
C um pax læta tuas res, & tua regna foueret.
N unc te fata premunt, & ineuitabile bellum:
E t nunc aduentant tibi milia tanta uirorum,
Q ualia quantaq; non unquàm uidiſſe recordor:
N am folia & frondes, & arenæ grana minutæ,
E xæquant numero, tot iam latiſſima campi
T ranſmittunt ſpacia, hanc urbem expugnare parati:

ἀναστροφή.
V erum nunc, Hector, rem ſuſcipe, quando tot adſunt
A uxilia, & tot habes intra tua mœnia gentes,
D iuerſas genere & linguis. per caſtra iubeto
Q uiſq; ſuis princeps popularibus imperet, omnes
C onueniant ad ſigna. ſuumq; in bella ſequantur
Q uiſq; ducem, ducatq; ſuo quiſq; agmine ciues.

S ic ait. At diuæ uocem cognouit ut Hector,
C onſilium diſſoluit, ad armaq; protinus omni

Diſcurrunt ad arma Troiani.
C oncurſum eſt regione urbis, portæq; repentè
S unt adapertæ omnes, per quas ruit agmine facto
V nà equitum peditumq; manus, magnoq; tumultu
T urba mouebatur, ſubitoq; inferbuit æſtu.

E ſt in conſpectu tumulus ſublimis, in ipſa
P lanicie campi poſitus, lato atq; patenti

Batiæa tumulus.
V ndiq; circuitu, Batiæam nomine dicunt
M ortales, at dij tumulum dixere Myrines:
H ic demum Troiani acies, ſocijq; ſtruebant
Q uiſq; ſuas, atq; ordinibus miſta agmina certis
I ungebant, turmasq; equitum, peditumq; phalangas.

A tq; equidem dux Troianis Priameia proles

TROIANORUM ducum Catalogus. Hector.
S trenuus Hector erat, ſub cuius plurima ſignis
M ilitiam exercens, atq; optima turba merebat,

Prompti

P rompti, alacres, haſtaq; uiri gladijſq; ualentes.
D ardanios autem duxit formoſus, & armis
I nclytus Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ
A lma Venus genuit nemoroſæ in collibus Idæ.
S ic tamen humano dea cum foret uſa cubili,
N on tamen Aeneas his ſolus præfuit, illi
A diecti comites duo ſunt, Antenore nati,
A rchilochusq;, Acamasq;, periti militieï.
Q ui uero Lyciam populi coluere Zeleam,
F ontibus irriguæ poſitam in radicibus Idæ
A phnæï celebres, & qui nigra flumina Troës
Ae ſapi potant, horum arma Lycaone natus
P andarus illuſtris duxit, cui flauus Apollo
I pſe arcum dedit, & docuit torquere ſagittas.
Q uiq; Adraſteum, qui mœnia ditis Apæſi,
E t Pityean habent, Tereiæ & culmina celſæ,
H os habuere duces, Adraſton & Amphion, ambos
P ercoſi Meropis natos, qui ſcire futura
D octus erat: ſed nec natos retinere abeuntes
P eſtiferum in bellum, nec perſuadere ualebat,
N am miſeram in mortem fata illos dura trahebant.
A t qui Percoten, qui Praction accoluerunt,
Q ui claræ oppoſitam tenuerunt Seſton Abido,
R egia qui magnæ coluerunt mœnia Ariſbæ,
H is fuit Hyrtacides rex Aſius, eximius uir:
A ſius Hyrtacides, qui diuite uenit Ariſba,
V ectus equis, à flumine Selleente profectus,
M agnis, & curſu præſtantibus, & generoſis.
H ippothous gentem promptorum in bella Pelaſgûm
D ucebat, qui Lariſſam coluere feracem:
D uxere hos, ipſe Hippothous, fraterq; Pylæus.
T hreïcios uerò populos in prælia duxit,
E t quos arcet ab his interfluus Helleſpontus,

DARDANI, quorũ Aeneas dux.

Archilochus. Acamas.

APHNAEI, quorum dux Pandarus.

ADRASTIEI, quorũ Adraſtus et Amphius duces.

PERCOSII. SESTII. ABIDENI. ARISBAEI Aſius dux.

PELASGI, quorum Hippothous dux.

Pylæus.

THRACES quorum Acamas et Peirous duces.

Marte ualens Acamas, & Peirous optimus heros.
CICONES dux Euphemus. Haſtatas Ciconum turmas Euphemus agebat,
Trœzeni Ceadæ proles clariſsima magni.
PAEONVM dux Pyrechmes. Pyrechmes curuo præſtantes Pæonas arcu
Duxit agens, patria longè ex Amydone profectos,
Qua uitrea regione ſacer fluit Axius unda,
Tranſpicuo ad fundum puriſsimus Axius amne.
PAPHLAgonas duxit Pylemenes. Principe Paphlagonum uenere Pylemene turmæ
Ex Enetis, ubi multorum genus errat agreſtum.
ENETI. Scilicet hi loca circum habitant uicina Cytoro,
Seſamon, & prope Parthenij iucunda fluenta
Egregias poſuere urbes, Cromnamq;, & amœnam
Aegialon, celſoq; ſitos in monte Erythinos.
HALIZO, duces Epiſtrophus et Dius. Duxit Halizonum turmas, & Epiſtrophus acer
Et Dius, ex Alyba patria procul aduenientes,
Qua nitidum grauidis argentum innaſcitur agris.
MYSOS ducebant Eunomus & Chromys. Myſorum duo belligeras duxere cohortes,
Eunomus, atq; Chromys: quorum fuit Eunomus augur,
Sed non augurio potuit præuertere fatum,
Quin caderet manibus magni interfectus Achillis,
In fluuio cum tot miſerorum corpora Troûm
Sterneret, & latis miſceret funera campis.
PHRYgum duces Phorcys & Aſcanius. Fortibus inde Phrygum legionibus imperitarunt
Phorcysq;, Aſcaniusq;, ſuperbæ munere formæ
Præditus, Aſcania procul è diſtante profecti,
Martis amore feri iuuenes, & in arma parati.
Antiphus & Meſthles fratres, duxere cohortes
MEONIOS duxere Antiphus & Meſthles. Meonidum, quicunq; colunt loca proxima Tmolo,
Patre Pylemene, Gygæa genitrice creati.
Caribus, indoctis noſtratia uerba loquendi,
CARES, & Mileſij, quorum duces Amphimachus & Naſtes. Qui claram Mileton habent, Phthiphontaq; montem
Frondibus umbroſum, qui lubrica flumina curui
Mæandri, Mycaleſq; altiſsima culmina ſeruant,

Præfuit

Præfuit Amphimachus, Naſteſq; his omnibus unà,
Naſteſq; Amphimachuſq;, Nomione patre creati:
E' quibus Amphimachus, radianti in ueſtibus auro
Molliter ornatus laſciuæ more puellæ,
Dura laboriferi certamina Martis obibat,
Demens. nam nimio neq; ſic defenſus ab auro eſt,
Nec potuit poſitam fatis euadere mortem,
Quo minus in fluuio caderet iugulatus ab ipſo
Aeacida, qui uitam illi detraxit, & aurum.
Sarpedon uero, & precioſis Glaucus in armis, LYCII, quorum duces Sarpedon & Glaucus.
Inſtructi, Lycias ſimul adduxere cohortes,
Longinquo patrij procul uſq; à flumine Xanthi.

ILIADOS HOMERICAE LIBER TERTIVS.

Poſtquã ſub ducibus digeſta per agmina ſtabant
Quæq; ſuis, equitũ turmæ, peditũq; cohortes,
Obuia torquentes Danais ueſtigia Troës
Ibant, ſublato campum clamore replentes:
Non ſecus ac cuneata gruũ ſublime uolantũ Troianos gruibus comparat.
Agmina, dum fugiunt imbres ac frigora brumæ,
Per cœlum matutino clangore feruntur,
Oceanumq; petunt, mortem exitiumq; cruentum
Irrita Pigmæis moturis arma ferentes.
At Danaï contrà taciti uelocibus ibant Græci taciti, ſed irati incedunt.
Paſſibus, ingentem ſpirantes mentibus iram,
Voluentes hoc tantum animo, quibus artibus hoſtem
Opprimerent & ut inter ſeſe mutua ferrent
Auxilia, & proprijs ſe tutarentur in armis.
Ac uelut aërijs nebulam cum montibus Auſter Comparatio.
Infudit, gratam nocturnis furibus umbram,
Inuiſam pecudes paſcentibus, unde putaris
Non ultra teli iactum potuiſſe uideri:

S ic ſtrepitu quatiente pedum denſiſsimus auras
P uluis obumbrabat, proſpectumq́; ater ademit
L uminis, obſcura denſans caligine cœlum.
I amq́; propinquantes ibant, ſpaciumq́; relictum
P erbreue utrinq; fuit, ſubito cum Troïus heros,
I nſignis facie Paris, & fulgentibus armis,
Paridis habitus, et audacia.
V erſicolore humeros contectus uellere Pardi,
T ela arcumq́; gerens, gladioq́; armatus, & alta
B ina manu lato criſpans haſtilia ferro,
A nte aciem proceſsit, Achiuaq́; ad agmina uerſus
P rouocat ambiguo ſi quis decernere marte
S ecum forte uelit Danaûm, ſeſe eſſe paratum
V el cum præcipuis dubio confligere bello.
Q uem poſtquam ante aciem uadentem paſsibus amplis,
M artia in arma potens uidit Menelaus Atrides,
Menelaus leoni comparatur.
I rruit haud aliter, quàm cum leo nactus in agro
E ſuriens prædam inſequitur, ceruum'ue præaltis
C ornibus horrendum, capream'ue per alta fugacem
C ulmina, quam ualidi ferientibus undiq; telis
E xagitant iuuenes, aut terret inane latrantum
Menelaus in Paridē.
V is animoſa canum: ſic arma aduerſa ferentem
C onſpiciens Pariden Menelaus, & ipſe citato,
S icut erat, curru cito deſilit, & pede terram
C ontigit, increpitans armis, ulturus honorem
P olluti hoſpitij, uiſum properabat in hoſtem.
Q uem ſimul ac uidit uenientem Troïus heros,
Fugit Paris uiſo Menelao.
O bſtupuit, ſubitoq́; gradum terrore repreſsit,
A d ſociosq́; retro fugiens, ſe in tuta recepit.
N on aliter, quàm qui ſalebroſa per auia montis
Comparatio ad rem aptiſsima.
E rrat iter faciens, uiſoq́; ibi forte dracone
A ttollente iras, & cærula colla tumente,
A ttonitus trepidum gelida formidine pectus
C onſtitit, atq; pedem retro celer inde repreſsit:

Sic

S ic retro ad ſocios, & in agmina tuta receſſit,
C onſpecto Paris inuicto formoſus Atrida.
Q uem ſic inſpiciens trepidum fortiſſimus Hector,
A cribus inuectus uerbis: Prò dedecus, inquit,
V ane Pari, & forma tantum bone, qui muliebri
V ictus amore iaces, deceptor inutilis, excors,
Q uàm cuperem, aut nunquam ueniſſe in lumina uitæ,
A ut natum ſubito te deſcendiſſe ſub umbras,
N on tantum noſtris ueniſſet dedecus armis
P er te, cuius opus nunc tam deforme uidentes
I rrident Danai, iactántq; ignominioſa
V oce cauillantes, forma præſtare uenuſta,
S ed ueræ te degenerem uirtutis egere,
N on animo uires, nullum eſſe in pectore robur.
E t cum te talem ipſe geras, alijq́; loquantur,
A uſus es undoſum delecta claſſe per æquor
I re, maritalem defœdaturus honorem,
T urpiter aſcendens aliena cubilia, & illam
C uius forma tuum cœpiſſet pectus, amatam
E' Peloponneſo noſtras adducere in oras,
V xorem uirtute uiri belloq́; potentis,
I n patris extremam cladem, patriæq́; dolendam
P erniciem: populoq́; & ciuibus ultima damna,
H oſtibus inducens riſus & gaudia noſtris,
I pſi ignominiam tibi, luctum & dedecus ingens.
N unc ignaue fugis, fortem non auſus Atriden
E xpectare. quid hoc? aut cur ita? nempe ſciebas,
Q ualis tu fruerere uiri iam coniuge rapta,
Q uantus in arma uir aſſurgat, quem læſeris iſthoc
I mprobe adulterio. ſed enim tibi bella gerenti
N ec blandi citharæ cantus, nec gratia formæ,
N ec calamiſtrati crines, Cythereïa dona,
P rofuerint. nunc ecce tua formidine Troës

Hector Paridi conuiciatur.

E Perculſi

Perculſi ſtupuere, timentq́; nec obuia in hoſtem
Arma ferunt, ducis exemplo fera pectora fracti.

Paris Hectori.

Ad quem reſpondens forma Paris æthere digna:
Forſitàn iſta mihi non falſa obieceris Hector,
Si, quàm nos deceat, non plus uideare furori
Indulgere tuo, & menſum tranſcendere culpæ,
Qui cor habes adeò durum, nulliſq; domandum
Cladibus, ut rigido ex ferro conflata ſecuris,
Quam faber undiuagam ſtructurus in æquora nauim,
In trabe cædenda exercet: ſecat illa, teritq́;
Robora dura, nec obtuſa eſt, aciem'ue reflectit.
Sic tibi in indomito mens effera pectore regnat.
Nec mihi tu pulchræ Veneris gratiſſima dona
,, Obijcias: Nec enim quæ dij tibi cunq; dederunt
,, Munera ſunt ſpernenda, loco ſed honoris habenda,
,, Et grato retinenda animo. Nunc ſi libet ergo,
Idq́; animo ſedet, ut dubio committere Marti
Me iubeas, ſedeant alij, ſpectentq́; quieti

Promittit ſingulare cum Menelao certamen.

Troës & Argiui, Menelaus & ipſe ego campo
In medio certemus, & armis arma feramus
Obuia, & hæc ratio noſtri certaminis eſto:
Quem penes elatis ſteterit uictoria pennis
Coniugio formoſæ Helenes potiatur, & omni
Quam ſecum patria tulit è Lacedæmone gaza.
Vtraq; pars repetat patrios ſine clade penates,
Troës Dardaniæ Neptunia mœnia Troiæ,
Argos equûm gregibus præſtans, & Acheïdos oræ
Regna petant Danai, formoſis plena puellis.
Hæc rata tam uictis fore, quàm uictoribus, ipſi
Inter ſe populi ſtatuant, & fœdera iure
Iurando feriant, nullis abolenda diebus.
Fratris ad hæc animum lætiſſimus appulit Hector,
Et celer in medium procedens ante phalangas

Darda-

D ardanidûm,dextraq́; grauem quam fortè gerebat
C oncutiens haſtam,iuſsit conſiſtere Troas:
I uſſa ſtatim tenuere gradum Phrygia agmina.uerum
C um nihilo minus Argiui uiolenter in hoſtem
I ngruerent,ferrentq́; gradus,atq; arma pararent,
S axaq́; coniÿcerent,& noxia tela ſagittas,
P rouolat ante alios popúlorum rex Agamemnon — Agamemnõ populi impetum cohibet.
I mmenſum clamans: Iam deſinite (inquit) Achiui,
I amq́; tenete manus,nec mittite tela, quod Hector
N eſcio quæ nobis uideatur uerba daturus.
S ic fatus,cupidasq́; manus animosq́; repreſsit,
A rmorum pugnæq́; auidos. Tum maximus Hector:
A udite ô Troiani (inquit) Danaiq́; coruſcis — Hector Græcis & Troianis.
I nſignes ocreïs,quæ me Paris edere iuſsit,
C uius id infœlix conflatum eſt crimine bellum.
I s iubet immunes armorum ſtare cateruas
D ardanidûm Graiûmq́;,animis armisq́; quietis,
E t ſe congreſſum cum magnanimo Menelao,
P ugnantem medij ſpectare per æquora campi,
P ro formoſa Helena,totaq́; Laconide gaza:
A tq; ibi cui dederit clarum uictoria nomen,
I llius uxorem tota cum dote Lacænam
H inc fore,quæq; ſuos poſt hæc reditura penates
A gmina,iurando ſi iure hæc omnia firment.
S ic ait,ac totæ tenuere ſilentia turbæ.
T um celer exiliens frater maioris Atridæ:
M e quoq; uos (inquit) Troiani Argiuaq́; pubes,
M e,quem præcipue dolor urit,& illa fatigant — Menelaus ad utrumq; exercitum.
O mnia,quæ belli cauſas traxere cruenti,
I ntenti, & poſitis armis audite quieti.
Q uandoquidem uideo tanti diſcrimine belli,
T roianos Danaosq́; ſimul mala plurima paſſos,
P ropter adulterium Paridis,noſtrumq́; dolorem,

Accipit conditionẽ oblatam.

P erplacet, hæc noſtro certetur cauſa duello:
A tq; uter è nobis hoſtilibus occidet armis,
O cciderit, bello reliqui longaq́; ſoluti
M ilitia citò diſcedant. nos protinus agnum

Feriendo fœderi neceſſaria.

A fferte, atq; agnam: niuei nam uelleris ille,
G rata ſalutifero mactabitur hoſtia Soli:
H æc nigra, Telluri: nos tertia ritè feremus
D ona Ioui. fuerit tamen hoc ante omnia curæ,
S iſtere ad hæc Priamum populis ferienda duobus
F œdera, ut ipſe fidem præſtetq́;, & præſtita coram
S acramenta ferat, ne forſitan irrita nati
I pſius efficiant, ut ſunt uani atq; maligni.
„ S emper enim iuuenes leuis inconſtantia uerſat.
Q uod ſi his fortè ſenex accedat rebus agendis,
P ræteritisq; animum ſimul inſerat, atq; futuris,
R ectius has populi curas utriuſq; leuarit.
T alia dicentem, per mutua gaudia lætis
A ccepere animis, Phryges & Danaeïa pubes,
S perantes erumnoſi releuamina belli.
E t mox cornipedes religantes ordine certo,
D eſiliunt in humum celſis è curribus omnes,
A rmaq; deponunt humeris. Iam caſtra diremit
V traq;, telluris ſpacium non grande relictum.
M ox geminos Hector præcones miſit in urbem,

Priamum accerſit Hector.

Q ui ſimul accerſant Priamum, ſacrandaq; diuis
C orpora bina ferant, maris agni & uirginis agnæ.
T althybium uerò naues dimiſit ad altas
M aximus Atrides, ſuperûm qui munera regi
A fferat agnellum tenerum. Dum talia reges

Iris ad Helenam.

I nſtituunt, celeres Iris delapſa per auras,
A dueniensq; Helenæ niue brachia candidiori
A ſtitit, eximij Paridis ſimulata ſororem,
V xorem diuini Helicaonis, indeuicto

Nati

N ati Antenore, Laodicen, quæ principe forma
N atarum Priami fuit. huius membra, coloremq́;
A ſsimilata Iris, thalamumq́; ingreſſa, Lacænam
S plendida puniceæ texentem ſtamina telæ
I nuenit, duplicemq́; inſerto murice pallam,
I n qua tum uarios Danaûm Troumq́; labores,
B ellaq́; plurima, ſe propter, tot geſta per annos,
I nſertabat acu pingens. cui roſida pennas,
E t uentoſa pedes, Iris ſic ore loquuta eſt.
N ympha adamata ueni, uiſura quod ipſa ſtupendum — *Iris Helenæ.*
A dmireris opus, quod fortes Troas & inter
C ontectos ferro Danaos nunc uertitur ipſos.
N am modò quæ campis acies in mutua ferrum
V ulnera ſtringebant, atq; omnia cæde cruenta
C omplerant loca, nunc damnantes prælia, pulſo
M arte ſedent taciti, uicinaq́; caſtra uiciſsim
P roſpectant, clypeis innixi, haſtasq́; tenentes
I nfixas in humum: quia mox Paris & Menelaus
P rocedent medio in ſpacio, atq; aciem inter utramq;,
C ertaturi armis te propter. namq; fruetur
C oniuge te uictor, uictoremq́; ipſa ſequeris.
S ic ait. aſt Helenen ingens inuaſerat ardor, — *Helena ad priorē maritum et patriam redire deſiderat.*
E t ueteris deſiderium prædulce mariti,
E t patriæ ſpes, & carorum cura parentum.
M ox niueo uelata uenuſtum corpus amictu
E' thalamo properat, formoſa per ora profuſis
V beribus lachrymis, famulis comitata duabus,
M agna oculos Clymene, atq; Aethra Pittheïde. poſtquam
P roxima peruentum eſt ad Scææ limina portæ,
H ic Priamum circum inueniunt, Panthumq́;, Timœtemq́;,
E t Lampum, Clytiumq́;, & fortem Icetaona bello,
Q uos inter grauis Vcalegon, & fortior olim
A ntenor, conſulti ambo, rebusq́; gerendis

P rimores populi, ſed tunc onerantibus annis
T ractandis deſueti armis. hi Scææ tenentes
C ulmina, ſermones uarijs de rebus habebant,
A rgutis ſimiles per florea rura cicadis,
Q uæ ſuper umbroſis in querno ſtipite ramis
S identes, dulci modulantur inertia cantu
C armina: talis erat Troiani turba ſenatus,
I n ſummo Scææ reſidentis culmine portæ.
Q uò poſtquam uidere Helenen aſcendere, forma
C onſpicuam proceres, inter ſe hæc uerba ferebant.
N on erat indignum certe tot funera Troas,
T ot mala pro tali Danaos toleraſſe puella,
C œlicolis ſimili formæ ſplendore deabus.
S ed tamen ipſa ſuos redeat cum nauibus Argos,
N e cladem nobis noſtriſq; nepotibus olim
I nferat, & ſuperet multorum cauſa laborum.
T ales hi placida ſermones mente ferebant.
A ſt Helenen Priamus blando ſermone uocatam,
T alibus alloquitur. Cariſsima filia nobis
H uc ades, aſsideaſq; mihi, ut deſueta prioris
O ra uiri uideas, conſanguineoſq;, & amicos,
Q uos habuiſti olim. neq; enim tu cauſa malorum,
S ed mihi ſunt horum dij maxima cauſa malorum,
Q ui me mortifero hoc lachrymoſi uulnere belli
A ffligunt. ades, ut monſtres delecta uirorum
C orpora, & edoceas Graiorum nomina regum.
Q uis procul ille uirũm tam lato pectore, & alto
V ertice, quanquam alij ſuperent ingentibus ipſum
C orporibus, tamen haud talem uidiſſe recordor,
T amq; bono clarum uenerandæ munere formæ,
M aieſtas adeò quædam regalis in illo
E minet, & tantum ſpecie compenſat honorem.
H uic formoſa Helene nympharum gloria fatur.

Senes Troianos cicadis comparat.

Admirãtur formã Helenes.

Helenen ad ſe uocat Priamus.

Percõtatur Priamus de ſingulis principum Græcorum.

Perpetuo

P erpetuo uenerande ſocer, tua uerba pudori
S unt mihi, & immenſos redigunt in corda dolores.
A tq; utinam tunc me fatum crudele tuliſſet,
C um formam Paridis, dulcesq; ſequuta Hymenæos,
L egitimum thalamum, dulcesq; relinquere fratres,
E t ſocias ætate pares, atq; unicam natæ
H ermiones potui ſolatia: non tot acerbis
T ot mala defleſſem lachrymis, nec mœſta fuiſſem.
M unera ſed nobis hæc inuida fata negarunt.
Ille quidem, quem noſſe cupis, rex eſt Agamemnon — Agamemnō
A trides, duplici quem gloria laude coronat,
M aximus & bello quod rex ſit, & optimus idem.
I lle mihi leuir miſeræ. nec plura loquuta,
C onticuit. Senior tantum miratus honorem,
F ortunate (inquit) nimiumq́; beate Agamemnon,
T ot'ne tuis parent Graiorum milia iuſſis?
T ot'ne racemiferam gentes tua ſigna ſequuti
I n Phrygiam uenere? equidem ueniſſe recordor
I nnumeras equitum turmas, peditumq; cohortes,
O treï populos, & clari Mygdonis, illo — Decorum à
T empore, quo fortes aduerſus Amazonas armis — natura ſe-
C aſtra ſuper Sagarim ſua metabantur amœnum, — num.
A uxilium quibus ipſe ferens in caſtra receptus,
E t caſtris præfectus, equûm tot milia uidi,
T otq; uirûm, quod non aliàs. ſed maxima quanquam
I ſta caterua fuit, tamen hoc minor agmine uiſa eſt.
I nde ubi cuncta oculis luſtrans conſpexit Vlyſſem,
D ic age cara (Senex inquit) mihi filia, quis'nam
I ſte uir eſt, breuior procero Agamemnone, uerum — Vlyſsis de-
L atior idem humeris, & pectore firmior amplo? — ſcriptio.
Q ui poſitis in humum longe radiantibus armis,
D orica ſollicito circumuolat agmina paſſu,
N on aliter, multæ quàm denſus uellere lanæ

Compara- ratio. Vlyſſes.

Vir gregis errat oues circum candore nitentes.
Huic ita reſpondens Helene Ioue nata,*loquuta eſt.*
Hic ille eſt Laërte *ſatus generoſus* Vlyſſes,
Quanquam Ithacæ *ſterili lapidoſæ natus in ora,*
Vir tamen eximiè ſapiens,& ad omnia fraudum
Callidus inſtrumenta,doliſq; inſtructus & armis.

Antenor Helenæ per digreſsionē.

At grauis Antenor *memoranti talia,uerbis*
Reddidit hæc: Equidem mulier uera omnia narras,
Quæ modò commemoras.nam cum olim diuus Vlyſſes,
Et minor Atrides *ueniſſent* Ilion *altum,*
Te reddi patriæ tecumq; ablata petentes,
Ambos ſicut erant legati ad Pergama *miſsi,*
Accepi hoſpitio,atq; opibus ſolabar amicis,
Et ſimul amborum naturam,& callida prorſus
Conſilia edidici.Siquidem cum Troïa *ſtantes*
Concilia alloquerentur,erat ſublimior Atrei
Filius,& celſis humeris extabat: ut autem
Seſſum ierant,uenerabilior decorabat Vlyſſem
Aſpectus,maiorq; fuit reuerentia uultus.
Poſt ubi conſedit iam pleno tota theatro
Concio,legatiſq; fuit data copia fandi,

Eloquentia Menelai Laconica.

Sermo fuit forti breuis & ſuccinctus Atridæ:
Pauca loquebatur ſiquidem,ſed dulcia ualde.
Hunc illi natura modum dedit ipſa loquendi,
Vt nec aberraret uerbis,neq; garrulus eſſet,
Quanquam multo etiam minor annis eſſet Vlyſſe.
Verum ubi dicendi partes accepit Vlyſſes,
Stabat humi fixis oculis,ſceptrumq; tenebat
Immotum,ſimilem dicas ratione carenti,

Eloquentia Vlyſsis copioſa & grauis.

Concita uel nigro cui ſanguine bilis abundet.
Verum ubi magniloquam rupit de pectore uocem,
Hybernis niuibus tunc uerba ſimillima fudit,
Vt iam nemo hominum contendere poſſet Vlyſsi

Eloquio:

E loquio: & quanquam forma præſtabat honeſta,
P lus tamen eloquium nos mirabamur Vlyſsis.
V lteriora ſenex colluſtrans agmina uiſu,
A iacem uidet, &, Quis (ait) uir maximus ille eſt,
Q ui reliquos inter Danaos excellit, & alto
V ertice tranſcendit, latoq; eſt pectore fultus?
C ui formoſa Helene: De cuius nomine quæris,
O ſocer, ille uir eſt uallumq; & murus Achiuûm,
M aximus Aiacum: prope quem ſocia arma ferentem
I domenea uides, quem tanquam numen honorant
C retenſes, alijq; ſequuntur ab ubere Cretæ
P rimores regione. hunc Creta ſæpe profectum,
H oſpitio accepit Sparta Menelaus in alta.
S ed cum nunc alios prudentes inter Achæos
O mnes conſpiciam, quos uel cognoſcere uultu,
C ognita uel quorum tibi nomina dicere poſsim,
N on tamen hic uideo, mihi quos uidiſſe uoluptas
S umma fuit, fratresq; meos, fratresq; gemellos,
C aſtora pollentem domitorum laudis equorum,
E t crudi inuictum Pollucem robore cæſtus:
Q uos ego uel nunquam Lacedæmone credo profectos,
V el patriam rediſſe cito per cærula curſu
Ae quora, militiam diuturnaq; bella peroſos,
H anc ne ignominiam noſtram, ne turpe ſororis
D edecus aſpiciant miſeræ. Sic illa loquuta eſt.
V erum illi procul in patria Lacedæmone dudum
O cciderant, iamq; in gelida tellure iacebant.
I nterea duo præcones iam cuncta per urbem,
Q uæ iuſsi fuerant, facienda ad ſacra parabant:
N empe duos agnos, & terræ munera uinum,
L ætificans animum, portantes utre caprino.
E quibus Idæus pulchrum cratera ferebat,
E t ſolidos auro calices. qui protinus adſtans

Aiax Telamonius.
Idomeneus.

Caſtorē & Pollucē fratres, Helene requirit.

Præcones ad fœdus neceſſaria parant.

Ideus Priamo.

G *randæuo Priamo: Sate Laomedonte ſuperbo*
S *urge (ait) & celer in campum deſcende rogatus,*
E *t Phrygibus Graijsq; nitentibus ære coruſco,*
V *t ferienda tua facias rata fœdera dextra,*
Q *uæ nunc ambæ acies iurando firma futura*
I *ure paciſcuntur. ſiquidem Paris & Menelaus*
T *entabunt dubium ſummo certamine martem,*
C *onditione ſimul poſita: qui uicerit hoſtem,*
I *llius formoſa ſua cum diuite gaza*
T *yndaris uxor erit, uicti ſine clade redibunt*
V *ictoresq; domum, Neptunia Pergama Troës,*
A *rgos equûm gregibus præſtans, & Acheïdos oræ*
R *egna petent Danai, formoſis plena puellis.*
S *ic ait. at Priamo mox per ſtupefacta cucurrit*
F *rigidus oſſa timor. iuſsit tamen ocyus alto*
I *ungere equos curru celeres: quem deinde paratum*
C *onſcendit, manibusq; undantia lora regebat.*
C *ui grauis Antenor comitem ſe præbuit, altis*
C *urribus incenſis. Scææ qui limina portæ*

Priamus et Antenor ad exercitus egrediuntur.

E *greſſi, in campum ueniunt, ubi ſtabat uterq;*
D *epoſitis armis exercitus, atq; ibi curru*
D *eſiliunt, Troas inter medij, inter & hoſtes*
P *rocedunt, quos cum uidiſſent rex Agamemnon,*
E *t ſapiens Laërtiades, uenientibus ultro*
A *ſſurgunt, ſimul ornatis in ueſtibus adſunt,*
O *mnia fœderibus feriendis apta ferentes*
P *ræcones, miſcentq; merum crateribus aureis:*
T *um manibus lymphas regum fudere recentes.*

[illegible]

H *ic rex Atrides cultrum quem forte ferebat,*
M *aioris gladij uaginæ in parte repoſtum,*
E *ximit, & media uillos de fronde reuellit*
A *mbarum pecudum: quos poſtquam diſtribuerunt*
S *ummis principibus Danaûm Troumq;, miniſtri,*

Ipſe

I pſe manus cœlo tollens cum uoce ſupinas
M aximus Atrides, hæc eſt in uerba precatus:
I uppiter omnipotens, alta celeberrime in Ida,
S ol qui cuncta uides, qui cuncta agnoſcis & audis,
E t uos ô fluuij celeres, tuq; optima tellus,
E t qui ſub terra incolitis, qui humana nefandis
S pplicijs ſcelera afficitis, uos quæſo precorq;
E t ueneror, ferienda eſtote in fœdera teſtes,
A tq; hæc ut rata ſint, uera & ſancta eſſe uelitis.
Q uod ſi fortè Paris Menelaum uincet, & armis
Exuet occiſum, uxorem cum diuite gaza
I pſe Helenen habeat, nos hinc ſine clade profecti,
P ontigradis ratibus patrium redeamus ad Argos.
S i uero Pariden Menelaus uincet, & armis
E xuet occiſum, uictori Troës Atridæ
R eſtituant Helenen tota cum diuite gaza,
E t uictos aliquo ſeſe teſtentur Achiuis
M unere honorifico, noſtri quod habere minores
P oſſint, & meritæ monumentum oſtendere palmæ.
Q uod ſi nec Priamus, Priamo nec patre creati,
O cciſo Paride ulla uolent dare munera, rurſum
P erſequar inſiſtens bello, pœnasq; repoſcam
F œderis infracti, claſſem nec ab Ilio alto
D educam, donec periuræ mœnia Troiæ
E xcidero, & meritis uaſtaro Pergama flammis.

Agamemnonis ad Iouē & deos alios oratio.

S ic ait, & pecudes ſtomacho tenus enſe cecidit,
O cciſasq; abieci.tat illæ ſanguine nigro
P erfuſam tremulo plangebant corpore terram.
H inc alij lato uinum cratere ferentes
Fundebant, terramq; mero redolente rigabant,
O rantes ueniam ſuperos: cum talia Graiûm,
A ut aliquis Troum, ſupplex eſt uerba loquutus:
I uppiter omnipotens, pater optime, maxime diuûm,

Feritur fœdus.

C œlicolæq; alij, facite ut qui fœdera primi
H æc uiolata dabunt, cum tota gente ſuorum,
C um natis, cum uxoribus, agnatis, & amicis,
C umq; ſuo genere intereant, terræq; recumbant,
N on ſecus ac uinum telluri infunditur atræ.
S ic aliquis precibus ſed Iuppiter obſtruit aures,
N ec uotis dedit euentum, quem uerba petebant.
T unc populum uerbis ſic eſt affatus utrunq;

Priamus ad utrunq; exercitum.

D ardanides Priamus: Nunc me quoq; Troës, Achiuiq;,
A udite. ipſe citis reuehar ſuper alta quadrigis
P ergama, quandoquidem nec præſens cernere natum
S uſtineo his oculis, Menelao marte feroci
C ongreſſum, & dubia pugnantem ſorte duelli.
I uppiter, atq; alij diuûm nouere, quis horum
H oc ſit congreſſu fato periturus acerbo.
S ic ait, & currum rurſus conſcendit, & agnos
I mpoſuit, manibusq; trementia frena recepit.

Priamus et Antenor in urbem redeunt.

C ui grauis Antenor ſocium ſe præbuit, illi
R urſus in obſeſſæ redierunt mœnia Troiæ.
T unc ſene digreſſo, Troûm fortiſsimus Hector,
E t Laërte ſatus dijs æquiparandus Vlyſſes,
D elegere locum pugnæ ſudoribus aptum.

Sortes mittuntur in urnam.

T um ſortes miſere in ahenæ caſsidis urnam,
Q uis prior acciperet ferratæ cuſpidis haſtam,
F ixurus ualidis aduerſum uiribus hoſtem.
S ollicitæ ſtabant acies, cœloq; ſupinas
I ntendere manus, & numina magna precati
H æc ſunt uel Danaï uel Troës uerba loquuti.
I uppiter excelſa multum ueneratus in Ida,
A tq; hominum pater, & rex optime maxime diuûm,
F ac, uter in cauſa fuerit, cur fœdus utrinq;
N on ſtet, & alterutri clades inuexerit iſtas
F œdifragus populo, Stygias ferat ille ſub umbras

S anguine fœdatos iſto è certamine manes,
P erpetuam pacem nobis æternaq; ſanci
F œdera. Sic aliquis fidenti eſt uoce precatus.
A t caput ornatus criſtis fulgentibus Hector,
Hector ſortes educit.
F ronte retroflexa ſortes eduxit ab urna.
N ec mora, prima loco Paridis fuit. ergo duobus
C ircumfuſæ acies, pacem tenuere ſedentes,
S icut erant celeres ad equos & ad arma locati.
S plendida deinde humeris circumdedit arma maritus
T yndaridis Paris auricomæ. tum cruribus aptat
Paridis armatura.
Ae re renidentes ocreas, quas fibula loris
A rctabat niueis. at fortia pectora fratris
A rmabat thorace Lycaonis, artibus aptum
F orte ſuis adhibens, lateriq; accommodat enſem
S uſpenſum ex humero, diſtinctum floribus aureis.
P óſt humeris clypeum robuſtum fortibus aptat,
P oſtremò capiti criſtis imponit equinis
T erribilem galeam, ferratamq; arripit haſtam,
I ctibus in pugna faciendis utile telum.
H aud ſecus interea ferus armabatur Atrides.
Q ui poſtquam armati delectum fortibus auſis
D euenere locum, cingentibus undiq; Troum
E t Danaûm turmis, ferit exultantia uulgi
C orda pauor pulſans, laudumq; arrecta cupido.
A t poſtquam iratis animis, & torua tuentes,
A lter in alterius ſtringebant corpora ferrum,
P ilaq; concuſſere, gradu propiore tenentes
I nteriora loci, prior hic Paris eminus haſtam
Monomachia Paridis & Menelai.
T orſit in Atriden, clypeo quæ fixa pependit,
N ec ferrum perfregit, ab ære reflexa tenaci
R obuſti clypei. tum ſpicula fortis Atrides
C oncutiens, tali ſuperos eſt uoce precatus.
I uppiter omnipotens, meritas da ſumere pœnas
Oratio Me-

Polluti

nelai ad Io- P olluti hoſpitij: Paridem da ſternere, qui me
uem. C ladibus immeritum multis affecit, ut ipſum
I pſe meis manibus præſenti marte trucidem,
V t metuant homines qui nunc ſunt, quiq; futuri,
H oſpitia alterius factis temerare nefandis,
H uius ab exemplo moniti. ſic dixit, & haſtam
O blongam uibrans manibus coniecit in hoſtem,
C oncita quæ medium clypei ſpectabilis orbem
T ranſijt, & pulchri ferro thoracis adacta
A rma per & ueſtes, imo ad loca proxima uentri,
P ectoris inuiſum uenit bibitura cruorem,
N i Paris obliquo flexiſſet corpus ab ictu,
D amna nigræ fugiens nondum fatalia mortis.
T um cito fulmineum ſurgens Menelaus in enſem,
S ublatumq; manu, ſic terq; quaterq; comantis
I nflixit cono galeæ, ſic fortiter ictus
I ntulit, ut ſtricti reſiliret lamina ferri
Frangitur I n partes diffracta duas. tum fortis Atrides
gladius Me S uſpirans, oculisq; tuens ad ſidera fatur.
nelai. S umme pater, quo nemo deûm crudelior ullus
Menelaus E ſſe poteſt: quid enim uana te uoce precabar,
Ioui conui- T etra meis manibus punires facta nefandi
ciatur. H oſpitis? ecce manu mucro nunc fractus inerti
D iſilijt, fruſtraq; meis excuſſa lacertis
H aſta fuit, nulloq; affecit uulnere corpus
I nfidi Paridis. ſic dixit: & inde comantes
C aſſidis arripuit criſtas, cœpitq; prehenſum
P ertrahere ad Danaûm fulgentes ære cateruas,
G uttura ſutilibus ſtringentibus intima loris
H ærentis galeæ. ſic tunc uiolentus Atrides
F ortiter arreptum tenuit, raptumq; tuliſſet
A d ſocios, tantoq; potitus honore fuiſſet,
N i Ioue nata Venus robuſti fortia lori

Vincula

V incula rupiſſet, uacuam uictoris Atridæ
I n manibus galeam linquens. ferus ille relictam
D um iacit ad ſocios, miſſamq́; recolligit haſtam,
M ente furens iterum arreptum ruiturus in hoſtem,
I llum nube caua ſeptum & caligine cæca
A lma Venus rapuit (nam poſſunt omnia Diui) — *Venus Paridē eripuit.*
S ublimemq́; ferens, ſuper altaq́; Pergama uectum
F loribus innumeris ſtrato & redolentibus berbis — Imitatur hūc locum Virgilius.
I mpoſuit thalamo, moxq́; adductura Lacænam
I pſa abit. hanc longa matrum ſtipante caterua,
I nuenit excelſæ ſublimi in culmine turris.
Q uam Venus accedens, poſitaq́; ibi cœlite forma,
E ffœtam ſimulabat anum, contexere doctam
P alladijs opera in telis Lacedæmone quondam
E ueteri, noua Tyndaridis, ſed iniqua, ſequutam
C onnubia. illius ergo leui redolentia tangens
V eſtimenta manu, ſic eſt affata Cythere·
H uc ades ô formoſa, tuus te expectat odorum — *Venus Helenæ.*
A nte thorum Paris, & genialis ad aurea lecti
S tragula, tam forma nitidus, tamq́; ore uenuſtus,
A ſpiceres, dicas non è certamine duri
M artis anhelantem, aut congreſſum nuper Atridæ,
S ed ceu ducturum ue choros, ductis ue ſedentem
S altandi cupidum. talis, me interprete miſſa,
T e iubet acciri. Sic dicens, mollia flammis
P ectora commouit ſolitis Venus. Illa ubi tandem
D iuinæ agnouit pulchrum ceruicis honorem,
A ttonito ſtupefacta animo, ſic ore loquuta eſt·
I nſidioſa, quid hæc falſæ ludibria formæ? — *Helene Venerem agnitam obiurgat.*
Q uid ue dolos nectis? nunquid me abducere raptam
H inc iterum cupis, aut Phrygiæ florentis in urbes?
A ut in Meoniæ fines, ubi forſan amicum
I pſa habeas aliquem? quoniam nunc uictor Atrides

Occiſo

O cciſo Paride, in patriam, priſcumq́; reducet
M e miſeram in thalamum. falſis nunc illius ergo
L udis imaginibus, Paridis quæ propter amorem
C œlica magnorum linquis conſortia diuûm:
N ec forſan reditura altum remeabis Olympum,
D onec in uxorem ducat, famulamq́; capeſſat
T e Paris. haud tamen ipſa ſequar, non illius ultra
C onſcenſura thorum: neq; me iam Troades ullis
A mplius inceſſent probris, quæ ferre coacta,
I ntima tabifico conſumerer oſſa dolore.
T alia dicentem iamdudum irata tuetur
A lma Venus, talesq́; effudit pectore uoces.

Venus Helenæ.

I nfœlix, ne me irrites, nec talibus ultro
O pprobrijs laceres, ne forte irata relinquam,
A ut odio in iuſtum te perſequar acta furorem.
N am quantum tibi dextra fui prius, & tua foui
N umine cœpta meo, tantum irritata nocebo.
E t tantis odijs te execrabuntur Achiui,
T roianiq́; omnes, ut morte miſerrima dira
I ntereas, fatoq́; dolens mulieris acerbo.
T alibus obſtupuit dictis Iouis inclyta magni

Helena Venerē è porta Scæa ſequitur.

F ilia pulchra Helene, peploq́; & ueſte recincta,
A uricomum uelata caput, latuitq́; per urbem
I ncedens, ducente deo. quæ ſplendida poſtquam
I n Paridis uenere triclinia, rite miniſtræ
A d ſua digreſſæ redeunt opera: ipſa nitentem
I n thalamum ducens Helenen dea, protinus ipſi
A ttulit apponens cathedram, ſtatuitq́; locatam
A nte pedes Paridis, iuſſa reſidere Lacæna,
I pſa ſedens, terræq́; oculos cum uoce reclinans,
I ncrepuit uerbis, & ſic affata maritum eſt.

Helena Paridi.

V eniſti linquens infauſti munera belli,
O forti congreſſe uiro, iam uictus ab illo

Occideras,

O cciderat,niſi fugiſſes.iam expertus es autem,
Q uàm te ſit grauior quondam meus ille maritus,
Q uàm bello melior,quàm fortior arma capeſſat,
Q uantum haſta ualeat,manibuſq; ferocia tractet
S cuta rotans,quæ ſit generoſi uis Menelaï,
Q uem uerbis antehac contemnere ſæpe ſolebas,
E t uires iactare tuas,& martia bello
R obora.magnanimum nunc i, pete fortiter hoſtem:
S ed melius non occurres,nec uoce laceſſes
I nde aliqua,tecumq; domi tuta ocia duces,
N e ſi ſtulta aliqua pugnam ratione capeſſas,
I ntereas flaui telo percuſſus Atridæ.
C ui Paris obliquo dicenti talia uultu,
D eſine (ait) mulier conuicia friuola nobis — *Paris Helenæ.*
D icere,& inſontem probris lacerare ſuperbis·
N unc equidem uicit fateor Menelaus Atrides
N uminis auxilio,glaucæq; fauore Mineruæ:
R urſus ego (neq; enim deſunt mihi numina) uictum
P roſtratumq; dabo.ſed nunc age dulcia amoris
M unera libemus,noſq; oblectemus in illis.
Q uandoquidem nunc tanta animum uis urget amoris
N ympha tui noſtrum,quantam non ſenſimus antè,
N on cum te raptam patria Lacedæmone celſis
N auibus impoſui,& uectam per cærula ponti — *Paridis in Helenam ardor.*
Ae quora cognoui Veneris per dulcia furta,
P rimiciaſq; nouo perſolui lætus amori,
Q ua nos alta duas primum tulit inſula amantes,
T antæ nunc mea ſollicitant præcordia flammæ.
D ixit,& ingreſſus lectum conſcendit eburnum.
Q uem complexa Helenæ,placida reſoluta quiete eſt.
I nterea per tota animo commotus Atrides — *Menelaus Paridē per caſtra quærit.*
C aſtra uagabatur,ſicut fera ſæua,per omnes
C ircuitus quærens Paridem: ſed nemo,nec ipſi

T roēs,nec ſocij potuere oſtendere,quó nam
E reptus Paris extiterit forti Menelao·
D iſſimulare etenim certe auſus nemo fuiſſet,
V el quia fœdus erat metuendis legibus ictum,
V el quia quiſq; ſuum fatum crudele uolebat
V nius in capite exolui,ſeſeq; piari.
E rgo hos affatus populorum rex Agamemnon,

Agamemnō Troianis.

A udite hæc (inquit) Troēs uos, Dardanidæq;,
E t uos qui ſocijs Troiam ueniſtis in armis,
V icit in hac pugna fortis Menelaus,& ipſi
V idiſtis uictum Paridem,uictoria noſtra eſt,
N unc Helenam nobis ex fœdere reddite,ut æquum eſt,
C um tota,quamcunq; tulit Lacedæmone,gaza.
P ræterea noſtri quod poſſint ferre nepotes,
M unus honorificum perſoluite,ſic Agamemnon
D ixit,& applauſu uenerata eſt Graia iuuentus.

ILIADOS HOMERICAE
LIBER QVARTVS.

Dij in domicilium Iouis conueniunt. Hebe nectar propinet dijs cōpotantibus.

AD Iouis interea ſedes atq; aurea templa
C onuenere omnes diuiq; deæq; uocati,
T riſtia ſpectantes perituræ mœnia Troiæ.
Q uos inter media incedēs uenerabilis Hebe,
F udit odoriferum nectar crateribus aureis.
T radita dij cupidis ſumentes pocula dextris,
O rdine perpetuo tradebant quiſq; ſequenti.
I uppiter hic animum cupiens Iunonis ad iram
I rritare,dolos captans,mordacibus illam
P erſtrinxit dictis,ficto ſic ore cauillans.

Iuppiter deos alloquitur.

H oc modò commiſſo ſuperi certamine diuas
C ernitis eſſe duas,Menelai cœpta fouentes,
I unonem Argiuis ueneratam,& Pallada fortem.
Q uæ nunc læte animis,& gaudia plena ferentes,

Nos

N os hinc aſpectant ubi conſedere ſeorſum.
V erum blanda Venus magnis nunc anxia curis
H inc abijt, Paridemq́; ſuum complexa tuetur.
Q uem modò præſentis læti diſcrimine ſaluum
P ræſtitit, ereptum, tutaq́; in ſede locauit.
S ed penes Atriden nunc eſt uictoria fortem
C erta quidem, palmæ tenet ille recentis honorem:
A t nos in medio tanti diſcrimine belli
C onſultare decet, num bella grauesq́; labores
H is iterum populis, an amicæ fœdera pacis
I mmittamus, ut æterna obſeruentur utriſq́;.
Q uod ſi firma animis coëat concordia, & æquis
L egibus accipiant pacem, res grata profectò
F iet, & urbs Priami cunctis habitabitur annis,
F ormoſamq́; Helenen referet Menelaus ad Argos.
S ic ait. at diuæ, Saturnia, & innuba Pallas,
D ucebant tacitæ ſuſpiria: namq́; maligno
I n Teucros animo fuerant. ſed Pallas, in ipſum
Q uanquam irata patrem fuerit, tamen ore quieuit,
N ec quicquam contra auſa loqui eſt, at regia Iunò
H aud tenuit tacitas irarum in pectore flammas,
S ed contra ſic orſa loqui: Sæuiſſime diuûm
I uppiter, an ne pudet quæ nunc es uerba loquutus? — Iuno Ioui ſuccenſet.
S cilicet ut tulerim uanos huc uſq́; labores,
Q uos toties ſubeo: nihil ut ſudoribus actum
S it mihi, quos tot ſuſtineo, quibus & mihi feſſi
D eſtituuntur equi, populos dum exhortor in arma,
V t Priamo natisq́; ferant mala multa. ſed iſthoc
P erge modo, & quæcunq́; animus tibi ſuadet agunto.
T um genitor toto commotus pectore in iram
N ubipotens, ſimul infremuit, de hinc talia fatur.
I mproba, quid Priamus cum tota gente ſuorum — Iuppiter Iunoni.
T antum in te peccaſſe poteſt, ut funditus ipſum

I rata euertiſſe uoles, & nobile tantæ
V rbis opus, ſterniq; alto de culmine Troiam?
C um, niſi ſis ingreſſa domos ac mœnia Troiæ,
A tq; ipſum Priamum cum tota gente ſuorum
D entibus iratis laceres, & corpora mandes
C ruda hominum, non ante furor tuus iſte quieſcat:
N ec uideare malis ſatiari poſſe. ſed iſthuc
F ac animo quodcunq; lubet, contendere tecum
A mplius hic non eſt animus mihi, nec tibi quicquam
I mpediens oberit, nec nos diſcordia habebit.
T u tamen hæc memori mea pectore dicta repones,
Q uæ tibi nunc dicam: quando & mihi certa uoluntas,
P erdere præclaras ipſis cum ciuibus urbes,
D ilectas tibi, quas olim mihi cunq; libebit.
T unc ne forte meum ſtudeas lenire furorem,
A ut placare animum, quando hanc tibi funditus urbem
E ruere inuiti dedimus, quæ ex omnibus una

Troia urbs Ioui gratiſſima.

(S tellati quæcunq; iacent ſub lumine cœli,
T errigenæ quaſcunq; homines coluere coluntq;)
V rbibus urbs noſtro eſt longe gratißima cordi,
I lion, & Priamus, Priamiq; animoſa propago,
Q uas apud aſsidue noſtras adoletur ad aras.
Q uem contra formoſa oculos Saturnia fatur.

Tres urbes Iunoni carißimæ.

T ris equidem dilexi alijs ex omnibus urbes,
A rgoſq;, Spartenq;, Cyclopæaſq; Mycenas.
H arum tu quamcunq; uoles, ac ſi libet omnes
H as ſimul euertas per me licet, haud equidem ultra

Pertinaciſſ. Iunonis odium in Troianos.

Manet alta mente repoſtũ Iudiciũ Paridis, &c. i. f.

O bſtitero: quem non, etiam conata, laborem
P erfeciſſe queam, poſtquam dijs omnibus unus
F ortior es. ſed & eſſe mei perfecta laboris
C œpta decet, tandemq; ſuum contingere finem,
P ræcipue cum tam dea ſim quàm tu deus, ipſum
I nde genus ducens unde & tu, maior & annis,

Saturno

S *aturno genita, ante tuos quàm protulit ortus*
V *erſutus pater: & tua nunc (quæ maxima laus eſt)*
E *t ſoror & coniux dicor, tu maximus ille es*
R *egnator ſuperûm, paribus nunc ergo regamus*
A *uſpicijs hæc cuncta, & gratificemur utrinq;,*
I *pſa tibi, ipſe mihi. reliqui concordia diui*
F *acta ubi conſpicient, laudabunt noſtra ſequentes.*
N *unc igitur iubeas, celeres delapſa per auras*
P *allas eat, qua nunc permiſtæ Troës Achiuis*
S *tant acies, dic bella ferat, dic prælia tentet,*
I *cta iube primi rumpant ut fœdera Troës.*
D *ixerat, at dictis diuûm pater atq; hominum rex*
A *nnuit, atq; his alloquitur mox Pallada uerbis.*
V *ade age nata, cito pede labere, caſtraq; Troum* Iuppiter
E *t Danaûm pete, tenta animos ut fœdera rumpant* Palladi.
T *roës, & inijciant repetendi exordia belli.*
S *ic ait, & natam dextra pater impulit, alto*
L *abitur illa uolans ſummi de uertice Olympi:*
S *icut ubi ignitum uibrato ſidere fulgur* Fulguri ſimilis Pallas.
I *uppiter excuſſit, quo frigida pectora monſtro*
N *autarum, & caſtrorum acies atq; agmina terret.*
T *alis Olympiaco ueniens de uertice Pallas,*
F *rigida multiplici perfudit corda pauore*
T *roianorum equitum, & Danaûm pulchra arma gerentum.*
Q *uorum aliquis ſic ad ſocios: Hæc monſtra profecto*
A *ut iterum nobis bellum duroſq; labores*
P *ortendunt, aut Iuppiter icti fœderis author*
C *omponet populis pacemq; & fœdus utriſq;.*
H *æc aliquis Troum Danaûm ue eſt uerba loquutus.*
A *t Pallas poſito diuinæ munere formæ,*
L *aodici uultus induta Antenore nati,*
B *elligeri iuuenis, populo ſe immiſcuit, ipſum*
Q *uærens magnanimo per caſtra Lycaone natum*

P andaron, eximium diuinæ munere formæ.
H unc ubi ſtipatum ſocijs, quot milia ſecum
D uxerat ad Troiam Aeſapi de fluminis ora,
I nuenit, propè conſiſtens, ſic diua loquuta eſt·

Pallas Pandaro perſuadet, ut fœdus uiolet.

M agnanime heroum, generate Lycaone forti,
P andare, ſi quicquam mihi credis, & hæc mea dicta
P ondus habere putas, celeres age mitte ſagittas
C orpus in Atridæ Menelaï. gratia facti
M agna tui ueniet: belli te ſumma ſequetur.
G loria nam cuncti Troës tua facta probabunt,
P ræcipue Paris: ille tuum cumulabit honorem
M uneribus ſummis, ſi magnanimum Menelaum
V iderit occubuiſſe tuo fortiſſime telo.
Q uare age. ſed precibus pharetrati numina Phœbi
A nte uoca, ſacrumq́; foue te rite daturum
P rimigenarum ouium, patriam ſi forte Zeliam
C ontigerit redijſſe tibi, tum fortiter arcum
C ontrahe, & emiſſa Menelaum ſterne ſagitta.
S ic ait, atq; animo fatui perſuaſit. at ille
P rotinus ingentem uagina protulit arcum,

Arcus Pandari deſcriptio.

S ylueſtris capreæ factum de cornibus arcum,
Q uam quondam aëriæ ſcandentem cornua rupis,
C autus ab inſidijs obſeruans ipſe, ſub imo
P ectore percuſſam, ſaxo deiecit ab alto,
C umq́; bis octonis habuiſſet cornua ramis
C onſita, ad artificem properè tulit, unde pararet
I lle arcum ſibi prævalidum, pars ultima cuius
A urea tota foret, quem tunc ille impiger arcum
E xtractum ponebat humi, prætenſaq́; iuſsit
S cuta ſibi opponi, ſociûm ne fortè tumultus
I nde quis exortus, ſpectantibus omnia Graijs,
P ropoſitum turbaret opus, cœptumq́; laborem,
A nte dolorificam quam mitteret ipſe ſagittam,

Percuteretq́;

Percuteretq́; manu generoſi corpus Atridæ.
Conſtitit ergo graui depromens tela pharetra
Plurima, de quorum numero ſibi deligit unum
Intactum, uolucre, & diræ lignum utile morti.
Hoc ſuper impoſitum neruo cum rite locaſſet,
Vota deo pharetra & telis, arcuq́; potenti
Concœpit, poſitis quæ ſolueret omnia ſacris
Agnorum atq; ouium, ſacram ſi forte Zeliam
Contingat redijſſe ſibi: tum corripit arcum,
Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter ſe capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.
Inſonuit celeres neruo ſtridente per auras
Arcus, & excuſſæ uolat ales arundo ſagittæ.
Sed non immemores telo ueniente fuere
Dij Menelaë tui, quorum Iouis inclyta Pallas
Filia, tam tibi erat præſens, quàm ſedula mater
Aſſolet infanti, quæ dextra uindice ſomni
Agmina muſcarum cunis puerilibus arcet.
Mortifera hæc igitur uenientis acumina teli
Corporis Atridæ partem deflexit in illam,
Aurea qua mediam connectit fibula zonam,
Et ferrata duplex finit præcordia thorax.
Huic ubi delata eſt parti letalis arundo,
Aurea perfregit penetranti cingula ferro,
Perq́; ipſum thoraca, per & munimina ſummi
Corporis, eximium contra tela omnia uallum
Tranſijt, & ſummum perſtrinxit uulnere corpus.
Mox niger effluxit niueo de corpore ſanguis:
Sicut ebur nimio ſi qua tinxere rubenti
Meonides, Carum´ue nurus, tinctumq́; dederunt
Geſtandum phaleris in equos, quas ſæpe ſuperbo
Suſpenſas thalamo multi cupiere refixas

Virgilius his uerſibus uſus eſt.

Mittit ſagittam Pandarus.

Vulneratur Menelaus.

F ortè equites fruſtra.nam ſolos talia reges
O rnamenta decent, quorum uel curribus aptè
P ortentur, uel equis, quæ gaudia mentibus addant.
T alia tunc Menelaë tibi tua crura fuerunt,
C ruraq́; & effluxo perfuſæ ſanguine ſuræ
Q ui tibi iam ad talos etiam peruenerat imos.
I ngemuit gelido perfuſus frigore membra
R ex Agamemno uirûm, poſtquam conſpexit euntem
S anguinis undantem nigri de uulnere riuum.
I ngemuit ſimul ipſe acer Menelaus, adactum
C onſpiciens extare ſuo de corpore telum.
N ec minus & ſocij uulnus crudele uidentes,
A nxia ſollicito ſuſpiria corde trahebant.
P ræcipuè tamen ipſe uirûm princeps Agamemnon:
C ui poſtquam rediere animi, uiresq́; reſumptæ,
I pſe manu retinens Menelaum, talia fatur.

Agamemnonis de uulnere fratris querela.

E rgo'ne fœderibus frater cariſſime ruptis,
T am toleranda tibi crudelia fata tulerunt?
E rgo'ne pro Danais hæc prælia frater iniſti,
V t caderes diro percuſſus pectora telo?
H æccine ſancta illa eſt agnorum ſanguine fuſo
C onfirmata fides? hæc eſt data dextera? & hæc ſunt
S acra coronatas libamina fuſa per aras?
Q uæ modo periuri fregerunt omnia Troës.
N on tamen hæc impune ferent periuria tandem.
„ N am licet haud ſontes præſenti puniat ira,
„ S era tamen ſumit Deus, at grauiora, malorum
„ S upplicia, & lentum ſemper compenſat acerbo.
I pſorum capita hæc ergo periuria plectent,
N e dubita: quia tempus erit, ſcio namq́; futurum,
I n flammam & cineres quo concidat Ilion ingens,
Q uo cadat & Priamus, Priamiq́; hoc nobile regnum.
N am pater in ſuperis habitans Saturnius oris,

Fraudibus

F raudibus iratus tantis, uibrante coruſcam
Ae gida concutiet dextra, periuraq́; gentis
P ectora Troianæ pro tali puniet auſu.
V t tamen hæc ita contingant, & ut omnia fiant,
H eu quantus Menelaë dolor mea pectora, quantæ
O ra fatigabunt lachrymæ, ſi uulnera mortem
I ſta tibi attulerint, ſi te crudelia uitæ
F ata ſat impleuiſſe uolent, atq; ipſe reuerſus
T e ſine dilectum remearo inglorius Argos. *walis.*
N am memores patriæ, extincto te frater, Achiui
P rotinus inſano cuncti capientur amore,
V ota relicturi Priamo ſua, quem penes omnis
G loria confecti ſtabit pulcherrima belli.
P ræterea formoſa Helena potientur auari
T roës, & oſſa teget tellus tua Dardanis, & te
B arbara crudeli tumulabit Troia ſepulchro,
N ondum opere exhauſto belli, infectoq́; labore.
T unc aliquis tua buſta uidens de gente ſuperba
T roïadum, ſic inſultans fortaſſe loquetur.
S ic utinam ſua ſuccedant reliqua omnia uota
A tridæ, qui magnanimos huc duxit Achiuos,
C laſſe uehens, & nunc hic te Menelaë relicto
I n dulcem redijt patriam, claſſemq́; reduxit.
D iceret hæc aliquis: potius mihi rupta dehiſcat
T erra uelim, maneſq́; ferar detruſus ad imos
T alia dicentem uerbis ſolatur amicis
F lauicomus Menelaus, & his affatur Atriden.
A t tu confortare animo, nec defice, cauſam *Menelaus Agamemnoni.*
I nijciens pauidi per Achaïca caſtra timoris.
N oſtra nocens nec enim penetrauit in ilia ferrum
I ntima, letiferum fidiſsima cingula telum
E t grauis obiecto thorax umbone repreſsit.
H uic ita reſpondit populorum rex Agamemnon.

Agamemnō Menelao. S ic pater ipſe deûm faciat Menelaë. ſed huius
V ulneris interea cura eſt adhibenda dolori.
S ic ait, & clara præſtantem uoce miniſtrum
T althybium uocat, & fidam ſic fatur ad aurem.

Agamemnō Talthybiū mittit ad Machaonē. V ade, ait, huc propero mihi ſiſte Machaona curſu,
P hœbigena genitum medico, qui uulnus Atridæ
I nſpectum fratris curet, quod Troius illi
I ntulit, aut aliquis Lycia de gente ſagittis
E ximius iaculator, & hoc ſibi nomina facto
I nclyta contraxit, nobis lachrymasq; relinquens,
E t gemitus, triſtiq; atros in corde dolores.

S ic ait. at præco exequitur mandata, profectus
C aſtra per & populos Danaûm ferrata micantum
C orpora, perquirens uigilante Machaona uiſu.
R epperit hunc autem ſtantem inter pulchra ſuorum
A gmina, quos ſecum Thrace deduxit ab alta,
C ornipedum nutrice gregum. cui proximus aſtans,
V erborum hoc ſonitu uolucres diuerberat auras.

Talthybius Machaoni. C lare nepos Phœbi, perge huc age, rex Agamemnon
T e uocat, ut cures Menelai uulnus acerbum,
Q uod Lycia de gente ſatus, uel Troius illi
I nfixit, teliſq; ualens, arcuq; ſuperbus.
Q uo facto peperit famam ſibi, & inclyta laudum
N omina: mœſtitiam nobis, luctumq; relinquens.

H æc dicens, magno concuſſit corda dolore
P hœbigena geniti, qui mox per latã ſequutus
C aſtra uirum, poſtquam ad flauum peruenit Atriden,
F ortia fœdifrago percuſſum pectora telo,
I n media ſtantem turba, ſeptumq; corona
N obilium, patrio ceu plenus numine ſtabat

Telū de uulnere educit Machaon. I pſe deo ſimilis, mox & de uulnere telum
E duxit mediæ per lora tenacia zonæ.
C ingula tum ſoluit, fabriles facta per artes,

F erreaq; armati munimina pectoris aufert,
I nde manu quanto telum deſcenderit ictu
I n latus explorat, preſſoq; è uulnere demum
S anguine, ſedando medicamina blanda dolori
A pplicat, à magno quondam Chirone parenti
D emonſtrata ſuo, nato pater illa reliquit.
Hæc apud illuſtrem dum ſic Menelaon aguntur,
C orripuere arma interea temeraria Troës
E xierantq; inſtructa acie: tum abiecta uiciſsim
T ela reſumebant Danaï, rapidisq; fremebant
A gminibus, toto cupientes pectore bellum.
A ſpiceres totis uolitantem Agamemnona caſtris
I ntrepidum, & nulla ceſſantem parte, nec ipſum
D etrectantem animo pugnam, ſed uoce manuq;
H ortantemq; uiros, properantemq; agmina ferro
C onſerere, inſtructoq; capeſſere milite pugnam.
E rgo & ferratos currus in gramine, & acres
L iquit equos, quos Eurymedon Ptolemeïa proles
P irædæ ſeruabat agens, hoc ſiſtere iuſſo
P ræſentem, pugna feſſo ſibi membra pedeſtri,
Q uadrijugem currum, pedes ipſe inceſsit, & omnem
I nſtruxit populum, & digeſsit in agmina certo
O rdine per turmas equitum peditumq; phalangas.
Q uorum quos animo properare in bella uidebat,
H os propè ſtans, uerbis ſic eſt hortatus amicis·
Nunc animis opus ô ſocij, nunc pectore firmo,
N unc ô nunc ſolitas Argiui promite uires.
A b Ioue non etenim nobis præſentia deerunt
A uxilia: ille uiros ſternet, qui fœdera primi
R upere, illorum laniabunt corpora ſæuis
V nguibus immundæ uolucres: nos omnibus horum
E uerſis opibus, patrios portabimus Argos
N auibus uxores, dulcesq; per æquora natos.

Troiani bellum reparant.

Agamemnō aciem inſtruit.

Hortatur ſuos Agamemnon.

Quos uero ignauos belli, timidosq́; uidebat,
Hos propè ſtans, uerbis caſtigabat amaris.
Caſtigat ignauos Agamemnon. *Arguiui indecores, ignaui, & inutile uulgus*
Militiæ, cur ſic ſtupidi nunc ſtatis, ut actæ
Camporum timidæ ſpacioſa per æquora ceruæ,
Feſſa quibus totæ liquerunt pectora uires?
Sic uos nunc timidi conſiſtitis, & neq; pugnam
Audetis tentare, nec arma capeſſere dextris,
Scilicet expectatis, ut in naualia Troës
Noſtra ruant auidi, dum nobis Iuppiter *alto*
Porrigat è cœlo releuantem incommoda dextram.
Talibus ille regens dictus caſtigat inertes,
Intrepidos acuit, ſimul inſtruit agmina campis
Denſa uirûm, quos ante uolans, circumq́; uagatus
Venerat ad, Creta Iouis *ex altrice, profectos:*
Qui tum fortè uiri circum Idomenea *ſuperbum*
Arma retractabant: quorum, dux ipſe, priores
Pectus apro ſimilis ualidum, capere arma iubebat.
Agmen Meriones *extremum auriga coëgit.*
Quos ubi conſpexit populorum rex Agamemnon,
Læticia exultans, ſic eſt affatus amicum.
Agamemnō Idomeneum alloquitur. *Idomeneu, Danaos inter digniſsime fortes*
Semper habende mihi, ſeu nos ad bella profectos
Militia exercet, ſeu res quæcunq; negoci
Alterius, ſeu nos conuiuia læta uiciſsim
Accipiunt, cum uina alijs miſcentur Achiuis
Principibus, neq; plena illis crateres Iaccho
Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus. *Ponuntur: tibi non ſecus ac mihi, plena feruntur*
Pocula, tum quantum ſuaſit tibi blanda uoluptas
Atq; animus, tantum potes exhaurire bibendo.
Nunc age, quicquid habes generoſo in pectore ueræ
Virtutis, prome, & talem te oſtende ſub armis,
Qualem ſæpe ſoles teipſum iactare loquendo.

Ad

Ad quem reſpondens Cretæ dux inclytus altæ:
Atrida generoſe, inquit, quem ſæpe ſolebas, — *Idomeneus Agamemnoni.*
Talem præcipue, me nunc ſpectabis amicum,
Ante ut pollicitus de me ſum ſæpe loquendo.
Quin alios potius tu nunc hortaris Achiuos,
Vt propere aſſumptis armis fera bella capeſſant,
Vt noſtris pereant manibus qui fœdera primi
Ruperunt, pœnasq; ſuo dent ſanguine Troës.
His dictis animo lætatus abibat Atrides.
Inde per & cuneos dum luſtrat & agmina circum,
Venit ad Aiaces, qui iam fulgentibus armis
Stabant inſtructi, & galeis caua tempora tecti.
Quorum denſæ acies peditum longæq; cohortes
Terga ſequebantur. qualem ſuper æquora nubem — *Comparatio.*
Sæpe uidet celſo ſcopuli de uertice paſtor,
Contractam Zephyri flatu, & caligine nymbos
Denſentem picea, & ſæuam minitante procellam:
Ille ſpecus atq; antra petens, pecus omne recludit
Intus, ut imbelles defendat ab imbribus agnas.
Talis erat iuuenum ſtantum ſub fortibus armis
Aiaces comitata duos manus inclyta bello,
Cæruleis horrens clypeis, & grandibus haſtis.
Hos rex aſpiciens animo gauiſus Atrides,
Talibus aggreditur: Danaûm decora armipotentum — *Agamemnō Aiacibus.*
Aiaces duo, non equidem uos pluribus æquum eſt
Hortari, neq; uos iubeo capere arma, quòd ipſos
Veſtra ſponte ſatis uideo pugnare paratos.
Atq; utinam ſic dijs uiſum immortalibus eſſet,
Summe pater tibi, Phœbe tibi, tibi maxima Pallas,
Omnibus idem animus, talis foret omnibus ardor
Pectoribus Danaûm, noſtris exciſa profectò
Troia breui caderet manibus. Sic dixit, & ultrà
Progrediens, Pylios ornantem Neſtora magnum,

H ortantemq́; in bella uiros inuenit, & ipſis
S tare duces, clarum Pelagonta, & Alaſtora fortem,
H æmonaq́;. Chromiumq́;, Biantaq́;, Chriontemq́;,
D ux prudens in fronte equites curruſq́; locauit:
E xtremo pedites inſtruxit in agmine, belli
R obur, & auxilij florem: promiſcua uulgi
C orpora clauſerat in medio, quibus undiq; turba
I nclusis, etiam nolentibus, eſſet in hoſtem
P ugnandi ratio nequaquam libera: demum
I nſtructas equitum turmas, qui prima tenebant,
F renatos moderentur equos iubet, ut ſua quiq;
O btineant loca, ne turbare aut rumpere poßint:
N e'ue quis aut in equis, aut fretus uiribus ultra
Q uàm liceat progreſſus, adactum pugnet in hoſtem.
R oboris hoc etenim pacto decedere multum
P oſſet, & inciſo minuentur in agmine uires.
P ræterea ſi quis currum aggrediatur, ut haſta
P ugnet, & eminus hinc feriat, non cominus hoſtem.
Q uandoquidem hoc præſtet, quandoq; hac arte priores
I nnumeras olim nudarint mœnibus urbes.
H oc tunc ille ſenex bellorum doctus, & uſu
M ilitiæ aſſuetus longo, res ordine geßit.
Q uem rex aſpiciens animo exultabat Atrides,
E t prope conſiſtens, uerbis affatur amicis:
S ic tibi magne ſenex, animi inſuperabile robur
C orporis æquarent uires, & fortior ætas
V irtutis tam facta tuæ generoſa iuuaret,
(S ed te fracta ſitu premit & carioſa ſenectus)
Q uàm foret utilius defecti uiribus æui
D eſtitui quemuis alium, te ætate uirentem
P ræſtare integrum iuuenili in corpore robur.
A d quem reſpondens ſedato pectore Neſtor,
I pſe quoq; hoc (inquit) quàm uellem maxime Atrida,

Neſtoris in inſtruanda acie artificium.

Agamemnõ Neſtori.

Neſtor Agamemnoni.

Rurſus ad ætatis bona poſſe priora reuerti, — Optat iuuentuti reſtitui.
Qualis eram ſumptis quondam iuuenibus armis,
Magnanimum cum uictor Ereuthaliona peremi.
Sed non omnia dij tribuunt mortalibus ægris. "
Viribus ætatis quondam uiguiſſe recordor,
Nunc me ſenta ſitu conſumit & ægra ſenectus·
Non tamen hac etiam nullos ætate labores
Suſtineo: quoties opus eſt, ad equeſtria promptus
Officia, exhortor, iubeo, celer omnibus adſum,
Conſilijs uerbiſq; rego. ſunt iſta profecto
Munera iuſta ſenum: pugnent, quibus integer æui "
Sanguis ineſt, iuſtaſq; dedit fiducia uires. "
Talia dicentem, gauiſus liquit Atrides.
Inde ſatum Peteo genitore Meneſthea, ſtantem
Inter Athenæos proceres, cui diuus Vlyſſes
Proximus adſtabat, quem circum armata fremebat
Turba Cephalenum, ſtabant in prælia tantum
Accinctæ hæ acies: nec enim uox ulla ſub aures
Venerat ipſorum commiſſæ nuncia pugnæ,
Cum iam prima manu tentarent prælia Troës,
Argiuiq; alacres. quos ambos rex Agamemnon
Aſpiciens, tali inclamans eſt uoce loquutus·
Magnanimi Peteos fili dijs regis amici, — Agamemnō Mneſtheo & Vlyßi.
Et tu docte dolos ſtruere & componere fraudes,
Cur ita nunc trepidi ſtantes aliena manetis
Auxilia? ut ueniant, & primi bella capeſſant
Argiuorum alij. uos primos eſſe decebat,
Qui ualidum ueſtris premeretis uiribus hoſtem,
In prima ſtantes acie, uos uocibus ardens
Ad bellum exhortari alios. uos nempe priores
Percipitis, quæ lauta meis conuiuia menſis
Ponuntur: uos prima auido bellaria morſu
Paſcitis, aſſatas carnes: uos pocula primi,

B t quoties libuit, dulci ſpumantia Baccho
E bibitis. nunc grata forent ſpectacula uobis,
S i uos ante decem noſtra de gente cohortes
I mpia crudeli committant prælia ferro.
T alia dicentem, iamdudum lumine toruo
I nſpiciens, contrà ſapiens ſic fatur Vlyſſes·

Vlyſſes Agamemnoni.

A trida, quæ nunc ratio eſt quæ tale coëgit
E xcidere ore tuo uerbum, quo in prælia ſegnes
A rguis eſſe animos, ignauaq; pectora nobis,
A rma nec auſuros uenientibus obuia ferre
A rmis Dardanidum, durumq́; laceſſere martem?
Q uod ſi forte uoles, atq; hæc te cura fatigat,
S pecta Telemachi ruiturum in bella parentem,
D uraq́; non timida miſcentem prælia dextra.
T u ſiquidem falſa es nimis & uentoſa loquutus.
C uius ut incaluiſſe animum cognouit, & ira
C ommotum, placide ſic eſt affatus Atrides·

Agamemnō Vlyſſem cōmotum placat.

D iue genus Laërtiade, fortiſsime Vlyſſe,
N e moueare animo: nec enim conuicia uere
D iximus ulla tibi, nec te pugnare iubemus,
Q uandoquidem mihi nota fides tua, certa uoluntas,
E t quàm conſilijs præſtes, quæ prorſus ab omni
S editione uacent, ſed quæ ſint libera rebus
V tilibus coniuncta, & quæ tibi cunq; probantur,
N os eadem ſequimur. Tu nunc age perge, parata
A rma capeſſe manu: mihi ſi quod inutile uerbum
E xcidit, in melius uenientia tempora uertent,
E t facient meliora dei, quæ uana fuerunt.
S ic ait, hos linquens: aliosq́; ſubinde petiuit,
A tq; ita magnanimum pergens Diomedea, forti
T ydeo genitum, ſtantes in puluere currus
Q uadrupedum frenis aptantem offendit, & ipſi
A ſtantem Sthenelum Capaneo patre creatum:

Hos

Hos quoq; conſpiciens, dictis affatur acerbis·
Heu factum indignum te Tydeos inclyte fili, Agamemno Diomedi.
Quid trepidas? quis te ſubita formidine captum
Inuaſit timor? aut cur nunc ignaue moraris?
Si tibi fortè uiam faciant, alijq; priores
Prælia committant, non ſic metuiſſe decebat
Tydeo forti genitum, qui ſolus in hoſtes
Sæpe ruens, pro dilectis pugnabat amicis:
Ut referunt, qui facta uiri duroſq; labores
Viderunt. neq; enim uiſus neq; cognitus unquam
Ille mihi eſt. ſed ſic aliorum ſermo ferebat.
Quanquam olim claras aduenerit ille Mycenas,
Pacificus, cum diuino Polynice receptus Tydei hiſtoria.
Hoſpitio, quando auxilia & ſocia arma petebant,
Sacra ſubacturi Thebarum mœnia bello.
Nec labor obtinuiſſe fuit, quæcunq; petebant,
De cœlo niſi forte minax mala ſigna dediſſet
Iuppiter. Ipſi autem noſtra è regione profecti
Poſtquam ad iunciferas Aeſopi fluminis undas
Venerunt, magni miſere Etheoclis ad urbem
Tydea legatum Danaï, tunc ille profectus,
Poſtquam Thebarum Cadmeïda uenit in urbem,
Oedipodionidas complures repperit, illic
Læta frequentantes poſitis conuiuia menſis·
Nec timuit, multos quamuis, & ſolus, & hoſpes,
In quæcunq; uolet ſubitæ diſcrimina pugnæ
Irritare animos, uerbiſq; laceſſere martem:
Atq; ut quemq; laceſſierat. ſic uiribus audax
Vicit, & optatum multis tulit unus honorem·
Adfuit illi adeò præſenti numine Pallas.
Quam rem ſicut erat, non æqua mente ferentes
Cadmeï ciues, equitum genus acre uirorum,
Inſidias poſuere uiro per nota uiarum

L uſtra reuerſuro, quinquaginta arma ferentes
E gregios iuuenes, duo quos duxere magiſtri,
M æon Hæmonides dijs immortalibus æquus,
E t ſatus Autophono Lycophantes, *marte ſuperbus*.
Q uos omnes Tydeus *fato multauit acerbo,*
P rodigijs diuûm fidens. ex omnibus unum
M æona dimiſit ſaluum, qui fortia facta
N unciet iſta domum. talis fuit ille deorum
A uxilio Tydeus Aetolus. *at æditus illo*
F ilius, ut bello minor eſt patre, ſic ubi uerbis
E ſt opus, artifici præſtat ratione loquendi.
T alia dicentem nihil auſus reddere contra
F ortis Tydides, *uenerandi iurgia regis*
(V t decuit) ueritus. contra quem filius orſus
Sthenelus *M agnanimi* Capanei: Noli, *inquit, rex* Agamemnon
Agamemnoni. *F alſa loqui. nam nos noſtrorum facta parentum*
V incimus, & rerum geſtarum nomine, & ampla
L aude gerendarum, famæq; recentis honore.
N os quoq; ſi ſeptem claudentia mœnia portas
B ello adiiſſemus, multo hac uirtute minorem
D ucentes populum, tamen illo martia Thebas
C lauſtra ruiſſemus, neq; nos pia numina diuûm
N ec Iouis *auxilij fiducia deſeruiſſet.*
N unc illi nimium temeraria bella mouentes,
S tulticia periere ſua. ne patribus ergo
I mperti, quam nos laudem uirtute meremur.
A d quem reſpiciens Diomedes *lumine toruo,*
Diomedes Sthenelum obiurgat. *Q uin tacuiſſe, inquit, melius fuit, altaq; magni*
P rincipis ad ſacram duxiſſe ſilentia uocem.
N ec meritò magno ſuccenſeat ullus Atridæ,
C ulpatum'ue uelit, me iudice, quando coactos
C oncitet in bellum populos, atq; agmina Graiûm.
Q uem, ſi fœdifragos deuincant Troas Achiui,

Et ſacrum

E t ſacrum capiant uictricibus Ilion armis,
G loria perpetua, & decus immortale ſequetur:
D edecus extremum, ſi nos fata impia uinci
A nnuerint. ſed nos age, dum uirtutis auitæ
A rma capeſſamus memores. Sic dixit, & alto
D eſiliens curru, concußit pondere terram
A rmorum, ſonituq́; graui conterruit aures
A tq; animos & corda uirûm. tum protinus omnes
I nſtructæ properare acies, & in arma uiciſsim
C ertantes ruere, hortari propellere regum
Q uiſq; ſuos, totum conſternere milite campum.
N on ſecus ac tumidæ Zephyro feriente procellæ
Ae quoris ingentes uoluunt ad littora fluctus, Cōparatio pulcherrima.
C um trudunt alios alij, franguntur acutis
C autibus illiſi, crebro ſonat omne tumultu
L ittus, & obiectæ ſpumant aſpergine moles.
T alis erat ſtrepitusq; ducum, clamorq́; iubentum
A gmina denſari, & cuneis inuadere in hoſtem. Deſcriptio inſtructi exercitus.
V erum alij ſignis taciti ſub euntibus ibant,
E t compreſſa metu tenuere ſilentia Graij,
Q uippe duces ueriti. potuiſſes dicere tantam
H audquaquam eſſe manum populi. ſed & arma coruſca
L uce refulgebant, quibus ille exercitus eſſet
O rnatus, toto radiantibus ære cateruis,
A t contra ingenti Troēs clamore ruebant, Troiani ouibus comparantur.
A ßimiles ouium gregibus, quas clauſit in altis
D iues opum paſtor ſtabulis, ubi turgida præbent
V bera mulgenti, ſi quas audire gementum
C ontigit agnorum uoces, tum protinus ipſæ
A ßiduis ſtabula & caulas balatibus implent.
T alis erat Troum ſociata per agmina clamor,
D iſsimilis tamen, haud etenim fuit omnibus idem
T ot modò linguarum populis, & ab orbe profectis

Diuerſo, ſic quiq; ſuo ſe more ferebant.
Troianos Mars, Græcis Pallas fauent. Troas in arma furor ſtimulat Mauortis anhelos,
Glauca truces animos incendit Pallas Achiuis,
Terror & ultrices diræ comitantur utroſq;,
Et moto gaudens uadit Diſcordia bello,
Diſcordia ſoror Martis. Et ſoror atq; comes uiricidæ proxima Marti,
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Virgilius de Fama. Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit.
Hæc dea tum populi per caſtra utriuſq; citatis
Paſſibus incedens, odium ſerit, excitat iras,
Vnde mouerentur lachrymæ gemituſq; uirorum.
Poſtquam deſcendere acies unius in æquam
Planiciem campi, tum ſcuta minantia ſcutis
Coniecti, feriunt haſtis, animiſq; furorem
Concipiunt, ſæuæ gliſcunt in cordibus iræ.
Tum clypeis motu ingenti & clamore frementes
Concurſus acierum. Concurrere cauis, hinc uerbera ſæua ferentum
Audiri uoces cæptæ, gemituſq; cadentum.
Sanguinis hinc nigri per terram efferuere riui:
Cõparatio. Non ſecus ac rapidi ſummis de montibus amnes
Præcipitant, unamq; omnes in ualle lacunam
Inſinuant, ruptis adeò torrentibus undis
Ingenti ſonitu, procul ut de uertice paſtor
Audiat aërio. ſic tunc per mutua cædem
Vulnera miſcentum clamor quatit horridus aures.
Primus ibi Antilochus pugnantem fortiter inter
Confertos acie prima, pulchriſq; ferentem
Antilochus Echepolũ occidit. Armis corpora tecta Thalyſiaden Echepolum
Corripuit, criſtaq; trahens afflixit equina,
Donec in aduerſam telum immedicabile frontem
Impulit, & fracto tranſegit in oſſa cerebro.
Ille oculis duræ caligine mortis oborta,
Sicut uaſta ſuis è ſedibus eruta turris

Concidit

C oncidit, & ſterilem moribundus calcat arenam.
C uius ut aſpexit fuſum tellure cadauer.
C halcodontiades princeps Elephenor Abantum,
C orripiens pede, perq; hoſtes perq; arma trahebat,
I pſius exuuijs cupiens ſpolijsq; potiri.
S ed cauſa exitij miſero fuit iſta cupido.
N amq; uidens corpus confoſsi exangue trahentem,
I n latus, egregius telum contorſit Agenor,
Q ua nudum clypeo patuit, terraq; reliquit
C onfoſſum diro letalis acumine ferri.

Elephenor cadauer Echepoli trahens interficitur ab Agenore.

T um ſuper amborum ſubito exitioſa coorta eſt
P ugna cadaueribus, Troianos inter & acres
G raiugenas, certatim in uulnera more luporum
M utua graſſantes, miſtaq; in ſtrage uirum uir
Q uem feriat legit. hic natum Anthemione ſuperbo
M ortifero occidit ferro Telamonius Aiax,
F lorentem iuuenilis adhuc Simoïſion æui
M unere, necdum etiam tædis genialibus auctum.
Q uem quondam uiridi deſcendens mater ab Ida,

Aiax Telamonius Simoiſion interficit.

A dductura domum pecudes de more paternas,
I n gelida enixa eſt ripa Simoëntis amœni,
E t dedit hoc illi fluuij de nomine nomen.
S ed tamen ille ſuis alimenta parentibus olim
R eddere non potuit, quando breuioribus illum
V ita tulit ſpacijs, hoſtili cuſpide cæſum.
S eſe etenim contra uenienti maximus Aiax,
P ectoris in dextra percuſsit parte papillam,
T am ualidis uibrans ferratam uiribus haſtam,
V t grauis ex humero extaret pars altera teli.
I lle cadens moribundus humum concuſsit, ut altis
N ixa cacuminibus, ripæq; agnata paluſtri

Cōparatio.

P opulus, armatis decus acceſſura quadrigis,
A tq; orbes olim curuos actura rotarum,

Q uam faber acciſam ferro deiecit acuto·
I lla iacens, fluuij ſteriles areſcit ad undas.
T aliter Anthemiden Simoïſion exuit armis,
E t uita ſimul, æthereum genus inclytus Aiax.
Antiphus Priami filius. A ntiphus iſta uidens, telum iaculatus in hoſtem
P riamedes torquet: quod aberrans, non tamen ipſum
P erculit Aiacem, ſed plurima corpora præter
M iſsilis haſta uolans, in Leuci corpore pulchro
H æſit, & aſtuti comitem percuſsit Vlyſsis,
V ltima qua mollem conſtringunt ilia uentrem,
T unc forte occiſi corpus deforme trahentem,
Q uod iuxta tum procubuit: dextramq; remiſit.
P oſtquam Ithacus cari mortem cognouit amici,
I mpatiens animi, & furibunda percitus ira,
A rmatus nitido ære, furens prima agmina curſu
I rruit, & prope congreſſus pugnantibus, haſtam,
C oncutit, obſeruans quem fixum cuſpide leto
D eſtinet. at ſeſe ueuienti, Troës ab ictu
S ubducunt, dextramq; uiri fugere, ſed actum
A ëra per uacuum ualido libramine telum,
F orte nothum Priami letali uulnere fixum
Democoontem Vlyſſes interimit. D emocoonta ferit, pulchra qui nuper Abydo
V enerat, adducens celerum pulchrum agmen equorum.
H uic, ut erat ſocij caſu indignatus Vlyſſes,
M ortiferum telum per tempus adegit utrunq;.
I lle, ubi perpetuam traxerunt lumina noctem,
I ngenti cecidit ſonitu, ſuper arma recumbens.
Q uo caſu ſtupefacti animis, retulere citatum
A gmina prima pedem: retro ſimul inclytus Hector
C eſsit. at Argiui uaſto clamore frequentes,
C orpora cæſorum exuuijs ſpolianda trahebant.
E t iam longius euecti, cedentibus ultro
I nſtantes, pauidos urgebant undiq; Troas.

Quæ

Quæ procul aſpiciens ex altæ culmine Troiæ,
Indignans animo, ſic eſt affatus Apollo.
Eia alacres iterum ualidis inſurgite in hoſtem
Viribus, ô celerum domitores nuper equorum. **Apollo Troianos hortatur in pugnam.**
State uiri, pugnæ memores, nec cedite Graijs
Turpiter: haud etenim eſt illis in pectore ferrum,
Nec fabricata gerunt inuicto corpora ſaxo,
Quæ nequeant ferro uiolari, aut uincier armis.
Sed neq; pulchricomæ Thetidis diuinus Achilles
Filius in pugnam uenit, ſed mœſtus acerbum
Luget apud naues irato corde dolorem.
Sic deus excelſa palantes Troas ab urbe
Alloquitur, contra Iouis inclyta filia Pallas **Pallas Græcis adeſt.**
Incitat, incedens inter conſerta ſuorum
Agmina Graiugenum, ſi quos à parte laborum
Ceſſantes, tota uideat deſiſtere pugna.
Hic Amaryncidem fato crudelis acerbo
Parca tulit, captum Diorea namq; molari **Diores.**
Percuſſit ſaxo, tereti qua dextera talo
Sura coit, Thracum ductor, qui nuper ab Aeno
Venerat Imbraſides Piros: & cruris utrunq; **Piros.**
Perfregit miſero neruum, ſimul oſſa moleſto
Pondere contriuit. nec eo contentus, in udo
Puluere deiectum fœdè, ſocijsq; ſupinas
Tendentem cum uoce manus, iamq; ægra trahentem
Effugiente anima ſuſpiria, corripit haſta
Confodiens medij per puncta tenerrima uentris.
Lubrica mortifero de uulnere protinus exta
Defluxere ſolo, nox illum ferrea texit,
Luminaq; æternæ clauſerunt feſſa tenebræ.
Lætum ſucceſſu, & perfecta cæde ferocem,
Aetolus mucronem Theas euerberat haſtæ,
Transadigens teretem per pectoris oſſa papillam,

E t ſtetit in medio ferrum pulmone retentum.
Thoas Pirum confodit.
I nde Thoas propè ſuccedens, de pectore ferrum
E ducens, ualidum uagina liberat enſem,
E t medium latus Imbraſidæ ferus haurit, & illi
E ripit effugientem animam: conatus & arma
E xuere, haud potuit. nec enim paterentur amici,
E xanimem ſtantes circum, corpuſq; tuentes,
A rte capillati Thraces, & longa ferentes
S picula, propellunt præſtantem robore multo
I lluſtremq; uirum, & multa uirtute potentem.
T alia per totos edebant funera campos
T hraces, & ærati fulgentia corpora Epæi
D uctores, multiq; alij per honeſta cadebant
V ulnera, nec quiſquam reprehenderit ulla uirorum
F acta, per illorum quiſquis media agmina tutus
T ranſierit, nullo uiolatus corpora telo,
Q uemq; ſuis manibus deduceret inclyta Pallas,
I pſius hoſtiles prohibens à corpore dextras:
T ot iacuere ſolo cæſorum milia Troum,
A rgiuûmq;, die quos bellum abſumpſerat iſto.

ILIADOS HOMERICAE LIBER QVINTVS.

Pallas Diomedi uires immittit.
AT Iouis interea Diomedi filia Pallas
A udaces animos, & honeſti robur adauctũ
C orporis immiſit, cunctos ut ſolus Achiuos
I nter, et aſſumptis fieret conſpectior armis,
E t decus eximiæ ferret uirtutis opimum.
F lamma repercuſſo clypei tam clara rotundi
Ae re refulgebat, galea tam ſplendor ab alta
I gneus emicuit, quàm pulchrum tempore ſidus
Et hac comparatione Virgilius uſus eſt.
D iuitis Autumni, quod lotum fluctibus alto
S urgit ab Oceano, cœlumq; illuſtrat, & omnes

Antè

A ntè alios micat aſtrorum conſpectius ignes.
I s fuit armorum Tydidæ ſplendor, & illo
C oncitus in medios hoſtes ardore ruebat,
E t cuneos turbabat agens atq; agmina Troum.
Q uos inter fuit illuſtris tam fortibus actis,
Q uàm florens opibus: ciues dixere Dareta,

Dares Vulcani ſacerdos.

M ulcibero ſacer, & Vulcani maximus idem
S acrorum antiſtes, geminos in prælia natos
M iſerat infœlix, belli uirtute ſuperbos,
P hegeáq;, Idæumq;: horum tum ſtantia eodem
C orpora ſors Diomede tibi tulit obuia curru.
H i ſiquidem bijugum retinacia frena tenentes,
I pſe pedes terra ueniens Tydeïus heros,
P oſtquam in conſpectum uenere, hinc tela parabant
A tq; hinc arma prior quatiens Mauortia Phegeus,
P rælongam ualidis contortam uiribus haſtam,
M iſit in aduerſum Diomedea, miſſa ſiniſtrum
T rans humerum delata uago mucrone fefellit,
E t uacuas abijt ſine uulnere lapſa per auras.
A t non Tydidæ, qui pòſt intenderat ictum,
D extera uana fuit, nec inutilis haſta, ſed ipſam
P ercuſſit medio ſub pectore fixa papillam.
T riſtia conſpiciens morientis uulnera Phegei
I dæus, pulchros currus & frena reliquit,
D eſiliens ab equis, duri nec ad ultima fati
T empora ſuſtinuit carum defendere fratrem.
Q ui quanquam fugeret, morte occubuiſſet eadem,
N i deus inducta texiſſet nube remotum
M ulciber, orba ſenis miſeratus tempora cari.
T um prendens dat equos naues deducere ad altas
T ydides ſocijs. poſtquam uidere Daretis
M agnanimi Troës natos, hunc morte peremptum,
I llum fata pedum curſu uitaſſe citato,

Extemplò cecidere animi, metus acrior omnes
Inuaſit. Tum diua feri Tritonia Martis
Apprenſa cum uoce manu, ſic deinde loquuta eſt.

Pallas Marti.

Mauors Mars, homicida ferox, & ſanguine gaudens,
Concutiens ualidas ipſis cum mœnibus urbes,
Mutua num ſinimus ſine nobis bella gerantur
Troas magnanimos & fortes inter Achiuos,
Spectantes utris laudem uictoria, & utris
Iuppiter adijciat belli decus illud amicus?
Nos igitur nunc iſta relinquere prælia fas eſt,
Vitantes Iouis offenſi dum poſſumus iram.

Mars pugna excedit.

Sic ait, & pugna ſæuum Tritonia Martem
Educens, lati ripa uiridante Scamandri,
Mollibus effulta folijs in ſede locauit.
Iamq; fugabantur uincentibus agmina Graijs
Dardana, iam primi ductores omnia ferro
Sternebant, dum quemq; ducem dux quiſq; trucidat.
In primis populi princeps animoſus Atrides.

Agamemnõ Odium interficit.

Sternit Halizonum ductorem gentis, adacto
In pectus mucrone, Odium, qua parte ſupremum
Coniunctum eſt humero. terram quatit ille cadendo
Ingenti armorum ſonitu, iacuitq; ſupinus.
Occupat Idomeneus Phæſtum patre Mœone Boro
Progenitum, terra qui fertilis ubere Tharnæ
Venerat, hunc ſtantem curru, frenoſq; tenentem,
Lyctius Idomeneus oblonga percutit haſta,

Idomeneus Phæſtũ interficit.

Qua dextro eſt humero coniunctum pectus. at illum
Semianimem curru nox occupat atra cadentem,
Quem ſocij Idomenei ſpoliarunt fortibus armis.
At Strophio natum genitore Scamandrion, altis
Aſſuetum ſyluis iuuenem, Latonia uirgo
Quem docuit captare feras, & figere telis,
Aſſequitur prendens telo Menelaus acuto.

Sed

S ed neq; tunc miſero pharetris armata Diana
P rofuit, aut longe iaculantes tela ſagittæ,
Q uo minus Atridæ uiolenta occumberet haſta.
V ulnus enim accepit fugiens in terga, ſub alto
F ixum humero, medio extabat de pectore ferrum,
I ngentem ſonitum ſuper arma dedere cadentem.

Menelaus Scamād: io. uatis.

M eriones ferus inde Phereclum corripit, illo
H armonida genitum, quem diua fabrilibus olim
A rtibus erudijt Pallas, opera omnia doctum
A rtifici poſuiſſe manu, fabrefecerat idem
P eſtiferas Paridi naues, quibus ultima Troiæ,
E t Phrygibus miſeris cauſa eſt inuecta maloru m,
A tq; ipſi ſibi: quòd monitus & reddita ſtulti
S preuerunt reſponſa, nec intellecta, deorum.
H oc igitur genitum fugientes inter adeptus
M eriones, dextro in lumbo percuſſit. at haſtæ
I ntima per uentrem deſcendit in ilia ferrum.
I n genua ille gemens procumbit, & ægra trahentem
O ccupat, & dirum prohibet ſuſpiria fatum.

Meriones Phereclū, nauium Paridis fabricatorem.

P edæum rapit inde Meges, Antenore natum,
S ed dubia de matre nothum, quem diua Theano
N utrijt, & proprijs (hoc gratificata parenti)
Ae quauit natis: quem tunc & in agmine uerſo
C onſequitur, longáq; premens tranſuerberat haſta
P hylides, quà ceruicis coit ultima ſummæ
V ertebra, ferri acies ſub lingua gutture fracto
T ranſijt, & ualidos perfregit acumine dentes.
I lle cadens, fœda iacuit porrectus arena,
D entibus & ferrum moriens hoſtile momordit.

Meges Pedæū.

Obſeruādum in hoc poeta, quod omnib. quos nominat, aut interfectos dicit, ſingularia aliqua attribuit, utpote uel genus, uel educationem, uel artē, uel caſū aliquē, uel id genus alia, quibus fere cōmiſerationē mouet. In quibus egregie ipſum noſter Virg. eſt imitatus: ſicut & uarietatem ex modis morientiū ex hoc accepit.

E urypylus poſt hos, Euæmonis inclyta proles,
I nſignem ſternit multis Hypſenora factis,
M agnanimo genitum Dolopione, templa ſacerdos
Q ui tenuit liquidi commiſſaq; ſacra Scamandri,

Eurypylus Hypſenorē.

Non

Non ſecus ac deus in populo reuerenter amatus.
Hunc Euæmonides fugientem præpete curſu
Conſequitur, gladioq; ferit: ſimul amputat ipſi
Magna humeri cum parte manum. cadit ille, putremq;
Sanguine fœdat humum: ſimul ambos lurida claudit
Mors oculos, duriq; præmit uis ultima fati.
Talia funeſto dum prælia marte geruntur,
Haud facile agnoſcas Diomedes utra ſequatur
Agmina, Troianos ne, an fortes cædat Achiuos:

Diomedis ferocia fluuio omnia proſternenti comparatur.

Sic campi medium inſiluit, medioſq; per hoſtes
Proturbabat agens cuneos, atq; obuia ſternens
Quæq; manu: ſimilis fluuio, qui pluribus auctus
Imbribus, exundante ruens rapit omnia curſu
Obuia, conſtratoſq; inſano gurgite pontes
Deuoluit non ſepta nouos tenuere per agros,
Non ullæ obiectæ moles: ruit impete uaſto,
Atq; hominum ſternit ſata læta, boumq; labores.
Sic Troum ſternente acies Diomede ruebant,
Iratum denſæ nec ſuſtinuere phalanges.
Talia quem totis ædentem funera campis,
Sternentemq; acies, & ſæuo marte furentem,
Inclytus aſpiciens genitore Lycaone natus

Pandarum dicit.

Non tulit, & celeres aptans ſua tela ſagittas,
Direxitq; manu teretem (quo præſtitit) arcum,
Tydidenq; alta ſurgentem in uulnera dextra
Iuxta humerum feriens dextra percuſſit in ala,

Vulneratur Diomedes.

Per thoraca cauum telo ſic fortiter acto,
Vt parte ex alia ferratum extaret acumen,
Et grauis effuſo manaret ſanguine thorax.

Pandarus exultans Troianis.

Protinus ingenti clamore Lycaone natus
Intonuit: Nunc magnanimi conſiſte Troës,
Nunc equites inferte pedem, percuſſus ab arcu
Optimus Argiuum noſtro eſt. nec poſſe uidetur

Vulnere

Vulnere ab hoc ſupereſſe diu, ſi miſit Apollo
Non fruſtra ex Lycia, nec me deus ipſe fefellit.
Talia iactabat memorans. nec uulnus acerbum
Tydidæ nocuit, ſed tantum marte remiſſo
E' pugna excedens, petit agmina tuta ſuorum,
Et currus & equos cum ſaucius ante ſtetiſſet,
Sic Sthenelum alloquitur Capaneo patre creatum·
Huc properè Capaneïade ſuauiſſime curru — Diomedes Sthenelo.
Deſcendens ades, & telum exitiale lacerto
Exime, quod fixum affligit me uulnere acerbo.
Hæc ubi dixiſſet, Sthenelus de curribus altis
Deſilit in terram, & propè ſtans exemit acutum — Eximitur telum.
Ex humero telum, fluit ater arundine ducta
Per tunicam perq́; arma uiri de uulnere ſanguis.
Tunc bonus eſt clara Diomedes uoce precatus·
Aegida quaſſantis Iouis inclyta filia Pallas, — Oratio Diomedis ad Palladem.
Me dea me precor exaudi, ſi quando parentem
Aut me, dura tua iuuiſti in prælia dextra,
Nunc mihi diua faue, ſolitas nunc adſtrue uires,
Ut telo cadat & manuum uirtute mearum
Ille uir, incautum qui me percuſſit acerbo
Vulnere, iactauitq́; nec ultra lumine ſolis
Poſſe frui, ſuperasq́; haurire diutius auras.
Talibus orantem Ioue nata audiuit, & ultrò
Accedens propius, reparauit robore multo
Membra manusq́; pedesq́; uiri. cui deinde loquuta eſt.
Eſto animo forti atq́; bono, fili inclyte Tydei, — Pallas Diomedi.
Nec dubita Troiana tuo petere agmina ferro.
Namq́; tibi patrias immiſi in pectora uires,
Intrepidumq́; animum, qualem fortiſſimus olim
Oenides habuit Tydeus, atq́; inſuper atram
Ex oculis nubem eripui, ut cognoſcere poſſis
Siue dei ſeu ſint homines qui bella capeſſant,

Ne tu fortè deûm contra immortalia pugnes
Numina: ni ueniat Venus huc Iouis inclyta magni
Filia. quæ ſi forſitan his ſe immiſceat armis,
Illi ne metuas hoſtile immittere ferrum.
Tantum effata, retro conceſſit cæſia Pallas.

Diomedes triploquàm ante fortior.

Ipſe nouas nactus triplicato robore uires
Tydides, uolat ad primos animoſior hoſtes,
Immiſcetq́; manus, & proterit agmina Troum.

Cõparatio à leone uulnerato.

Impaſtus ceu plena leo per ouilia graſſans,
Quem procul incautum confixit arundine paſtor,
Nec tamen inflixit uulnus letale, ſed hærens
Plus acuit telum, & maiores ſuſcitat iras.
Ille furit, latet attonitus poſt limina paſtor,
Deſeruitq́; gregem: faciunt loca ſola timorem.
At trepidæ glomerantur oues formidine in arctum,
Proſiluit ſtabulis uictor leo, non ſecus ira
Percitus in Troas rabida Calidonius heros
Aeſtuat, arma ferens circum, & fera prælia miſcet.

Quos Diomedes uulneratus interemerit.

Atq; hic Aſtynoum raptans, & Hypenora regem
Conficit, hunc haſta ſub inutilis orbe papillæ
Traijcit, illi humerum magno ferus enſe recidit,
Qua uires iunctura dabat, de corpore totum.
Hos ita confectos linquens, in Abanta ſuperbum
Fertur. & illuſtrem Polyïdon ſanguine fratres
Eurydamante ſatos, qui pallida ſomnia noctis
Monſtriferæ callebat, & ut non uana docebat.
Sed non bella ſuis ineuntibus horrida natis
Per ſua luctificam prædixit ſomnia noctem,
Quam miſeris triſti Diomedes intulit ira.
Inde Thoona petit, Xanthumq́;, uirentibus ambos
Corporibus iuuenes, natos patre Phœmone, ſed quos
Præter non alios habuit pater, inde nec ullos
Progeniturus erat, fractusq́;, & inutilis æuo.

Hos tibi Tydides perimens uitalibus auris
Ambos eripuit, miſero ſuſpiria patri
Triſtia, & innumeros luctus lachrimasq; relinquens,
Non iterum è bello redeuntes amplius illo
Viſuro natos, & quæ cumulauerat ipſis
Cuncta relicturo heſternis hæredibus olim.
Inde duos occidit, Echemonaq;, Chroniumq;,
Dardanidæ Priamo genitos, quos unus habebat
Currus, in hos magno Diomedes impete facto,
Sicut in armentum per paſcua lata cruento
Irruit ore leo, ac prenſum ceruice reflexa
Sternit humi taurum'ue grauem, fortem'ue iuuencum:
Sic tunc Priamidas fratres uiolenter ab alto
Deijcit axe furens, ſpoliatq; recentibus armis
Tydides, & equos captos iubet agmine duci
Ad celeres Graiûm, tentoria tuta, carinas.
Quem ſimul Aeneas populantem Troïa uidit
Agmina, mox propero curſu per tela, per hoſtes
Pandaron inquirens fertur, dijs æquiparandum,
Et bello egregium, fortiq; Lycaone natum.
Quem ſimul inuenit, ſic eſt affatus amicum.
Heu ubi nunc arcus? ubi tela uolucria dudum
Pandare feſſa iacent? quorum tibi nemo uir unus
Par fuit arte prius, qui uel contendere tecum
Poſſet, non Lyciæ tota de gente feracis,
Non etiam his terris, quo nunc ea gloria ceſſit?
Verum age ſublatis manibus, uotisq; uocatum
Supplicibus uenerare Iouem, diramq; ſagittam
(Quiſquis is eſt) immitte uiro, qui Troïa tanto
Robore caſtra quatit, qui tot præſtantia nigræ
Corpora demittit morti, genua ægra reſoluens,
Ni deus hic aliquis memores exerceat iras
In Phrygas, ob ſolitas ſacra intermiſſa per aras.

Egregium τάλας.

Alia à leone cōparatio.

Aeneas Pandaro.

Dura

›› D *ura quidem res eſt mortalibus ira deorum.*

Pandarus P *andarus huic contrà ſic reddidit.* Optime Teucrûm

Aeneæ. A *rbiter Aenea, certe ille uir omnia forti eſt*

T *ydidæ ſimilis, quem cur non eſſe putemus?*

A *gnoſco clypeum, galeæq́; comantis onuſtum*

C *riſtarum pennis apicem, noſco ære coruſcos*

Ae *ripides, ſed non penitus diſcernere poſſum*

S *it'ne homo, ſit'ne deus, ſit'ne hic quem* Tydea *magnum*

P *rogenuiſſe ferunt. nec enim ſine numine diuûm*

Q *uæ facit, iſta facit. ſed adeſt, atq; auxiliatur*

H *uic aliquis ſuperûm, nebulæ uelatus amictu,*

S *picula qui uertens aliò deflexit ab huius*

C *orpore. nam dextrum huic humerum ſtridente ſagitta*

T *raieci, qua ſumma cauus præcordia thorax*

C *ontegit, & tali confectum uulnere liqui,*

V *t cito ſperarem ſubiturum* Pallida Ditis

R *egna uirum, ueſci nec poſſe diutius aura*

L *uminis aërij: ſed me ſpes iſta fefellit.*

N *am neq; perdomui, neq; ad impia tartara miſi,*

I *rato (ſic credo) aliquo mihi numine diuûm.*

N *unc etiam currus & equi, quibus utar in hoſtem,*

N *on adſunt mihi. namq; domi bis quinq; relicti*

S *unt mihi plus uno currus, paulo ante parati*

I *nſtrnctiq; armis, fabre quos optima circum*

V *ela tegunt, quorum bijuges ad quemlibet unum*

S *tant gemini, phalerisq; inſtructi albentia paſcunt*

H *ordea, pinguificæ nec copia deſit auenæ.*

Q *uos me ſæpe ſenex & clarus marte* Lycaon,

A *uxilio uobis abiturum ducere iuſſit,*

C *ornipedumq́; iugo tractos aſcendere currus,*

E *t quantas habeam uires oſtendere bello*

T *roianis ducibus. ſed nec rationibus ullis*

P *erſuaſit pater. ergo & equos curruſq́; reliqui,*

Quodq;

Quodq́; uidebatur melius multo eſſe, peperci
Cornipedum gregibus, ne fortè ad Pergama ductos
Pabula deficerent, qui nunc paſcuntur in altis
Aſſueti ſtabulis pingueſcere, ad Ilion altum.
Ipſe pedes ueni telis his fretus, & arcu,
Quæ tamen heu noſtrum non adiutura laborem
Necquicquam arma tuli. nam uulnera uana duobus
Fixerunt hodie ducibus, forti Diomedi,
Et forti Atridæ: quos ſic ego fortiter ici,
Multus ut amborum flueret de corpore ſanguis,
Nec tamen occiderent, ſed plus flammantibus ira
Irritati animis in prælia ſæua redirent.
Illo nempe die me fata inimica tulerunt,
Improba quo ſacris à poſtibus arma refixi,
Quando ſacram Troiæ multis comitantibus urbem
Acceſſi, laturus opem Phrygibusq́; colonis,
Et tibi cum primis Hector fortiſſime Teucrûm.
Quod ſi iterum patrios olim rediјſſe penates
Contingat mihi, & his oculis uidiſſe relictos
Vxorem, natosq́;, domumq́; nitentibus altam
Turribus, externus caput à ceruice reſectum
Auferat hoc aliquis, ſi non ego protinus iſthæc
Tela manu frangens, ſi non hos protinus arcus
Inijciam rapido crepitantibus igne caminis,
Vſq; adeò mihi caſſa manu, ſic uana fuerunt.
Reddidit Aeneas, Troûm dux, iſta loquuto.
Ne uero, ne ſic loquere inclyte Pandare. uerum — *Aenæas Pandaro.*
Præſtiterit, fuerítq; nihil magis utile, quàm ſi
Hunc & equis contra curruq; uolante feramur.
Tydiden, ſeu quiſquis is eſt. hos ergo iugales,
Hos currus conſcende, fac ut cognoſcere poſſis
Quàm duro ualeant in aperti puluere campi
Troiani æripides, quàm ſint in bella feroces,

Q uàm facili motu partes flectantur in omnes,
S eu quando fugiunt hoſtem, ſeu quando ſequuntur.
Q ui ſi fortè fuga pulſi referantur ad urbem,
E t ferus auxilium Tydidæ Iuppiter addat,
E t decus adijciat, ſaluos & ab hoſte receptos
N os præſtare queant. ſed nunc age ſume flagellum,
F renáq; pulchra manu, currumq; auriga guberna.
I pſe ego deſcendens ab equis audacter in hoſtem
P ugnabo: uel tu, ſi uis deſcende, relinquens
H os mihi cornipedes curru ſubeunte regendos.
D ixerat. at placido ſermone Lycaone natus,
Pandarus Aeneæ. A enea tibi ſerua, inquit, tua frena, tuosq;
D irige equos, curruq; moue parère paratos,
A urigæ magis aſſueto, ne fortè feroces
S i rabida deuicti ambo Diomedis ab ira
F ugerimus. mea flagra ſequi & mea uerba recuſent,
E xoptemq; tuam uocem, nec uerbere cogi
P oſsint, ut pugna excedant, nos opprimat hoſtis
T ydides, ipſosq; abducat ad agmina Graiûm
C aptiuos. nunc ergo tuos tu dirige currus,
I pſe uirum excipiam uenientem hac fortiter haſta.
T alia colloquijs inter ſe uerba ferebant,
C urrum aſcendentes uarium, rapidisq; citati
N itebantur equis, fortem in Diomedea, promptis
A ggreſſuri animis, & depugnare parati.
Q uos ubi uidiſſet Sthenelus Capaneïus heros,
D orica præcipiti ſubeuntes agmina curſu,
T aliter eſt propera Diomedi uoce loquutus:
Sthenelus Diomedi. T ydida dilecte animo mihi, quos ego cerno
A duentare uiros, fortiſsima tela gerentes,
E t tecum certare animis armisq; paratos?
H orum alter (uideo) præſtanti eſt Pandarus arcu
I nuictus, Lycio genitore Lycaone cretus:

Alter

A lter magnanimi Anchiſæ, Veneriſq́; ſuperbæ
F ilius Aeneas. quare huc age ab agmine paulum
D eflexis cedamus equis, nec tu mihi primam
I nſilias aciem, ne forſitan improbus hoſtis
O pprimat incautum, & ſpoliatum lumine linquat.
T alia dicentem Diomedes lumine toruo
I nſpiciens: Ne uero, inquit, ne talia uerbis Diomedes
P erſuadere uelis, nec enim potes, & mihi turpe eſt, Sthenelum
N ec ſpecimen generoſi animi, ſeu cedere retro redarguit.
P ugnantem, ſiue hoſte metu ueniente moueri.
E t mihi ſunt ualidæ pugnanda in prælia uires,
E t nec equis fidens animus, nec præpete curru:
Q uos neq; conſcendam, neq; cedam ex agmine retro,
S ed potius uadam uenientibus obuius ipſis,
E xcipiamq́; manu, modò prouida Palladis almæ
G ratia non deſit, certe redeuntibus ambo
N on reuehentur equis, quod ſi non forſitan ambos
I nterimam. noſtra ſaltem cadet alter ab haſta
C onfoſſus. ſed tu memori mea dicta repone
P ectore: ſi palmam mihi Pallas utroq; perempto
C ontulerit duplicem, tu protinus arripe frenis
Ae neæ æripedes, & duc ex agmine Troûm
A d diuerſa comatorum tentoria Graiûm,
I llorum de ſtirpe ſatos quos Iuppiter olim
P ro Ganymede dedit Troï, cum præpes ab Ida
R aptaſſet puerum: meliores omnibus illi Genus &
Q uos Sol cumq; uagus, quoſcunq; Aurora renaſcens ſtirps equo
S pectat equos, quibus Anchiſes de gente ſuarum rũ Aeneæ.
C um ſubdiſſet equas, clam Laomedonte iugales
S ex tulit inde nothos, quos & præſepibus altis
I ntulit, & uigili cura commiſit alendos,
Q uattuor ipſe quidem retinens, duo corpora forti
T radidit Aeneæ uolucrum quos cernis equorum

Q uorum ſi dederit nobis fortuna potiri,
N on decus exiguum famæ nos inde ſequetur.
S ic alternantes hi mutua dicta ferebant.
I nterea rapidis aderant iam curſibus hoſtes,
V erba Lycaonius quorum hæc prior intulit heros·
Pandarus Diomedi. M agnanime, armipotens, magni ſate ſanguine Tydei,
P erdere te noſtræ nondum potuere ſagittæ,
E t uano (ut uideo) perſtrinxit uulnere telum.
N unc tamen experiar num ſit fœlicior ictu
H aſta mea uibrata manu, ſint'ne irrita ſemper
V ulnera quæ facio. ſic dixit, & acer in hoſtem
C onijcit intorquens haſtam: quæ miſſa per orbem
I ngentis clypei penetrans, thoracis aheni
Ae re repercuſſa eſt. ſed enim ceu uulnere uero
Stultè gloriatur Pandarus. P andarus exultans: Iam nunc, ait, acta ſub imum
T ranſijt haſta latus, tandem letalia ſentis
V ulnera Tydida. nec enim puto uiuere poſſe
T e nunc, & plagæ ſupereſſe diutius iſti,
S ed mihi morte tua decus immortale daturum.
Diomedes Pandaro. T alia iactanti Diomedes pectore forti
I ntrepidus: Vana hæc, inquit, ſtolidiſſime iactas,
F alleris, haud quaquam peruenit ad intima ferrum
P ectora, nec miſſo feciſti uulnera telo.
S ed uos non ſimili caſu fortuna leuarit.
N am uobis fugere hinc prius haud erit ulla facultas,
Q uàm noſtro telo ueſtrum cadat alter, & atro
I mbuat arma feri crudelia ſanguine Martis.
D ixit, & intorſit iaculum, quod Pallas acutæ
C irca oculos nari inuexit, penetrante per albos
F erri acie dentes, reuolubilis ultima linguæ
Pandarum Diomedes interficit. V incula diſſecuit, donec poſtrema cruentæ
C eruicis confregit, & ipſum è uulnere telum
E xtitit. ille cadens curru, fulgentibus armis

D at ſonitum ingentem, latè reſonante ruina
C onſternantur equi, moriens ille exuit auras
Ae thereas, unaq́; animus ſanguisq́; relinquunt.
T um ſubito ingenti clypeo metuendus & haſta
A duolat Aeneas, ueritus ne exangue cadauer
E riperent Danaï. circum quod maximus heros,
V t leo cui uires animum dant, arma ferebat,
N unc clypeum obiectans, nunc irrumpentibus haſta
O bſiſtens, ſimul horrendo clamore fremebat,
S tringere in aduerſos ferrum exitiale paratus,
Q uicunq; auderent ſe contra inſiſtere pugnæ.
C orripit hic ingens immani pondere ſaxum
T ydides, quod nec lecti duo tollere poſſent
Q ualia nunc hominum producit corpora tellus. Virgilianum.
H oc cum tunc facili ille manu, ſolusq; tuliſſet,
M iſit in Aeneam: quod coxæ mobilis oßi
I llatum, femur afflixit, ſolidæq́; reſoluit
C ardine luxato neruos compaginis ambos.
I lle genu labente ſolo procumbit, & ægrè
I nnitens manibus, cubito ſe ſuſtulit heros.
I amq́; caput nigræ circumuoluere tenebræ,
E t nox ante oculos perituri denſa uolabit,
C erta pernicies aderat, niſi diua tuliſſet
M ater opem nato (quem paſcua læta tenenti
A nchiſæ peperit Venus) & complexa lacertis
T exiſſet niueis carißima corpora nati,
S plendida prætendens nitidi uelamina pepli,
N e qua ferire queant Danaûm uenientia tela
P ectora nuda uiri, medio ex ardore cruenti
A bducens belli, imparibus defendit ab armis.
T um memor imperij Sthenelus, Capaneïa proles,
T ydidæ deduxit equos, & ab agmine tutos
C onſtituit, curruq́; graues religauit habenas.

Saxi ictu Aeneam affligit Diomedes.

Venus Aeneam liberat.

E t mox Aeneæ pulchro candore iubarum
P ræſtantes inuaſit equos, traxitq́; refixos
E x acie Troum pulchra ad tentoria Graiûm,
D eipyloq́; dedit ſocio, quo carior illi
N on fuit æquales inter. mox ille receptos
A d pulchros curuo ſtantes in littore naues
D uxit equos, ac Tydiden Capaneïus heros
C urribus inſiſtens, ac frena undantia tendens
A ſſequitur, ſocijsq́; addit ſe ſtrennuus armis.
Q ui tunc in Venerem ueſana percitus ira,
M arte ferebatur ſæuo, non inſcius illam
E ſſe deam, non quæ bellis aut fortibus armis
P ræſideat, qualis Iouis inclyta filia Pallas,
A ut ſæuo quatiens urbes Bellona tumultu:
S ed quæ degeneres luxus, & inertia curet
O cia. quam, poſtquam perruperat agmina ferro
D enſa uirûm, propè contingens tenuiſſima pepli
A mbroſij ſcindens uelamina, qualia diuæ
T exuerunt Charites, diuam ferit, altaq́; ſummæ
V ulnere membra manus diro perſtringit, & ipſam
V ſq; uolam duri tranſegit acumine ferri.
T ranſijt haſta cutem diuini corporis, unde
I mmortalis ijt manans de uulnere ſanguis,
Q ualem membra ſolent magnorum fundere diuûm.
» N am nec edunt fruges, nec uina liquentia potant,
» A tq; ideo exangues dij ſunt, & morte carentes.
A t Venus inſueti ſenſu exanimata doloris
I ngemuit, magnisq́; ferit plangoribus auras,
D imiſitq́; manu ſicut complexa ferebat
E reptum læto natum. quem Phœbus Apollo
S uſcipiens manibus, nebula contexit opaca,
N e quis Achiuorum conſpectum comminus armis
A ppetat, aduerſi figens in pectora telum,

Sthenelus equos Aeneæ abducit.

Diomedes in Venerē.

Diomedes Venerē in uola uulnerat.

ἰχώρ.

Venus impatientia doloris eiulat.

Atq;

A tq; animum inde trahens celeres diſpergat in auras.
A t Venerem magna fugientem uoce ſequutus
T ydides: Deſiſte (inquit) Ioue nata, uirorum — *Diomedes Veneri fugienti inſultat.*
A rma ſequi, fuge bella Venus, fera prælia linque.
A n tibi non ſatis eſt, quod mollia pectora ſexus
F œminei expugnas? & decipis arte maligna
I mbelles animos? niſi noſtra quoq; arma laceſſas?
Q ueis te ſi immittes iterum, nec ſtulta quieſces,
M artia bella tuo diſces uitare periclo.
D ixit. at illa graui cruciatu triſtis abibat,
M ulta gemens, nigroq; decentia membra cruore
D efœdans. quam ſuſcipiens uariabilis Iris,
E ductam pugna, celeriq; per aëra curru
A uectam, Marti, quem læua à parte ſedentem
N ube caua, ſubnixum haſta, curruq; ſoluto
S tante ab equis, offenderunt, pugnaſq; uidentem,
D etulit. huic genua inclinans, ſic diua loquuta eſt.
C hare age mi frater, me ſuſcipe, & hiſce faueto — *Venus Marti.*
V tar equis germane tuis, quibus ardua Olympi
R egna petam, ſedes diuûm. me namq; dolores
I mmodici cruciant, quibus immaniſsimus hoſtis
T ydides miſeram affecit. namq; ille deorum
A udeat ire patrem contrà, bellumq; mouere.
T alia dicenti, Mars aurea frena ferentes — *Mars equos ſuos Veneri commodat.*
T radit equos. illa & currum conſcendit, & alto
C orde premit gemitus, ſimul Iride uerſicolore
A urigante manu, frenoſq;, & ſponte uolantes
I mmittente in equos, & agentem uerbera uirgam.
P oſtquam eſt ad diuûm ſedes, excelſaq; uentum
T ecta Iouis, ſiſtit currus, & frena reſoluit
V elox Iris equis, & dulcia pabula præbet,
A mbroſiam: tum procumbens formoſa Dionæ
I n genua eſt affuſa Venus genitricis amatæ.

Illa amplexa manu natam dextráq; prehendens,

Dione mater Veneri filiæ.

Quis te (ait) ô diuûm lepidiſsima filia tantis
Cladibus affecit? tanquam manifeſta patraris
Flagitia, atq; aliqua in culpa deprenſa fuiſſes.

Venus matri.

Cui Venus: Ille ferox animi, quem Tydea fortem
Progenuiſſe ferunt, ille hoc me affecit acerbo
Vulnere, conatam bello cædiq; cruentæ
Subtrahere Aeneam, mihi quod cariſsimus eſſet
Omnibus ex alijs quos unquam enixa fuiſſem.
Nam neq; cum Danaïs Troianisq; amplius armis
Certatur, cum dijs Danaï, diuiq; uiciſsim
Cum Danaïs pugnant. cui talia uerba loquutæ,

Dione Veneri.

Reſpondens formoſa Dione: cara fer, inquit,
Filia, quem pateris, nihil indignata, dolorem.
Multi alij ſuperûm cœleſtia templa colentum
Sæpe tulere graues humana ex gente labores,
Sæpe etiam his illi grauia inflixere uiciſsim.
Arbiter armorum grauia eſt Mars paſſus, ut illum

Otus & Ephialtes Martem in uinculis habuerunt.

Otus, Aloëo geniti, fortisq; Ephialtes
Coniectum fratres in fortia uincla ligarunt.
Nam tunc ære grauem iacuit detruſus in ollam,
Donec tredecimi fluxerunt tempora menſis.
Atq; illic perijſſet inexaturabilis ille
Armorum dominus, niſi pulchra Eribœa nouerca
Mercurium miſiſſet, ut illi uincula furtim
Solueret excutiens, iam multa incommoda paſſo.

Iuno ab Hercule uulnerata.

Paſſa etiam Iuno eſt, dextram quando illa mamillam
Amphitryoniadæ percuſſa tricuſpide telo,
Immedicabilibus quo diua doloribus uſta eſt.

Pluto ab Hercule uulneratus.

Ipſe quoq; ingentes, Erebi regnator, eodem
Læſus ab Alcida fertur ſenſiſſe dolores,
Quand ô illum telo feriens percuſsit acuto
Ad Pylon, inter adhuc inhumata cadauera nactus.

Cum

Cum forti ergo humero ſtaret letalis arundo,
Ille dolore amens, animoq; & corpore totus
Eficeret, properè magnum conſcendit Olympum.
Illic ſicut erat Pæon medicantibus herbis — Pæon medicus.
Pharmaca conficiens, triſtem releuantia morbum
Seruauit, quia nil diuo mortale fuiſſet.
Infœlix, quem ſic liquit reuerentia diuûm,
Vt facere auderet cœleſtibus impia, & ipſos
Impeteret telis, & uulnera triſtia ferret.
Sed tibi glauca oculos nocuit: te uulnere Pallas
Hoc, quo Tydides, miſeram multauit acerbo.
Demens, qui non hoc animo præuiderit, ipſum — ἐπιφώνημα
Haudquaquam fieri longæuum poſſe uirum, qui ««
Cum dijs bella gerat. non illi à marte reuerſo ««
Ad genua alludent titubantes dulcia nati,
Et patrium tremulo nomen clamore uocantes.
Nunc igitur quanquam uirtute & robore præſtat,
Talia Tydides conſideret omnia ſecum,
Ne quis ei obueniat qui ſit præſtantior armis,
Ne quando Aegiale caſta Adraſteïa proles
Excitet è ſomno mœrens quem fortè ſuorum,
Qui thalamo coëat ſecum, quemq; illa maritum
Eligat, Argiuos ſuperantem laudibus omnes,
Illa eadem coniux Diomedeos inclyta magni.
Sic ait, atq; manu ſaniem deterſit utraq;
E' palma Veneris: quam curans, uulnus acerbum
Mitigat, & durum pepulit medicata dolorem.
Talia ſpectantes Pallas, & regia Iuno,
Ipſum cœperunt uerbis mordacibus ambæ
Irritare Iouem, cui ſic prior inclyta Pallas
Iuppiter, an'ne loquuturæ quæ mente uoluto — Pallas Ioui.
Iraſcère mihi? Venus hæc ſtudioſa ſuarum
Troïadum, dum fortè aliquam perducit ad ipſas

Gentis Acheïadum uultu præſtante puellam,
εἰρωνικῶς. Dumq; fouet, tangitq; manu, dum cingula tractat,
In tereti mollem lacerauit acumine dextram.
Sic ait. at ridens hominum ſator atq; deorum,
His blandam alloquitur compellans nomine Cyprin.
Iuppiter Non eſt (crede) tui mea filia muneris, iſtas
Veneri. Bellorum tractare arteis. tua munera ſunto,
Pectoribus iuuenum dulces immittere flammas,
Legitimíq; faces curare & fœdera lecti:
Bellica Mars Pallasq; ferox certamina curent.
Sic inter ſeſe diui dum multa loquuntur,
Interea Aenean Diomedes plurimus urget.
Et quanquam manibus cognoſſet Apollinis illum
Defendi, nihil ille deum magnumq; potentemq;
Eſt ueritus, ſed in Aeneam feruentior ibat,
Occiſurus & illum, atq; arma illa inclyta ſecum
Aſportaturus, ſpoliaturusq; iacentem,
Si qua ſinat fortuna. ter ergo immanis in hoſtem
Inſiluit, ter conanti deus ipſe coruſcum
Oppoſuit clypeum: quartò, cum more furentis
Dæmonis irrueret, ſic illum affatus Apollo eſt.
Apollo Dio Verum age Tydida, quò progredure uideto,
medi. Cede retro, nec te dijs immortalibus æquum
Eſſe uelis, nunquam genus hoc mortale uirorum
Aequiparare queas dijs ſine carentibus omni.
Sic ait. at longè iaculantis Apollinis iram
Tydides ueritus, cito ſe retro ipſe recepit.
Apollo Ae- At deus Aenean acie ex ardente remotum
neã in Tro- Intulit auguſtis Troianæ mœnibus urbis,
iam redu- In templum ſibi ſacratum, quo ſcilicet illum
cit. Et Latona parens, ſoror & Diana fouerent
Idolon Ae- In ſpacioſo aditu: ſimul ipſe ad imaginis inſtar
neæ. Aeneæ deus idolon confinxit, ut eſſet

Cuncta

Cuncta Anchiſiadæ ſimilis fulgentibus armis,
Quod circum Troëſq; & Achiuûm inſtructa iuuentus
Pugnabant, inſtaurantes duriſſima paſſim
Prælia, fulgebant clypei, uaga tela uolabant.
Tum ſic fulmineum Martem eſt affatus Apollo·
Pernicies Gradiue hominum, qui mœnia & arces — *Apollo Marti.*
Concutis, an'ne potes tantis hic uiribus unum
Pellere Tydiden? qui magno ſæua minari
Audeat arma Ioui? qui primum uulnere diro
Affecit Venerem, tandem in me more furentis
Dæmonis inſiluit. ſic ille loquutus, in altum
Pergamon abripuit ſeſe, fit & inde Acamanti — *Apollo Acamantis ſpeciem aſſumit.*
Ductori Thracum ſimilis, turmasq; per omnes
Troiugenum ſe immiſcet agens, & pluribus ægros
Incendit dictis animos, & ſuſcitat iras.
Tum Priamo genitis tali ſermone profatur·
O Priamo geniti, diuino è ſemine nato, — *Apollo Priami filijs.*
Quò tandem uſq; uiri ſinitis tot funera Teucrûm,
Et ſocios ciuesq; pari diſcrimine ueſtros,
Argiuo totis proſterni milite campis?
Nunquid ut ante oculos, patriæq; ad mœnia ueſtræ
Graſſetur ferus, & fera prælia miſceat hoſtis?
Nunc iacet ille etiam, quem nos conſueuimus olim
Hectoris eſſe parem meritis reputare ſuperbi,
Magnanimo ſatus Anchiſa, uir maximus armis
Aeneas. agite ergo uirum tueamur amici
Eximium, ne defuncto potiantur Achiui.
Hæc dicens, cunctis animos commouit, & iras.
Illa ubi Sarpedon percepit, & Hectora magnum
Conuenit, dictis illum inceſſebat amaris.
Hector ubi eſt nunc illa tibi iactata fraquenter — *Sarpedon Hectori uelut ignauiā exprobrat.*
Vis animi, roburq; ualens, quo ſæpe ſolebas
Dicere, poſſe tuis te ſolum uiribus urbem

A' quocunq;

A' quocunq; etiam cum fratribus hoſte tueri,
A tq; alijs ſocijs affinibus? haud ego quenquam
I ſtorum uideo, quos tu memorare ſolebas:
N unc abiere omnes retro, nec cernere poßis
E x illis ſuperantem armis qui pugnet in hoſtem.
Q uin metuunt, uictiq́; ſtupent, ſenſimq́; recedunt,
Cōparatio. N on ſecus ac catuli, quos magnis uiribus audax
T erruit auertitq́; leo. nos deniq; ſoli
P erſtamus ſocij, nobis commune periclum,
N obis communis pugnæ fortuna relicta eſt.
N unc ego qui Lycia procul huc à diuite ueni,
A uxilio ut uobis fierem, carißima liqui
P ignora, coniugiumq́; placens, atq; indole læta
F iliolum, plenamq́; domum, res deniq; multas
Q uas qui non habeant poßint optare. ſed iſthæc
O mnia latiflui procul hinc à flumine Xanthi
D ißita contempſi, ueſtræ pro laudis amore.
N unc quoq; & exhortor Lycios, & in agmine contra
C onſiſto fortem Diomedea, qui neq; tantum
I nde coacturum poſſum ſperare bonorum,
Q uantum ſi uincant Troës: nec perdere tantum,
Q uantum ſi Graio Troës uincantur ab hoſte.
A t tibi nec mouiſſe loco cura ulla, nec Hector
A udentes in bella uiros hortaris, ut armis
P ro ſe, proq́; ſuis pugnent, ne fortè (niſi ipſi
A uxilio ſubeatis) ab hoſtibus excipiantur,
Cōparatio. S icut aues, quas exceptas in retibus auceps
I ncluſit: uos & miſerè pereatis, & huius
E xcindantur opes urbis, quæ te omnia magna
N octes atq; dies cura perpendere oportet,
E t uerbis orare duces, ſociosq́; monere,
Q uos à longinquis hucuſq; uocâſtis ab oris,
N e quam fortè habeant qua te. qua nos quoq; iuſta

De cauſa

D e cauſa poſſint reprehendere. talia fatus
S arpedon tacuit. Nihilominus Hectoris acrem
V erba momorderunt animum. tum ſicut in armis
C onſtiterat, curru properè fremebundus ab alto
D eſilijt, manibus quatiens criſpantibus haſtas,
I n pugnamq́; redit, ſocios hortatur, & omni
P arte laborantes uerbis confirmat aceruos,
R eſtituitq́; acies, bellumq́; exuſcitat atrox.
T um conuerſi animi Teucrûm, iam rurſus in hoſtem — Hector pugnam reſtituit.
T ota ferebantur conuerſis agmina ſignis.
S tabant aduerſi, nec terrebantur Achiui,
D enſati cuneis, hoſtiliaq; arma manebant.
Q ui dum quadrupedum curſu ueherentur equorum,
D um redeunt, tantus ſublatus in æthera puluis
O mnia corripuit latè loca nube moleſta,
Q uantus ubi excuſſas calido ſub ſidere meſſes
A gricolæ purgant flabris, ſi forſitan Eurus — Cōparatio pulcherrima.
I ncubuit uiolentior, abditur area nube
P uluerea, uolitant paleæ, iactantur ariſtæ,
F laua Ceres uento diſpergitur, omnibus albent
E t capita, atq; humeri meſſoribus: haud ſecus iſtæ
C orpora denſato complerunt puluere nubes.
I am congreſſæ acies peditumq́;, equitumq́; cohortes.
C onſeruere manus, it uaſto clamor Olympo.
T unc memor arcitenens ſibi quæ mandarit Apollo
M ars pater, immiſcet ſeſe caligine cæca,
O ffundens oculis ne conſpiceretur, & errat
N unchuc nunc illuc, hortanſq́;, & uiribus implens
T roianas acies, quibus & non uanus Apollo — Mars et Apollo Troianis adſunt.
A dfuit, & partes ipſorum fouit, & auxit
I ngentes animos, cum Graijs eſſe uideret
A uxilio diuam quæ præſidet arcibus altis. — Pallas.
I nſuper Aenean animo, priſciſq́; reſumptis

Viribus,

V iribus, ex adyto ductum in certamina captæ
R eſtituit pugnæ, quem poſtquam Troïa pubes
I n medio uidere ſui non uiuere tantum,
V erum etiam ualidis firmatum uiribus, omnes
L ætitia exultant, cupiuntq; exquirere cauſas.
S ed non hoc patitur pugnæ labor ipſius ingens,
Q uem tres exciuere dei, gemmatus Apollo,
Contentio E t Mauors homicida, & amans Contentio rixæ.
dea ... A t parte ex alia Danaos hortantur, & acres
S ubijciunt ſtimulos, animiſq; audacibus implent
A iaces duo, Tydideſq;, & cautus Vlyſſes.
Q uanquam illos non ulla recens uiolentia Troûm
T erruit, aut ingens ſublatus ad æthera clamor:
Cōparatio. S ed ſtabant, ſimiles in denſum nubibus actis,
Q uas pater infudit Saturnius arcibus altis,
E t uentos iuſsit requieſcere, non Aquiloni,
N on aliorum ulli uentorum facta poteſtas,
Q ua flantes poſſent umbroſas pellere nubes.
T ales tum Danaï ſtantes Troiana manebant
A gmina, non aliquo ſtupefacti corda pauore.
I pſe acies luſtrans Agamemnon, multa monebat.
Agamemnō E ſte uiri nunc ô ſocij, nunc ædite fortes
ſuos horta- F ortia facta uiri. generoſa in pectora magnos
tur. S umite nunc animos, concordes eſte ſub ipſum
" I nſtantis pugnæ ſpacium. Nam cui ſit honeſti
" E t pudor, & ueri reuerentia, ſaluus abibit
" S æpius: at fugiens nunquam decora ulla parabit.
" A tq; ut laus animo fugit, ſic corpore robur.
D ixit, & aduerſos iaculum contorſit in hoſtes,
P ergaſidos figens in pectore Deïcoontis,
M agnanimi Aeneæ fuerat comes. hunc quoq; Troës
N on ſecus ac Priamo genitum celebrare ſolebant.
F ortis enim ualido ſurgebat in arma lacerto.

Primas

Primas ante acies ſemper pugnare ſuetus.
Hunc ita per clypeum ualida percuſſerat haſta
Atrides. ut nec uenientem baltheus ictum
Reppulerit. ſed ad inteſtina & lubrica uentris
Venerit, & iuuenem moribundum ſterneret, ingenti
Armorum ſonitu. contrà ualidiſsimus armis
Aeneas. duo de Danaïs præſtantia bello
Pectora, Chrethonemq́; neci dedit, Orſilochumq́;,
Patre Diocleo genitos, qui diuite Pheras
Vbere præſtantes coluit. genus ille paternum
Duxit ab Alphæo, qui lato interfluit alueo
Ditans fructifero Pyliorum flumine terram.
Alphæus creat Orſilochum, qui pluribus unus
Præfuit, imperiumq́; & regia ſceptra gerebat.
Ille Diocleum genuit, genitore Diocleo
Orſilochus Crethonq́; ſati: qui fortibus armis
Præſtantes pulchris conſcenſis nauibus, altum
Ilion appulerant, Atridarum arma ſequuti,
Vno eodemq́; duo perituri uulnere fratres.
Sic namq́; Aeneæ manibus cecidere perempti,
Ceu duo ſublimis ſylueſtri in uertice montis
Nutriti non infida ſub matre leones,
Cum ſtabulis rapuere boues, & mollibus agnas
Velleribus tutas, paſtorum fortè doloſis
Excepti inſidijs, ferro interimuntur acuto.
Quos ubi ceu geminas conciſo ſtipite pinus,
Proſtratos uidit Menelaus, ad agmina prima
Proripuit ſeſe, fratres ubi fortè perempti
Conciderant, longè radians fulgentibus armis,
Telum immane manu quatiens. Mars improbus illi
Hunc animum dederat, magnæ quo uiribus haſtæ
Aeneæ caderet, quem ſic in bella ruentem
Dum uidet Antilochus, generoſo Neſtore cretus,

Agamemnō Deïcoontē interimit.

Aeneas Crethonem & Orſilochū.

Cōparatio.

Ipſe

I pſe quoq; ad primæ citus euolat agmina pugnæ,
A tridæ metuens, ne quid pateretur, ut impar
V iribus: & magni quia res diſcriminis eſſet,
I am manibus conferre manus, iam tela frementes
A lter in alterius clypeum torquere parabant.
V erum ubi conſpicuis Menelao promptus in armis
A ſtitit Antilochus, nan expectabat, utriq;
Non audet cōgredi Menelao et Antilocho Aeneas. N on auſus conferre manum, quanquam inclytus eſſet
L audibus armorum Aeneas, ne fortè duobus
C ongreſſus non ſufficeret tanto ipſe labori
I lli ubi ad aſtantes rapuere cadāuera Achiuos
C æſorum iuuenum, conuerſi protinus ambo
P ugnantes repetunt, ibi fortè Pylemenea ipſi
Menelaus Pylemenē interimit. G radiuo æquandum per bellica munera, regem
P aphlagonum clypeatorum, quem fortis Atrides
I nterimit feriens haſta, qua cingula nexum
C onſtringunt medium, ſed & ipſe Mydona ſuperbum,
I llius aurigam (pater hunc generarat Arymnas)
C um iam cornipedes auerteret, inclytus armis
Antilochus Mydonem. P erculit Anthilochus prægrandi brachia ſaxo,
Q uà cubitus coit: è manibus cecidere remiſsis
F rena, ſolo niueis elephanti albentia bullis,
C ui ferus inſiliens, gladio latus haurit: at ille
S ingultantem animam nigrantes efflat in auras,
I n caput inq; humeros curru prolapſus, arenæ
I mpactus, prono ſic uertice fixus inhæſit,
D onec ab Antilochi bijugis curruq; citato
C orpus in euerſa deiectum extendit arena.
T alia conſpiciens oculis uigilantibus Hector,
I rruit horrendum clamans, Troiana ſequuntur
A gmina, & inſani Mauortis amore furenti
Bellona, I t bellona comes magno concita tumultu,
ἐνυώ. T erribilemq; manu quatiens Mars belliger haſtam

Ponè

Pone ſequebaturq́;, & præcedebat euntem.
Hunc ubi conſpiciens notis agnouit in armis
Tydides ferus, obſtupuitq́;, retroq́; receßit.
Non ſecus ac rerum ignarus ſi fortè uiator Cõparatio.
Carpat iter, ueniens alienæ ex mœnibus urbis,
Incidat in fluuium præruptis undiq́; ripis
Torquentem fluctus, atq́; in mare ſaxa rotantem,
Retro abit, & circumſpectat quà parte, quòd olim
Cœpit iter peragat. ſic tunc Diomedea magnum
Incumbens animo pauor indignante repreßit.
Ergo hac unanimes uoce eſt affatus amicos·
O ſocij, miramur adhuc quibus Hector adauctus Diomedes
Viribus, audaci ruat in fera prælia dextra. Græcis.
Semper adeſt aliquis ſuperûm deus additus illi,
Qui leuet, auxiliumq́; ferat, fatumq́; repellat,
Et qui nunc ſpecie humana comitatur euntem. Is enim iam munere Palladis deos agnoſcit.
Arbiter armorum deus eſt, temerarius autem "
Cum diuis conferre manum labor. ergo retrorſum "
Auerſi, preßis cedamus uiribus hoſti.
Talia Tydides, cum iam Troiana propinquis
Ordinibus peterent Argiuas agmina turmas.
Hector ibi ante alios iuuenum duo corpora bello
Vtilium, curru properè deiecit eodem, Hector.
Quo ſtabant tum fortè, Meneſtenq́;, Anchialumq́;.
Quos miſeratus ut aſpexit Telamonius Aiax, Aiax Telamonius.
Accurrens propius ueloci traijcit haſta
Amphium Selago genitum, qui mœnia Pæſi
Triſtibus auſpicijs linquens, fatoq́; ſiniſtro
Diues agri, diues rerum quibus indiget uſus,
Venerat auxilium Priamo natisq́; ferendo.
Hunc haſta feriens ſummi prope cingula uentris,
Attonitis ferrum demerſit in ilibus Aiax.
Quem ſpoliare uolens pulchris Telamonius armis,

I Mißilibus

M iſsilibus Troûm iaculis cum ſæpe repulſus
C ederet, ingentis confoſſus tergora ſcuti
T urbine telorum, tandem uiolentior ira
I nſiliens, preſſoq; ſuper pede cruda iacentis
C orpora, ab exanimi quam miſerat extrahit haſtam,
N on auſus ſpoliare armis informe cadauer:
S ic denſi inſtabant Troës, ſic undiq; telis
V num inceſſebant omnes, unumq; petebant.
S ic licet heroas excelſo pectore uires
S pirantem, multaq; uirum uirtute potentem,
D eiectumq; loco, uetitumq; accedere porro,
M ole repreſſerunt tandem, & uirtute ſuorum,
H os ita feruentis pugnæ labor anxius urget.
A t parte ex alia Parca congreſſus iniqua
T lepolemus, magno ſatus Hercule, magnus & ipſe
V iribus, & forma præſtans, & robore Martis,
E x Ioue progenitum Sarpedona prouocat alto.
Q ui propè conſpectum poſtquam uenere ſub unum,
F ilius hic Iouis, ille nepos collecta mouentis
N ubila, Tlepolemus prior eſt hæc uerba loquutus.

Tlepolemus Sarpedoni.

Q uæ tibi Sarpedon, Lyciæ dux gentis, inani
S pe tulit eludens uanam fiducia mentem?
A ut quæ te ratio, quæ uis inimica coëgit,
S tultus ut huc properans crudeli morte peremptus
H ac dextra caderes? uir inermis, inanis, inaudax.
N am qui te magni Iouis eſſe è ſemine natum
A ffirmant, tam uana ferunt, quàm friuola iactant,
N on aliqua æquantem uirtute Heroas, ab ipſo
P rogenitos Ioue: qualis erat, quo me quoq; natum
G lorior, Alcides, cui forti in pectore duri
C orda leonis erant. qui parua claſſe profectus
S ex ratium, ſacræ peruenit ad inclyta Troiæ
M œnia, propter equos periuri Laomedontis,

Aequauitq;

Ac quauitq́; ſolo uictrici Pergama dextra,
E xhauſitq́; opibus cunctis & diuite gaza.
S ed tibi nec uirtus animo eſt, nec uiribus audes
D efendiſſe tuos: fœda quos cæde cadentes
C um nequeas ſeruare, quibus te ſuſpicer armis
P oſſe tuis Troiam defendere? cuius ob urbem
S eruandam, Lycio procul huc es ab orbe profectus:
Q uàm tamen, ut fueris præſtans & maximus armis,
H audquaquam auxilij uel iniqua parte leuaris.
Q uin potius noſtro perfoſſus pectora telo,
I bis ad infernas anima haud ignobilis umbras.
A d quem ſic placido Sarpedon ore profatur.
T lepoleme, auguſtum genitor tuus Ilion armis
B uertit, fateor, periuri regis iniquo
O ffenſus facto: quia quæ promiſit equorum
R eddere pro meritis Alcidæ armenta, feſellit.
Q uos propter longinqua domo fuit ille profectus
I n loca. uerum eadem tibi non eſt cauſa, nec idem
T e manet euentus. ſed enim tibi mortis acerbæ
N uncius en adſum, noſtra qui uictus ab haſta
D iti animam reddas, famam mihi morte relinquas.
S ic ait: ac ſimul incubuere, haſtiſq́; reductis
A lter in alterius iaculati corpora, ab hoſte &
V ulnus uterq́; tulit, media in ceruice cruentum
T lepolemo ſtetit haſta tremens, cui lumine caſſos
N ox obſcura oculos ferali à uulnere texit:
T lepolemus femore in læuo Sarpedona magnum
S emianimem diro percuſſum uulnere liquit.
I ntima uenit enim tranſacta per ilia cuſpis,
I nq́; ipſo ſtetit oſſe. ſed huic à corpore peſtem
D epulit ipſe pater, retrahens à morte propinqua.
Q uem ſocij ereptum pugnæ, ſecura tulerunt
I n loca caſtrorum: qui ſæuo è uulnere telum,

Sarpedon Tlepolemo.

Sarpedon Tlepolemũ interimit. Tlepolemus Sarpedonem letaliter uulnerat.

Aegra dolore gemens ingenti membra, trahebat.
Nec Lycijs etenim properantibus iſta uacabat
Proſpicere aut ipſum rapidis educere pugna
Curribus impoſitum, placidæq; aptare quieti.
Tlepolemum uerò Danaï rapuere iacentem.
Omnia quæ poſtquam ſapiens cognouit Vlyſſes,
Impatiens animi, & furibunda percitus ira,
Ingentem dubio uerſabat pectore curam,
Quid faceret, potius ne ipſum Sarpedona ferro
Aggreſſus, meritas inimico ex ſanguine pœnas
Sumat, an in Lycios uires effundat & iram.
Protinus has dubio uiolenti pectore curas
Conſilium immiſit Pallas, Sarpedona mittat,
Supplicium è Lycijs potius pœnamq; repoſcat.
Nec dum etiam fatale fuit, ſi uellet, Vlyſſi
Conficere ingentem Sarpedona. protinus ergo
Omiſſo domino, Lycios inuadit in hoſtes.
Vlyſſes 7. Lycios occidit. — *E' quibus Alcandum, Chromiumq;, & Alaſtora, & acrem*
Ceranon, atq; Halium, Pritanimq;, Noëmonaq; atræ
Demittit morti: plures miſſurus ad orcum
E' Lycijs, niſi cuncta uidens mox inclytus Hector
Armis conſpicuus pulchris, ſe ad prima tuliſſet
Signa ferox, cunctiſq; metum incuſſiſſet Achiuis.
Cuius ad aduentum Sarpedon lætus, ut ipſi
Proximus Hector erat, uix iam ſua uerba ſequenti,
Hectora uoce gemens ſic eſt affatus amicum.
Sarpedon Hectori. — *Ne me quæſo truci, dux magne, reliqueris hoſti*
Exanimem, mox ludibrio prædæq; futurum:
Sed magis ereptum hinc, ferri intra ueſtra iubeto
Mœnia, ut adſertus moriar. nec enim datur ultrà
Viuere, nec dulcem patriam, & cum coniuge cara
Heu miſeros, orbum (mea uota) reuiſere natum.
Sic ait. at contrà nil reddidit impiger Hector,

Sed

S ed ſe proripuit, raptimq́; & in agmina Graiûm
I rruit, acturusq́; fuga, certeq́; daturus
C orpora multa neci. quo ſic abeunte, iacentem
S uſtulerant ſocij Sarpedona, ſubter opacam
C urantes, ſacramq́; Ioui, deponere fagum.
C uius ab infixum detraxit uulnere telum
E gregius Pelagon, idem & fidiſſimus ipſi.
A t ferro educto, tenebris ob lumina obortis
D eficiebat agens animam Ioue natus. at ipſi
A fflantes tenues auras, & mollia uentis
F rigora, reſtituunt ſocij, uitamq́; reducunt. *Sarpedon ſemianimis telo è uulnere extracto.*
H ectoris interea, Martisq́; ferocia Graij
A rma, nec inſultus rapidos, nec tela ferentes
C um fugerent, neq; ſe auderent opponere Marti:
N on ignorabant etenim hunc defendere Troas:
Q uem primũ hic, quem' ue hic poſtremũ maximus Hector
E xcepit uita ſpolians? Mars belliger haſta
T euthrantem eximium, & fortem poſtrauit Oreſtem,
E t Trechum, qui uir fuerat fortiſſimus armis,
Ae tolum. póſt Oenomaum, & de gente paterna
Oe nopiden Helenum. nec Oresbion ille ſuperbum
P ræterijt, qui pulchra habitans prædiues in Yla,
C ircum tecta fluente lacu Cephiſidos undæ,
B œotos fuit inter opum ſtudioſus & auri. *Quos Mars interfecit.*
H os ita conſpiciens candens dea brachia Iuno,
T ot Graiûm cecidiſſe uiros ſub Marte cruento,
A lloquitur fortem properata uoce Mineruam.
H eu ſcelus indignum, Pallas Ioue nata: quid ergo
F ruſtratæ Menelaon, & improba uerba loquutæ,
I pſum euerſurum fallacis mœnia Troiæ,
P ollicitæ cum ſimus, ita hunc ſæuire latronem
C rudelem patimur Martem? uerum inclyta Pallas
N oſtras experiamur & ipſæ in prælia uires. *Iuno Palladi.*

T alibus aſſenſum poſtquam dea glauca dediſſet,
P rotinus aptandos ad equos, & curribus altis
I ungendos Iuno Saturno nata profecta eſt.
Q uos ipſa ducente, rotas adamabilis Hebe
C urribus aptabat properans, quarum artis honorem
M ateriæ æquabat diuinæ gratia circum.
Currus Iunonis pulcherrima deſcriptio.
N amq; auro radiante uolubilis orbita fulſit,
D eſuper ærato ſtringebant uincula nexu:
P ræterea æratis tortos retinentibus orbes
O ctonis radijs, axis chalybæus, & orbis
Q uem radij attingunt argenteus. aurea curru
S ella duplex gemino ſtabat munita rotatu:
I ntentam hanc argentea & aurea lora tenebant.
A rgentum temonis erat graue pondus, ad illum
E x auro prægrande iugum. Saturnia fixum
A ddiderat, diſtincta auro, & ſpecioſa capiſtra.
H uic celeres admouit equos Saturnia curru,
Q uamprimum properans belli ſubijſſe tumultus.
A t parte ex alia uariatos Pallas amictus
D epoſuit Iouis in thalamo, ſuper aurea pulchri
S trata pauimenti, mira quos arte pararat
I pſa ſuis manibus. tunicam tum ſumit, & arma,
A rma Iouis, quibus ipſe ſolet uictricibus uti,
T riſtis luctifici ſubiturus munera belli.
Ae gida poſt humero circumdat, dira minantem,
T erribilem, horrendam. grauis hic contentio, & atrox
C lamor, & inſani fremitus, hic deniq; uiſum
Palladis armatura.
G orgonium caput horrificum, quo Iuppiter ipſo
N on aliud uoluit truculentius edere monſtrum.
Quæ in Aegide ſigna inſint.
T um galeam capit, & capiti ſuperinduit aptans,
Q uadrifidam criſtis, ex auro deniq; totam
C onflatam, tot ceruicum capitumq; capacem
Q uot centum poſſent urbes in bella uirorum

Mittere,

M ittere, ſic armata leui ſuper ardua ſaltu
I nſiluit iuga. præualidam tum corripit haſtam,
I ngentemq; manu: qua quando exarſit in iram,
H eroum proſternit agens terretq; cateruas,
P rorſus ut agnoſcas natam Ioue. regia Iuno
A ddit ſe ſociam, celeriq; accincta flagello
V rget equos, curruq; uolans dat lora ſecundo,
D onec ad aſtriferi portas peruenit Olympi,
Q uas Horæ ſeruant celeres: quæ protinus ambæ — Horæ portas cœli cuſtodientes.
S ponte ſua ingenti ſonitu patuere recluſæ.
H is magni peragenda data eſt cuſtodia cœli,
A ltera ut emittat pluuias & nubila terris,
A ltera ut eripiat, rurſusq; ſub aſtra reducat.
H as igitur portas per, & altum limen euntes,
C ornipedum uolitante fuga, ſuper alta ſedentem
I nuenere Iouem lucentis culmina olympi,
A reliquo diuûm cœtu procul. atq; ibi Iuno
S iſtit equos, tali compellans uoce Tonantem.
S umme deûm genitor, num res indigna uidetur — Iuno Ioui.
H æc tibi, quod peragens tam facta immania Mauors
T ot modo de Danaïs indigna morte peremit,
E t tales tantosq; uiros? ad funera quorum
D iſcrutior, ſæuusq; dolor mea uiſcera paſcit:
N il curans, niſi quæ Veneri Phœboq; placere
F acta queant, quibus hæc ſumma eſt uidiſſe uoluptas,
Q ui noſtros ambo ducunt ſua gaudia luctus.
V erum ſumme pater diuûm, ſi nunc mihi iuſtus
I nduat arma dolor, num ſuccenſebis, & iſtuc
V lciſcar furiale malum, Martemq; repellam?
I uppiter huic contra: Quin hæc ad bella Mineruam — Iuppiter Iunoni.
I nſtiga potius, ſolitam concurrere Marti
I amdudum, atq; ipſum magnis affligere pœnis.
T alibus aſſenſa eſt dictis Saturnia, & acres

V rget equos, quamuis auidos, & ſponte ruentes
I n curſum. ſic illa uiam delapſa tenebat
A ëra per liquidum, cœlum inter & infima terræ,
T am propè contingens ſuſpenſa per aëra terram,
Q uàm procul è ſpecula quiſquam contendere uiſu
P oſsit, in immenſi cum proſpicit æquora ponti.
H oc etenim ſpacio terras ſupra ire feruntur
C ornipedes diuûm, per nubila regna uolantes.

Quanto à terra ſpacio dij ferantur.

P oſtquam eſt ad Troiam, Sigæaq; littora uentum,
Q ua Simoëntis aquæ miſcentur, & alta Scamandri
F lumina, ſiſtit equos ulnas dea candida Iuno,
E t iuga diſſoluens, mox nube obducit opaca.
I llis ambroſiam Simoïs produxit. at ipſæ
D ehinc diuæ, ſimiles geminis abiere columbis,
A uxilium Danais, & gaudia læta ferentes.

Iuno & Pallas columbis ſimiles.

I amq; locum attigerant, ubi circum plurima fortem
A gmina Tydiden ſtabant, pugnamq; ciebant
P rimores Danaûm, ſæuorum more leonum,
A prorum' ue, in bella feroci dente ruentum.
C onſtitit hic Iuno, referens & Stentora uultu,
E t ſonitu uocis: cuius uox tanta ſonabat,
Q uantum uix decies potuiſſent quinq; referre:
S tentora magnanimum referens ergo inclyta Iuno,

Stentor tã uocalis, quàm quinquaginta alij.

O pudor, Argiui proceres, proh dedecus (inquit)
D onec in his armis, & in hoc diſcrimine belli
V erſabatur agens nobiſcum fortis Achilles,
N on aliquis Troûm portis egreſſus, Achiuis
A udebat conferre manum. ſic illius haſtam,
S ic ualidas timuere manus. nunc mœnia circum,
E t procul à muris noſtra ad naualia pugnant.

Iuno Græcis.

H æc dicens, animos belli ſuccendit amore
O mnibus, & mentes acuit. Tum glauca Minerua
T ydiden adiens, currus propè & agmen equorum

Repperit

R epperit adſtantem, uulnusq́; cruore lauantem,
Q uod ferus intulerat clam telo Pandarus illi.
I pſe igitur multo ſudore & ſanguine circum
B althea latæ fluens, defeſſus & arma ferendo,
E t clypeum, dextra non ſufficiente labori,
A bluit & ſordes, & ſe reuelabat ab æſtu
V lneris immodici clypei, quod pondere preſſum
P eius erat, doluitq́; magis, ſaniemq́; trahebat.
H uic dea, ſumma manu tangens iuga, protinus infit·
Q uam ſimilem Tydeus natum ſibi maximus ille — Pallas Diomedi.
P rogenuit, Tydeus ſtatura & corpore paruus,
V erum magnanimus ſumptis bellator in armis,
V ſq; adeò, ut me ſæpe manum retrahente, pararet
P rælia ſæua tamen. qui quondam uenit, Achiuûm
N uncius, ad claras (Cadmeïa mœnia) Thebas,
H aud quoquam comitante aliena in regna profectus·
A quibus indignus cum nolens ipſe fuiſſet
S uſceptus iure hoſpicij, tum uana peroſus
O cia, Thebanam uocat in certamina pubem,
C admæos iuuenes, omnesq́; per omnia uicit
L udicra, momento facili: tantum ipſa fauoris
A uxilijq́; tuli. tibi nunc fidiſsima cuſtos
E n adſum, iubeoq́; manum conferre cateruis
T roiugenûm, neq; proficio te deſide quicquam.
N am tibi nec mens eſt quæ poſsit ferre laborem,
N ec dubij ſpecioſa ſubire pericula Martis:
Oe nida ergo ſatum poſthac tete eſſe negarim.
I lli reſpondens fortiſsimus hæc Diomedes
R ettulit: O magni Iouis inclyta filia Pallas, — Diomedes Palladi.
A gnoſco te diua, ideoq́; audentius iſthæc
V erba loquar, neq; diſsimulans uera omnia dicam.
N on equidem timor ullus habet mea pectora, nullus
V enit in hunc animum pauor, aut ignauia uecors.

S ed tua me reuocant, quæ nuper iuſſa dediſti,
N e cuiquam ſuperûm duri in diſcrimine belli
C ongrederer, Venere excepta, ſi uenerit iſthoc
I n bellum. nunc iſta igitur certamina linquens,
H oc alij ut faciant iubeo, quando ipſe cruentum
A ſpicio hic ſumptis Martem pugnare ſub armis.

Pallas Diomedi.

C ui dea glauca oculos: Tydei clariſsime fili,
N ec Martem, nec tu quenquam uereare deorum.
I pſa etenim tibi dextra adſum, teq; ipſa tuebor.
Q uin age in hunc primum, quem ſic paulò ante timebas,
C ornipedes immittis equos, teloq; rotato
D e propè dum ferias nil tu uenerere furentem,
V erſutum, inſanum, magnum ſcelus, omnia uanum:
Q ui mihi Iunoniq; hodie promiſit, in ipſos
A rmis uſurum Troas, Danaûmq; cateruis
A uxiliaturum, nunc Troïa ſigna tuetur.

Pallas pro Sthenelo aurigatur.

S ic ait, & Sthenelon manibus detraxit ab altis
C urribus, ille ſtatim cum deſiluiſſet, in eius
I pſa locum ſubijt, Tydiden propter amicum
C onſidens. magnum ingemuit tum faginus axis,
P ondere tantorum diuæq; uiriq; grauatus.
I nde flagella manu capiens dea, frena tetendit,
I n ſæuumq; urgebat equos ante omnia Martem.
I lle, ut erat proſtratus humi, Periphante relicto,
Q ui fuit Aetolos inter præclarus Ochesi
F ilius, hunc igitur linquens iam lumine caſſum
M ars homicida uirum (namq; ipſe occiderat, illic
P rætexit uultu galeam ne diua uideri
A gnoſci'ue queat) ſubita præferuidus ira
F ertur in aduerſum Diomedea, primus & haſtam
C onijcit. illa uolans ſuper & iuga uenit equorum,
F renaq;: quam manibus raptam dea glauca, ſub ipſos
A uertit currus ſine ui, ſine uulneris ictu

Elapſum,

E *lapſum, fruſtraq́; uolans, & inutile telum.*
I *nde ſuam uibrans ferratam fortiter haſtam,*
H *orrendum clamans Diomedes contigit hoſtem*
(I *pſa etenim Pallas uenientem adiuuerat ictum)*
C *ingula quæ medium conſtringunt ærea uentrem:* **Diomedes**
A *rmaq́; perfringens, detorſit in intima ferrum* **Martē uul-**
V *iſcera. quo retro læſa de parte reducto,* **nerat.**
T *am uoce inſonuit magna, gemitumq́; doloris*
E *didit immanem, qualem bis quinq́; uirorum*
M *ilia uix referant, certamina Martis agentum:* **Ingens Mar**
V *nde ſimul Danaï, ſimul & Troiana iuuentus* **tis clamor.**
C *ontremuit. mox ergo uiros bellumq́; relinquens,*
S *ublimem profugo pede conſcendebat Olympum;*
A *pparens Tydida tibi fortiſſime talis,*
Ae *ſtiua qualem conſurgere nube uaporem* **Mars in cœ**
S *æpe uident homines, cum turbidus interit aër,* **lum aſcen-**
P *urior & craſſam tempeſtatem aura ſerenat.* **dit nubi ſi-**
L *ucida ſed poſtquam peruenit ad atria diuûm,* **milis.**
V *ulneris impatiens, animoq́; affectus acerbo,*
P *lagam immortali fœdatam ſanguine monſtrans,*
A *ſſeditq́; Ioui, properataq́; uerba profudit.*
I *uppiter hæc'ne tua res ira digna uidetur?* **Mars Ioui**
P *erpetuo'ne deos patiere in mutua ferri* **de Pallade**
D *iſſidia? & quoties mortalibus eſſe laborant* **queritur.**
S *ubſidio, gratumq́; aliquid facere, ocius in ſe*
V *ertere bella ipſos? cum te tamen omnia propter*
P *rælia ſuſtineamus, & acria bella geramus.*
N *unc tu ueſanam genuiſti in prælia natam,*
P *erniciosam hominum generi, diuiſq́; nocentem*
O *mnibus. hæc etenim ſanum nihil, omnia curat*
P *riuola: quæq́; uidet ſceleri coniuncta. nec ullum*
L *audis habere locum, ſola hæc meditatur, agitq́;.*
A *t tibi nos reliqui cœleſtia templa colentes*

Paremus,

P aremus: parère etiam compellimur. hanc tu
S olem nec facis ullis, dictis' ue coërces:
N on aliam ob cauſam, niſi quod te patre creata eſt
F ilia tam petulans, tam noxia. cuius ab aſtu
T ydides hodie impulſus mortalia diuis
I ntulit arma. prius Venerem percußit, & acri
P erculit enſe uolam: nunc me quoq;, more furentis
D æmonis inſiliens, plagis affecit acerbis,
Q uales ipſe uides. ſed me fuga feſtinantum
A bſtulit inde pedum: quæ me niſi fortè tuliſſet,
S i non occidiſſet agentem temporis æuum,
V ulnera plura tamen poterat feciſſe iacenti
I nter confectæ proſtrata cadauera turbæ.
H unc toruè aſpiciens qui nubibus imperat altis
Iuppiter Marti. I uppiter, affatur: Quid me Mars ergo querelis
O btundis uesane tuis? quo inuiſior alter
N on eſt (crede) mihi cœleſtia templa colentum.
S emper enim te rixa iuuat, bellumq;, furorq;,
I ngenium qui matris habes Iunonis ineptum,
D ifficile, indomitum, uaſtum, crudele, malignum,
Q ua cum perpetua eſt uerborum rixa, nec ullo
N on interueniunt mihi tempore iurgia, ut ipſum
I pſius hæc paſſum te quæ fers uulnera credam
C onſilio: ſic mente mala, ſic pectore prauo eſt.
S ed neq; ſuſtineo tantos te ferre dolores
A mplius, in lucem cum ſis de ſemine noſtro
E ditus, & mater tua te mihi progenerarit.
Q uod ſi alia quauis diuorum gente creatus
V eniſſes, tam laudis egens & inutile numen,
I am procul inuiſus ſuperis, Tytanibus eſſes
I nferior, traheresq; apud infima tartara uitam.
Pæon deorũ medicus. S ic ait, & curare iubet mox Pæona uulnus
M artis, at ille cita medicamina mollia miſcens

Trita

T rita manu, Marti appoſuit : nec tardius illud
S anauit, liquidi quàm craſſa coagula lactis
C oncreſcunt manibus cogentis fortè bubulci
C aſeolos. ſic curatum de uulnere Martem
A bluit accipiens Hebe, dein ueſtibus illum
I nduit, ad cultum melioribus. ille reſedit
C um Ioue, conceſſo iamdudum lætus honore.
P oſtquam autem à pugna Martem atq; à cæde fugarunt,
D iua potens bello Tritonia, & inclyta Iuno,
A d ſuperas rediere domos, Iouis aurea tecta.

Hebe Martem ueſtit.

ILIADOS HOMERICAE LIBER SEXTVS.

T R oianis igitur pugna Danaiſq; relicta,
M ulta gerebantur per apertū prælia campū,
F ortibus hac illac torquentum tela lacertis
M utua, uibrantumq; æratæ cuſpidis haſtas
L atiuagum Simoënta inter, Xanthiq; fluen-(te.
C umq; diu ancipiti pugnatum Marte fuiſſet,
P rimus ibi Danaûm columen Telamonius Aiax
A gmina perrumpens Troûm, ceu lumina fixit
V incendi ſocijs, & in arma aduerſa ruendi,
C onficiens Acamanta manu, quem Thracia miſit
E uſoro genitum, populares inter honeſti
N ominis, & famæ celebris, quem uertice ſubter
Q ua criſtæ coëunt miſſa confixerat haſta,
C uſpide ferrata penetrante in mollia frontis
V iſcera, & intruſo fixit mucrone cerebrum,
I lli in perpetuam clauduntur lumina noctem.
N ec minus Axylon Diomedes uoce canorus
T euthraniden occidit : is altæ mœnia Ariſbæ
I ncoluit, multum locuples, rebuſq; beatus
O mnibus. ille omnes illò quicunq; profecti

Aiax Tel. Acamantē interimit.

Diomedes Axylum.

V eniſſent, ſic natura præſtante uigebat,
H oſpitio accepit: quorum tunc nemo periclo
E ripere, aut potuit ſupremam auertere peſtem.
H uic ſimul adiunxit regere ante Caleſion auſum
C ornipedes domini, ſocium. ſic ergo perempti
O re momorderunt terram moriente iacentes.
E uryalus, Dreſonq́; & Opheltion ire ſub umbras
C ompulit. inde petens Aeſepum, & Pedaſon ibat.
H os geminos fratres præſtanti Bucolioni
(M aximus hic natu natorum Laomedonſis
R egis erat) peperit præſtanti corpore nympha
N omine Abarbareē, non illi nupta marito,
S ed ſine lege uiro coiens dum paſceret agnas.
H is tamen illa animos, ſpecioſaq́; membra reliquit,
A rmaq́; ferre humeris dedit, & pugnare ſub armis.
A ſtyllum inde Menoptolemus fortem Polypœtes,
P idyten Ithacus Percolion enſe peremit,
A rmis magnanimum præſtans Aretaona Teucer,
A blerum Antilochus ſplendenti perculit haſta
N eſtorides, Elaton princeps Agamemno uirorum:
I lle ad latiuagum loca Satnioënta colebat,
P edaſon excelſam. fugientem Phylacon urſit
L eïtus, Eurypilos ſtridente Melanthion haſta.
A dreſtum cepit uiuum Menelaus, ut illum
D eſtituere, fuga repetentes mœnia, campo
C ornipedes: breuibus nam fortè hæſere myricis
C urrus & æripedes, cum iam temone refracto
E ffudere ducem, dominoq́; abiere relicto,
T roïa quadrupedi repetebant mœnia curſu.
Q uò ſimul attonita capti formidine Troës
I ntendere citos nebuloſo in puluere curſus,
S ic miſer in faciem curru deiectus ab alto
S tratus humi iacuit. qui mox ut uidit Atriden

Quos alios alij interfecerunt.

Ad ſeſe

A d ſeſe ſtricti properantem cuſpide teli,
I amq; aſtare etiam, genua ipſius utraq; palmis
S upplicibus complexus, in hæc eſt uerba precatus.
S erua me Menelaë, nec affice morte, daturum
P lurima pro uita, ſed & optima munera, quorum
P lena domus patris eſt prædiuitis: æris acerui
I nnumeri defoſſa iacent, auriq́; talenta,
S tannumq́;, grauidusq́; chalybs, & fuſile ferrum:
E quibus ille tibi gratiſſima munera mittet,
S i me uiuere adhuc intelligat, atq; ligatum
F erre apud Argiuas hoſtilia uincula naues.
S ic ait, & parte ex magna perſuaſit Atridæ.
I amq; daturus erat famulo, qui duceret altas
A d naues uinctum: ſubito cum maior Atrides
(D ijs etiam inuitis) uenitq́;, & dura loquutus
V erba minabatur fratri: Quod dedecus ergo,
Q uod Menelaë nefas nunc accidit? an tibi curæ
T roiani? de te meriti bene, quando recepti
H oſpitioq́; domoq́; tibi Menelaë fuerunt?
Q uorum nemo manus noſtras euadere debet,
Q uin potius luere, & diram per uulnera mortem
O ppetere, ipſa etiam geſtetur matris in aluo
M aſculus, & ſeu quis fugiat, captiua'ue geſtet
V incula. uerum omnes una ratione teneri,
C umq́; ipſa excindi Troia ſine nomine oportet,
I ndecores, uiles, abiectos, degeneresq́;.
H æc dicens, animum fratris mutauit, & ipſum
C onſilij admonuit melioris, quidq́; deceret.
R eppulit ergo manu uerſa Menelaus, ut hoſtem,
A dreſtum. quem deinde grauem connixus in haſtam,
P erculit Atrides medij circa ilia uentris,
A tq; ita prolapſi calido de corpore telum

Virgilius in 10. imitatus eſt.

Agamemnō Menelao.

Eduxit,

E duxit,fœdoq́; iacentem in puluere liquit.

Neſtor Græcis. T um Neſtor Danaos clara ſic uoce monebat.
A udite heroës Danaï,fortiſſima bello
P ectora,nemo uelit ueſtrum terere ocia,donec
H oſtes exuuijs poſſit ſpoliare iacentes,
A d naues quo plura ferat,retro'ue remittat.
Q uin prius urgentes occidite,linquite cæſos.
P oſt ubi parta dabit uacuum uictoria tempus,
M ortua tum melius ſpoliabitis oſſa iacentum.
S ic dicens,animis inieceràt arte loquendi
O mnibus ardorem ingentem.iam Troës Achiuis
C edere tota acie,petere ardua mœnia curſu.
L iquiſſentq́; fuga campum,niſi maximus augur

Helenus Troianis. P riamides Helenus,ſic compellaſſet amicos,
H ectoraq́;,Aeneanq́;: Agite huc fortiſſima Troûm
P ectora,cum uobis ſit magna ex parte laborum
H oc onus impoſitum,moles hæc maxima belli,
V t uos pro reliquis Lycijs,Troûmq́; cateruis,
S uſtineatis inexhauſtum hunc perferre laborem.
S iſtite,ſtate uiri,populumq́; ex ordine totum
L uſtrantes,ante has Priameïa mœnia portas
C ogite in arma uiros,rurſumq́; capeſſere pugnam
P erſuadete animis,quàm forſitan ante ſuorum
I n medijs pereant amplexibus,& noua fiant
G audia,& hoſtili riſus ludibria turbæ.
N os hic interea,dum nos exercitus omnis
A udiat,in Graios quauis pugnabimus hoſtes
C onditione licet,quamuis & uiribus ægri,
N ec ualidi ſatis.at quoniam perferre neceſſe eſt
Q uæ ferimus,qua poſſumus hæc ratione feremus.
M œnia tu repetens Hector,dic iſta parenti
C ommuni,cogat lectiſſima corpora matrum,
C um quibus ad templum ueniat quod in arce Mineruæ eſt,

Et ſacros

E t ſacros reſerat poſtes, & limina diuæ:
Q uodq; habet eximium, quo nec precioſius ulla — Palladis au
A rte laboratum eſt peplum, cuſtode recluſa — xilum im
P roferat è ciſta, genua & uenerata Mineruæ — plorandum
I nduat, & uoueat bis ſex offerre quotannis — ſuadet.
(Q ui nondum ſubiere iugum, nec aratra, iuuencos)
S i forſan miſerata urbem, miſerata rogantes
V xores Troûm, paruosq; ſub ubere natos,
A rceat à muris hoſtem Diomedea, fortem,
S æuum, terribilem, mihi quiq; ex omnibus unus
L ongè inter Danaos fortiſſimus eſſe uidetur.
N am neq; maiorem nobis incuſſit Achilles
I pſe timorem unquam, quem dicunt eſſe creatum
M atre dea. populo præſtantem uiribus omni.
H ic tamen uſq; adeò furit, inſanitq;, nec audet
Q uiſquam illi conferre manum, fortiſſimus idem
S it licet, & longo bellorum exercitus uſu.
S ic Helenus, cuius frater fortiſſimus Hector
C onſilium iuſſumq; probans, citò deſilit altis
C urribus in terram, grauiter reſonantibus armis,
T ela manu quatiens ferro præfixa minaci,
A gmina tota obiens, & ad inſtauranda cohortans
P rælia ſæua uiros. grauis hinc contentio pugnæ
E xoritur, conuerſa phalanx Troiana feroci — Hector aciē
M arte reſiſtebat Danaîs. hi territa retro — reſtituit.
A gmina uerterunt, leuiterq;, & ab immoderata
C æde quieſcebant, credentes numen Olympo
D eſcendiſſe aliquod, miſeris quod Troibus eſſet
A uxilio. Tum uociferans fortiſſimus Hector
A dmonuit clamore ſuos: O fortibus actis
M agnanimi ciues, ſocijq; huc uſq; profecti,
N unc nunc eſte uiri, nunc quiſq; opera edite magnis — Suos horta
D igna uiris. nunc eſte diu multumq; probatæ — tur Hector.

Virtutis memores,aciem nunc ſiſtite ſtantes
Donec ego hinc abeo,patriamq́; reuertor in urbem,
Iuſſáq; conſilijs,noſtriſq́; uxoribus edam,
Diuis ſacra ferant,uoueantq́; piacula magnis
Annua dæmonibus:quo facto,huc ipſe reuertar.
Hæc ubi dixiſſet,fortiſsimus Hector abibat
Dependente nigro corio,quod ob aſpidis ora

ὑπεσθάμω-σις.

Eductum fuit,& talos feriente citatos
Ceruicemq́; uiri.Tum proceſſere duorum
In medios exercituum,loca cognita,campos,

Diomedis & Glauci congreſſus, et colloquium.

Filius Hippolochi Glaucusq́;,& Tydeos alti
Progenies,aptans Diomedes nomina rebus.
Hijs animus fuit,alternis confligere in armis.
Iam propè conſtiterant ambo,iamq́; arma parabant:
Tum prior affatus Glaucum ſic eſt Diomedes.

Diomedes Glauco.

Tu quis es,ô hominum fortiſsime(non etenim te
Antè per hoc uidi tanto iam tempore bellum)
Qui tam longè iſto procedis ab ordine?quiq́;
Tantopere tibi (quod miror) confidis,ut auſis
Velle manum conferre? ſed hoc quicunq; fuerunt
Auſi,morte ſua miſeros liquere parentes.
Quod ſi aliquis ſuperûm cœlo es delapſus ab alto,

Hoc Diomedis & Glauci colloquium, ut medio ardore pugnæ nimis longū & intempeſtiuum, nonnulli reprehendunt etiā neotericorum: inter quos uel præcipuus eſt Hier. Vidas.

Dic age: non etenim ſuperis certare uoluntas
Eſt mihi,quod fertur quondam feciſſe Dryantis
Filius,haud modica præſtans uirtute Lycurgus.

Lycurgus deorum contēptor.

Qui cum deſpiceret ſuperos,ijsq́; arma pararet,
Non fuit ipſe diu uita comitante ſuperſtes.
Namq; ſacras Baccho comites,temetoq́; madentes
Nactus in excelſo diuini uertice montis
Nyſæi,uirides in humum deponere thyrſos
Iuſsit,& impingens ſtimulos homicida Lycurgus,
Non ſecus ac uaccas fugere in deſerta coëgit.
Ipſe etiam metuens Dionyſus,in æquora ſeſe

Condidit,

C ondidit, atq; illum Thetis in ſua regna profectum
D icitur abſcondiſſe ſinu, fractumq; timore,
A ttonitumq; minis. quapropter protinus ipſum
A bſq; labore dei peragentes tempora uitæ
I nfenſis odere animis, cui lumen ademit
I uppiter, inde breui fato confectus acerbo
I nterijt, quia cum ſuperis certauerit olim.
H uius ego exemplo nolim contendere diuis.
S i tamen ex hominum genere es qui munera terræ
D epaſcunt, uictumq; parant de frugibus agri,
P rotinus huc procede, ut tu quoq; robora noſtræ
E xperiare manus & acerbæ uulnera mortis.
G laucus adhæc, Quid me Tydei fortiſſime fili, — *Glaucus Diomedi.*
Q ua ſim gente rogas? quibus & natalibus ortus?
P er ſimile eſt folijs hominum genus omne caducis: ‹‹
Q uæ nunc nata uides, pulchriſq; uireſcere ſyluis, ‹‹
A utumno ueniente cadunt, ſimul illa perurens ‹‹
I ncubuit Boreas: quædam ſub uerna renaſci ‹‹
T empora, ſic uice perpetua ſuccreſcere lapſis, ‹‹
S emper item noua, ſic aliquis obeuntibus, ultro ‹‹
S uccedunt alij Iuuenes ætate grauatis. ‹‹
Q uod ſi fortè iuuat te qua ſit quiſq; ſuorum
S tirpe ſatus, ſi natales cognoſcere quæris
F ortè meos, referam, quæ ſunt notiſſima multis.
V rbs eſt quam ueteres Ephyren dixere coloni, — Narrat genus ſuum Glaucus quod ab Siſypho uſq; repetit.
Q uæ poſita in medio celebratur Acheïdos oræ,
I llic Aeolides habitabat Siſyphus olim,
I lle opibus præſtans mortalibus omnibus. idem
I s Glaucum genuit: tum Glaucus Bellerophontem,
E ximia uirtute uirum, cui munera diui
R oboris & formæ, ſoli tam rara dederunt.
H uic animo machinabatur mala plurima Prœtus,
P rœtus Achiuorum cum præſtantiſſimus eſſet

V iribus atq; opibus, ſub cuius Bellerophontem
I uppiter imperio diuûm pater eſſe uolebat.
H unc adamans Antea uiro non optima Prœto,
Q uando illegitimos non perſuadebat amores,
C oncubitusq; uiro uitæ fideiq; probatæ,
D etulit ad regem, falſisq; hijs uocibus uſa eſt·
A ut morere ô Prœte, aut interfice Bellerophontem,
V im facere inuite conatum, inducere poſtquam
N on ullæ potuere preces, nec cedere uellem
I nceſto iuueni. quæ rex obſcœna relatu
A ccipiens, ira eſt meritò commotus acerba.
V t tamen occideret, pœnamq; repoſceret ipſe
E rubuit, facinusq; animo fugiente remiſit.
A t regi Lyciæ ſocero tranſmiſit, & ipſi
T radidit occulta confectas fraude tabellas,
R eddendas ſocero, quibus illi fata parabat
P erncioſa uiro inſonti. qui numine dextro
I n Lycios poſtquam fines, Xanthiq; fluenta
P eruenit, multo Lycijs exceptus honore eſt,
I pſi præcipuè regi, qui ſacra parauit
E ius ob aduentum ter tres conuiuia ſoles,
T otq; boues mactans in ſingula uota ſacrauit.
I amq; diem decimum ueniens aurora reduxit,
T um primum Lyciæ rex quærit ab hoſpite, numquid
A dferat à genero communia ſcripta libellos·
Q ui poſtquam generi tabulas & crimina Prœti
P rotulit, agnoſcens pœnam rex. ergo Chimæram
E xpugnare iubet. fuit hoc mirabile monſtrum,
N on hominum de gente aliqua, ſed ab æthere miſſum:
O ra leonis erant, uenter capra, cauda draconis,
T erribiles uapido ſpirabat pectore flammas·
H oc ſibi tam diſcors animal tamen ille peremit,
A uxilio fretus ſuperûm. labor inde ſecundus

Antea Prœti uxor falſò accuſat Bellerophontem.

Bellerophontis literæ. Adag. Eraſ.

Chimera.

Additur

A dditur, ut Solymis pugnacibus inferat arma, *Solymi.*
Q ueis nullum dixit genus acrius eſſe uirorum.
T ertia ſors, ut Amazonidum cum gente uirili *Amazones*
B ello congrediatur: & has certamine uicit.
P oſtremò noua furta, nouas excogitat artes,
Q ualibus hunc perimat. Lyciæ eſt fons plurimus undis,
H uc locat inſidias, & corpora lecta uirorum, *Inſidiæ Bellerophonti poſitæ.*
Q ui reducem excipiant, & iniquo Marte trucident.
E quibus haud quiſquam eſt iterum in ſua tecta reuerſus.
O mneis namq; potens occidit Bellerophontes.
H as rex uirtutes miratus in hoſpite, tantæ
I ndolis à ſuperis reputans ueniſſe fauorem,
N on aliò dimittendum ratus, obtulit illi
E t dedit uxorem proprio ſibi ſemine natam,
D imidiumq́; ſimul regni prædiuitis orbem:
Q uin etiam Lycij partem telluris opimam,
A grum parte alia peraratum, parte uacantem,
E t nemora & ſaltus laudi ſua dona dederunt.
H æc uxor peperit tria pignora Bellerophonti,
I ſandrum, Hippolochum, formoſam & Laodamiam.
M ouerat illa Iouem forma, complexus amatam
I uppiter, ex ipſa genuit Sarpedona dium. *Sarpedon.*
P oſtquam autem inuiſus ſuperis eſt factus, in agro
E rrabat miſer ipſe ſuo, ſolusq́; dolorem
C onſumens animi, atq; hominum conſortia uitans.
N am ferus Iſandrum Mars interfecit, in hoſtem
P ugnantem Solymum: formoſam Laodamiam
S uſtulit, affectam pœna, grauis ira Dianæ:
H ippolochus, qui ſolus adhuc de gente, ſuperq́;
D e tribus unus erat, genuit me. hoc me patre natum
G lorior, ille huc me Troianam miſit ad urbem,
V t bellum gererem. multis tamen antè docebat,
P ræmonuitq́; diu uerbis, ut ad optima ſemper

 Niterer,

N iterer,& fierem æquales clariſsimus inter,
N e patrium genus & famam per turpia facta
D edecorem,ſimilisq; meis maioribus eſſem,
Q uorum ſemper opes & nomina clara fuerunt,
T am per magnam Ephyren,Lyciæ quàm regna capacis.
A tq; hoc eſſe meum genus,hoc me ſanguine natum
G lorior,& generis nec me pudet huius auiti.
T alia dicentem,Tydides omnia lætus
A udijt,& terræ defixa protinus haſta,
A lloquio Glaucum ſic eſt affatus amico·
Diomedes Glauco. V t uideo,mihi Glauce paternus es hoſpes,ab illo
T empore,quo diuinum auus Oeneus Bellerophontem
H oſpitio accepit.bis denis namq; diebus
H unc ſecum tenuiſſe ferunt,unaq; fuiſſe
A mbos,alterutrinq; ingentia dona dediſſe:
Oeneus purpureo fulgentem murice ceſton,
B ellerophonta nouum cratera,auroq; rigentem,
V trinq; in ſeſe uelut in ſua cornua flexum·
A tq; hunc ipſe domi,cum uellem huc ire,reliqui.
D e patre non memini,quòd adhuc tum paruulus eſſem,
Q uod tunc ad Thebas ierit,reliquisq; peremptis
I pſe quoq; occiderit.Sed enim nos iſta uiciſsim
D ebemus iura hoſpitij ſeruare,tibi ut ſim
H oſpes,in Argiuam ſi ueneris Hellada: & ipſi
T u mihi,ſi Lyciæ tulerit contingere fines
F ors aliqua,aut ratio.quod ſi uos prælia forſan
C ontulerint,haſtas tum corpore declinemus
A lter ab alterius.nam Troës adhuc mihi multi
T am ciues ſunt quàm ſocij,quos uincere poſſim.
E t tibi Graiugenûm ſupereſt ſatis.ergo uidentes
V t reliqui agnoſcant,nos conſuetudine iunctos
E ſſe etiam iure hoſpitij,nunc arma uiciſsim
P ermutemus,ut hæc rata cunctis iura ferantur.

Hæc

H æc ubi dicta, ab equis, & ab altis præpete ſaltu
D eſiluere iugis, manibusq; in mutua nexis
F œdera, dant fidei ceu ſacramenta futuræ.
I uppiter hic animumq;, & ſanæ mentis acumen
E ripuit Glauco. Tydidæ namq; rependit
A urea ferratis commutans arma, iuuencûm
C entenûm precium pendentia, ter tribus emptis
B obus: & hæc facta eſt ibi permutatio diſpar.

Glaucus ſtolidus & fatuus. Hinc natum adagium, χρύσεα χαλκείων. Eraſ.

H ector ut ad Scææ peruenit limina portæ,
E t fagum ueterem, tum matres atq; puellæ
I liades circumueniunt, omnesq́; requirunt
D eq; uiris, deq; agnatis, de fratribus, æquè
D e pueris. quas ille omnes ad templa frequentes
V t redeant, ueniamq́; deos diuasq́; precentur:
N am luctum multis & cladem fata minari.
I lle domum Priami repetens, aſcendit in arcem.
R egia erat Priami nitidiſsima marmore puro,
P orticibus latis, circundata turribus altis.
Q uinquaginta inerant thalami, quos ordine longo
C onnectit ſeries longiſsima: regia proles
I ntus habent Priami conſueta palatia nati,
C um ſponſis iuxta oppoſitam regionis ad aulam.
S tant alij bis ſex thalami, Priamæia proles
Q uos habitant natæ & generi, caſtiſsima turba.

Regiæ Priami deſcriptio.

H ic ubi Laodicen mater uiſura ueniret,
Q uæ fuit è natis pulcherrima, uenit & Hector
O buius huic, quem nacta manu retinebat euntem
N omine compellans: Quid (ait) cariſsime fili
H uc pugna excedens, tete intra mœnia confers?
Q uandoquidem ualde inſiſtunt, mala nomina, Achiui
P ugnantes, urbemq; petunt, murisq́; propinquant.
T u'ne igitur ſumma ſupplex decurris ab arce,
V ota Ioui diuisq; ferens? ſed ſiſte parumper

Hecuba Hectori.

D um redeo, mecumq́; fero quæ dulcia libes
V ina Ioui, ſuperisq́; alijs, tum deniq; uires
I pſe tuas recrees. nam corpora feſſa uirorum "
Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. D ulcia uina leuant, animisq́; & uiribus augent. "
E t te nunc labor iſte tuis pro ciuibus ægrum
E xercet. cui ſic dicenti reddidit Hector.
Hector Hecubæ. N e mihi, ne ueneranda parens, huc dulcia uina
P rotuleris, ne me enerues, animiq́; uigorem
O btundas potius, roburq́; à corpore demas.
N ec manibus libare Ioui me ardentia uina
„ S anguine fœdatis æquum eſt: nec Iuppiter audit
„ T urpia ſanguineo pollutos corpora tabo.
T u potius ueneranda parens, tu collige primas
M atronas urbis, quarum comitata caterua
P alladis ad templum libamina turáq; portans
A ſcendas, peplumq́; deæ quod in ædibus intus
E ximium pulchrumq́; tenes, precioſius ullum
Q uo non eſt aliud, uenerandam defer in ædem,
A nte deæ genua auricomæ ſpecioſa reponens,
I nde uoue diuæ ſolemnia ſacra Mineruæ,
B is ſex immunes ab arandi munere tauros,
S i forſan miſerata urbem, miſerata nepotes
T roas & uxores, dulces & ad ubera natos,
A rceat inſanum Tydidea mœnibus urbis,
T erribilem, bellatorem, ſæuum atq; ferocem.
T u nunc ergo parens iſthæc curabis, & arcem
P alladis aſcendes: Pariden ego pergo uocatum,
S i me audire uolet ſaltem. cui terra dehiſcat,
Q uàm cuperem: magnus quem Iuppiter enutriri
Paridem deuouet. I uſſit in excidium Priami, Troiæq; ruinam.
H unc ego ſi uideam Stygias deſcendere ad umbras,
E reptum innumeris me cladibus eſſe putarim.
H is dictis redit illa domum, famulasq; per urbem

Protinus

P rotinus accitum mittit, matreſq́;, nuruſq́;.
I pſa in odoriferum thalamum deſcendit. in illo
P eplorum uis magna fuit, quæ Sidonidarum
A rtifices fecere manus, & Sidone nuper
A ttulerat, ſpacioſa Helenen ſuper æquora ducens
D ijs forma Paris aſsimilis præſtante beatis.
E x his eximium, quod ſumma in parte iacebat,
N ec ſecus ac ſidus claro fulgore micabat,
Q uo nec nobilius, nec erat præſtantius ullum,
I pſa ferens Hecube domum portabat Athenæ,
F œmineo cœtu matronarumq́; caterua
E t nuruum ſtipante manu, contendit in ædem
P alladis armiſonæ, ſumma quod in arce tenebat.
V entum erat ad templi limen, formoſa Theano — Hecuba cũ Troianis matronis in templum Palladis.
F ilia Ciſſei, generoſi Antenoris uxor
(N amq; ſacerdotem Troës fecere Mineruæ)
P alladias reſerat ſtridenti cardine portas,
E t ſumptum manibus fulgenti murice peplum
O btulit ante pedes Diuæ, genibusq́; dicatum
A pplicuit, palmas muliebris turba tetendit,
A uxiliumq́; omnes præſenti ex numine poſcunt.
I pſa deam ſupplex ſic eſt uenerata Theano: — Theanus ad Palladem oratio.
A rmipotens, Ioue nata dearum maxima Pallas,
F range manu telum ſæui Diomedis, & ipſum — Virgilianum.
P ronum ſterne ſolo, Scææ ſublimina portæ,
V t tibi mox bis ſena boum tua templa ſacrantes
C orpora mactemus, totidemq́; ad ſacra quotannis
O mnes indomitos, necdum ſub aratra coactos,
S i miſerata urbem, populum, puerosq́;, patresq́;,
V xoresq́;, nurusq́; tuo ſub numine ſerues.
S ic uenerata deam ſupplex in uota uocabat, — Virgilianum.
D iua ſolo fixos oculos auerſa tenebat:
A bnuit, & nec ad hanc quicquam eſt commota, nec illas.

H ector at interea Paridis peruenit ad ædes,
Q uas ille eximias ſumma ſibi in arce parari
F ecerat, accitis quicunq; per Ilion eſſent
A rtifices operum gnari, qui celſa columnis
A tria fundarunt illi, thalamosq́; ſuperbos,
S ublimesq́; toros, & dignam regibus aulam
E regione domus Priami, nec ab Hectore longè.
H uc igitur ueniens Hector fortiſsimus, haſtam
I n manibus longam cubitos bis quinq; coruſcans,
C uius in extremo lucebat acumine ferrum:
I ngreſſusq́; domum, ſua repperit arma parantem,
T horacem, clypeumq́;, & curuum cornibus arcum.
S tabat iuxta Helene formoſa, ſuisq́; iubebat
Q uæ facerent opera ancillis, & facta probarent.
H unc toruè inſpiciens Hector, dictisq́; ſeueris
I ncrepitans, ſic eſt irata uoce loquutus·
I mprobe, non rectè tanta indignatio triſti
C ontracta eſt animo, te propter in agmine fortes
S tant populi, pereuntq́; ſub urbe, & mœnia circum:
T e propter ciuesq́; cadunt, ſocijq́; laborant,
V rbem circumquaq; premunt incendia belli.
T u quoq; ſi ſtares in pugna, aliosq́; uideres
C eſſantes, retroq; pedes atq; arma referre,
A rgueres: tolle ergo moras, te in prælia confer,
N e uelut igne grauis conflagrent mœnia belli.
A t Paris hæc placido reſpondit pectore fratri·
Q uandoquidem ex æquo mecum facis Hector, ut iſthæc
E xprobres, quæ fata mihi non æqua tulerunt:
I pſe quoq; ex æquo dum tecum colloquor, audi.
N on (ut rere) meos in Troadas ira momordit
O ffendit'ue animos, ut ob hoc me à munere belli
S ubtraherem· ſed enim compeſcere dura uolebam
V ulnera, quæ grauibus mordebant pectora curis.

Domus Paridis.

Hector Pariden obiurgat.

Paris Hectori placidè reſpondet.

Nunc

N *unc mihi blanda pijs perſuaſit uocibus uxor*
V *t bellum repetam, tota quod & ipſe probarim*
E *t ratione omni: melius namq; eſſe uidetur.*
N *amq; uiris dubia eſt uictoria, nec uice certa* "
C *onſtat, & eſt nunc blanda uni, nunc triſtis eidem.* "
N *unc tamen expecta, dum fortibus induor armis:*
A *ut abeas, ego te mox conſequar, inter eundum.*
H *æc Paris. at nihil huic cum redderet Hector, ad illum* *Helena Hectori conqueritur, ſe malorũ illi cauſam eſſe.*
L *enibus hæc uerbis Helene: Cariſsime leuir*
(S *i licet hæc miſeræ & uanæ mihi uerba catellæ*
F *undere) quàm uellem, quo me mea tempore primum*
P *rodidit in lucem genitrix, uis impia uenti*
I *n nemora & montes, atq; in deſerta tuliſſet,*
A *ut maris ignoti fluctus, & diſsita ponti*
Ae *quora, quæ caput infœlix hæc antè ruiſſent,*
T *antorum poteram quàm cauſa fuiſſe malorum.*
P *oſtquam ita dijs uiſum tamen eſt, ut in iſta malorum*
I *nciderem, meliorem utinam ſortita maritum*
E *ſſem, ut debueram: qui dictáq; factáq; uulgi*
C *rederet eſſe aliquid, quem turpia probra mouerent*
D *e nobis cunctorum hominum nunc pectore caſſus*
N *ec ſapit, aut unquam ſapiet, faciet' ue quòd ipſum*
P *oſſe decere putes. Verum cariſsime leuir,*
H *uc age ſuccedas, & in hoc requieſce ſedili*
P *auxillum: tibi enim curæ tibi ſumma laborum*
I *ncumbit, miſeram me propter, & exitioſum*
H *unc Paridem, fato quos naſci Iuppiter iſto*
T *am triſti uoluit, quos æui fama futuri*
I *nter inepta canens miſerorum exempla reponet.*
I *lli reſpondens galeam nitidiſsimus Hector:* *Hector Helenæ.*
N *e me Helene inuites, quanquam tua recta uoluntas,*
V *t ſedeam: quia fert animus ſuccurrere feſsis*
T *roianis, qui me uotis animisq; repoſcunt*

Abſentem,

A bſentem, quos & noſtri deſiderium ingens
D etinet. hunc hortare autem, ſed & ipſe ſua ſe
S ponte animo reparans exuſcitet, antè ſequatur
Q uàm muros extra euadam, quàm mœnia linquam
S e lateri adiungat noſtro, nec ab urbe recedam
A ntè meos quàm filiolum cum coniuge cara
I nuiſam. nec enim num ſim rediturus ad ipſos
A mplius è pugna, an manibus caſurus Achiuûm,
S cire ſinit deus, & duri inclementia fati.
H æc dicens abijt, galea metuendus & haſta,
I mpiger ipſe ſuas bene cultas Hector ad ædes.
I n quibus Andromachen non repperit: illa profectò
E xierat, turrimq; audax conſcenderat altam
C um nato famulaq;, ubi triſtia fata gemebat,
I nnumeras fundens lachrymas. Iamq; inclytus Hector
E grediens, ſtetit in foribus, famulasq; uocatas
Hector famulas de Andromache percontatur. A lloquitur: Vera ergo fide mihi dicite, quó nam
P roripuit ſeſe Andromache? quò deinde profecta eſt?
A d glotim'ne aliquam, nutricum'ue iuit? an ædem
P alladis aſcendit, numen uenerata Mineruæ
C um reliquis, quæ nunc ibi uerba rogantia miſcent,
M uneribus ſæuamq; deam placare laborant?
H uic ita reſpondit famularum prima roganti.
Famula Hectori. H ector, quandoquidem tibi nos quæ uera ſciamus
R eſpondere iubes, non illa ad glotin abiuit,
N on aliquam nutricum adijt, non Palladis ædem,
Q ua reliquæ immanem diuam placare laborant:
S ed comite hinc una, puerum geſtante, miniſtra
A uſa eſt in muris altam conſcendere turrim,
A ttonita, approperans, ſimilis iam penè furenti.
I dq;, quod audiſſet, Danaos inſtare feroces,
C edere Troianos, retroq; ad mœnia ferri,
Q uæ poſtquam didicit, domibus ſeſe Hector ab altis

Proripuit,

P *roripuit, mediamq́; (uia qua uenerat) urbem*
P *eruadens, Scææ tendens ad limina portæ,*
Q *uam per erat campum rediturus & agmina* Troum.
I *amq́; egreſſuro curſu uenit obuia anhelo*
A *ndromache, quæ magnanimi fuit Eëtionis* — **Andromache Eëtionis filia.**
F *ilia: qui Cilicum ditiſsima regna gubernans,*
M *agnas incoluit Thebas ſub montibus altis*
S *yluoſisq́; ſitas. hanc è grege tot famularum*
V *na ſequebatur nutrix, puerumq́; gerebat*
I *n gremio Hectoriden, tenerum, blandumq́; alacremq́;,*
F *eſtiuumq́; oculis, ridentem mollia, uultu*
S *idereo, qui uoce Camandrion ante parenti*
D *ictus erat, uerum uulgò Aſtyanacta uocabant,* — **Aſtyanax enim urbis regem ſignificat.**
Q *uod ſolus pater ipſius fortiſsimus Hector,*
C *iuesq́; & Priami magnam defenderet urbem.*
H *uic pater arridens, tacitos defixit ocellos*
I *n puero. lachrymis iam libera, ad Hectora ſeſe*
A *pplicat Andromache, ſicq́; eſt affata maritum.*
O *ptime, quod nimium ferus omnia fortiter audes,* — **Andromache Hectori.**
Q *uàm uereor tua ne uirtus te improuida fallat,*
N *ota tibi nimium. properamq́; audacia mortem*
A *dferat iſta tibi. Crudelis, non tibi cordi eſt*
P *aruulus hic? non me miſeratus reſpicis ægram* — **ταλίς.**
I *ngenti mœrore animi, quam tempore paruo*
E *fficies uiduam, ſi nunc te egreſſus Achiuûm*
I *ntuleris turbæ. nam conficiere per illos,*
O *mnibus in te unum graſſantibus: ut mihi longè*
V *tilius fuerit, prius ut mihi terra dehiſcat,*
A *ut uiuam patulis abſorbeat orcus abyſsis.*
N *am quæ me miſeram res conſolabitur ultra?*
Q *uæ queat eſſe mihi poſt te amplius ulla uoluptas?*
Q *uid niſi continuus dolor, & ſine fine querelæ*
N *ec mihi iam ſupereſt pater amplius, aut pia mater.*

Patrem

P atrem namq; mihi crudelis ademit Achilles,
E uerſa prius & patria, regnoq; paterno,
F unditus exciſa regnorum principe Thebe,
S ede patris, qua nulla fuit uel ditior uſquam
A ut urbs ſplendidior Cilicum regionis in ora.
S ed poſtquam occidit ſæuiſsimus Eëtionem,
N on tulit exuuias (namq; hoc ſcelus eſſe putauit)
I pſum ſed proprijs totum combuſsit in armis.
C uius ad inuiſi loca nunc deſerta ſepulchri
I nter Oreſtiades platanos nymphæ, inter & ulmos
S oliuagis habitant antris, Ioue cœlite natæ.
A t ſeptem fuerant fratres mihi, quos tamen omnes
V no eodemq; die nimium crudelis Achilles
M iſit ad inferni pallentia limina Ditis,
C um ſua ſeruarent pingues per paſcua tauros,
A tq; greges ouium. Sed & idem diuite matrem
C um gaza abduxit captam, quam deinde redemptam
S umptibus innumeris, patriaq; in ſede morantem,
A rcitenens diro confecit Cynthia telo.
S ed tu nunc miſeræ mihi ſolus es omnia, mater,
E t pater, & frater, dulcisq; antè omnia coniux.
V erum age nunc miſerere, nec orphanon Hector egente
F eceris hunc puerum, uiduam me tempore paruo.
Q uin potius turrim ſerua hanc, nec deſere muros,
C oge alios, iſtamq; iube defendere partem
Q uæ propè decliuem demittit humillima murum,
Q ua uetus iſta cauas rupes caprificus adedit,
Q uater conati iam ſunt irrumpere, fortes
A iacesq; duo, præclarus & Idomeneus,
E t gemini Atridæ, fortiſsimus & Diomedes:
S iue id ſponte ſua, ſeu ſunt reſponſa ſequuti
A uguris, aut uatis Danais ſua fata canentis.
H uic ita reſpondit, bello memorabilis Hector.

Thebe Ciliciæ urbs opulentiſsima.

Epilogus.

Omnia

Omnia quæ memoras uxor dulciſſima, curæ
Sunt mihi, ſollicitoq; animo mecum ante peregi:
Sed pudet imbellem tardumq; in bella uideri
Teucris Troadibusq; *meis, dum talia ſpectent.*
Nec potis eſt animus ſibi conſcius eſſe quietis
Ignauæ, qui ſemper in ipſa pericula primum
Me ſimul obieci, ſtuduiq; ſimillimus eſſe
Ipſe mihi, patriæ dum non inglorius eſſem,
Nec mihi dedecori. nec me fugit, affore tempus,
Quo ſimul & Danaûm *pulcherrima* Troia *ſub armis,*
Et Priami *cadat alta domus, populusq; ſuperbus*
Intereat: ſed nec tantum me cura fatigat
Troûm, Troïadumq;: *dolor nec maximus ille eſt,*
Caſuros Hecubam Priamumq; *hoſtilibus armis:*
Non etiam fratrum moueor tam clade meorum,
Qui ſunt & multi, & bello præclara iuuentus,
Omnes luctifici perituri in puluere belli
Sub Danais *uictoribus: ac me pectore toto*
Sors tua dura mouet, cum te tua fata querentem,
Fundentemq; pias lachrymas, abducet Achiuûm
Quiſquis erit, captam bello, cum triſtis & exul
Hoſtilem in patriam portabere, telas
Conſeruas inter texes, & tradita lanæ
Penſa trahes, & aquam ſummam portabis ad arcem
Vrceolis, nunc mane nouo, nunc ueſpere ſero,
Nunc de fonte hauſtam Meſſeïde, *nunc* Hyperia,
Nolens tu atq; inuita quidem: ſed te omnia coget
Seruitij ſors dura pati, quam capta ſubiſti.
Atq; aliquis ſpectans tunc teperfuſa rigantem
Ora pijs lachrymis, alijs hæc uerba loquetur:
En quò te caſus? quò te fortuna redegit
Hectoris Andromache? *quo nunc tuus ille receſſit*
Omnia qui Troiæ *geſſit ſub mœnibus altis*

Maxima?

Hector Andromachi.

Nomina fontium, quorū alter in Theſſalia, alter circa Argos: uel ut alij, in Peloponneſo aut Lacedæmone fuerūt.

Maxima? dixerit hæc aliquis, tua uulnera toto
Corde recrudeſcent, deſiderio icta mariti:
Qui tibi ſeruitium, ſi uiuat, demere poſſet.
Sed me tunc potius uitaï lumine caſſum
Terra tegat, quàm te uideam tam indigna ferentem.

Expaueſcit armatũ patrẽ infans.

Sic ait, extenſaq́; manu clariſsimus Hector
Accepturus erat puerum: fugit ille, ſinumq́;
Nutricis petit, & gremio ſe abſcondit in alto.
Patris enim faciem galeatam expauit, & æris
Fulgentes radios ab equinæ uertice criſtæ.
Subriſit pater, & mater: tum uertice criſtas
Depoſuit, galeamq́; remouit maximus Hector,
Abiecitq́; ſolo, poſt hæc in nuda recepto
Brachia filiolo dedit oſcula, deinde precatur.

Hectoris ad deos oratio pro ſalute filij & patriæ.

Iuppiter, & uos ò reliqui cœleſtia Diui
Numina, uos precor ac ueneror, date uiuere nato
Et ſupereſſe meo, poſt me, regnumq́; tenentem
Vrbis Dardanidûm præconia tanta mereri,
Quanta pater merui, nec me minor eſſe feratur
Tutanda in patria: cæſo cumq́; hoſte reuerſus
Victor ouans ſpolia attulerit, de cæde cruenta,
Sint rogo qui dicant, multo hic præſtantior armis
Patre ſuo eſt. quæ cum perceperit optima mater.
Gaudeat, & ſecum uerba hæc lætata retractet.
Sic ait, & riſu lachrymas miſcente, parenti
Reddidit infantem. quam ſpectans inclytus Hector,

Hector Andromachen conſolatur.

Ne mihi ſic te te affligas, ait, optima coniux,
Ne'ue animo maceres. Mortem nemo effugit unquam, “
Nemo uir euadit, ſiue ille ſit utilis armis, “
Siue uir ignauus, lex omnibus una ſtatuta eſt, “
Quæ iubet eſſe ſemel moriendum: hæc omnibus una eſt “
Conditio. Mihi quiſquis erit qui lumina uitæ “
Eripiet, certe eripiet ſine crimine noſtro,

Nec

N ec mihi dedecori quæ ſit mors ulla futura eſt.
T u nunc uade domum, curaq́; domeſtica, quæ ſunt
C unq; paranda domi: telam, ſubtegmina, lanas
A ncillæ expediant, tua ſunt opera iſta: uirorum
B ella, relinque uiris. equidem hoc commune per omnes
Q uod gerimus, tamen in me uno uis tota recumbit.
S ic ait, abiectamq́; ſolo cum tolleret altis
T erribilem criſtis galeam, digreſſa per urbem
A ndromache, lachrymis in labra cadentibus ibat,
I am reditura domum. quò cum ueniſſet, ibi ingens
L uctus, & immodicæ lachrymæ, triſtesq́; querelæ,
N on ſecus ac dominum ſæuo iam marte peremptum
L ugebant quæcunq; aderant, famulæq́;, nurusq́;,
H ectora nec uiuum ſperantes poſſe reuerti,
N ec Danaûm telis elabi uiribus ullis.
I nterea Paris, haud dudum nec longa moratus
T empora, compoſitis pulchrè circundatus armis,
P er mediam ueniens ibat non ſegnior urbem,
Q uàm ſonipes ſtabulis diuturna per ocia paſtus,
V incla indignatus poſtquam retinacia rupit,
F ugit, & exiliens præſepia plena reliquit,
P laniciemq́; aliquam nactus, crepitantibus ultro
T ollit ſe arrectum pedibus, celſaq́; trementes
F ronte iubas quatiens, aſſueta in paſcua fertur,
A ut in aquas amnesq́; & flumina nota natando
I mprobus, aut gregibus ſaliens ſe immiſcet equarum.
T alis Alexander ſumma decurrit ab arce,
P er plateas urbis longè fulgentibus armis:
V t gallus quem parta alacrem uictoria fecit.
P ræſto aderat fratri, cum digrederetur ab illo
I lle loco, quo colloquium cum coniuge cara
E gerat. hunc prior affatus Paris: Optime frater,
T e properantem, inquit, nimium mea tarda morata eſt

Paris armatus per urbem incedit.

Cõparatio.

Paris Hectorem adſequutus alloquitur.

S egnities, tua nec propere ſum iuſſa ſequutus.

Hector Paridi. H uic Hector: Tibi nemo æquus decora inclyta belli
D etraxit, belloq; ualens es, & inclytus armis.
I nuitus tamen arma ſubis, & bella coactus
S uſcipis, & ſegni ruis in fera prælia dextra.
Q uæ mihi cum de te fama improba uenit ad aures,
E t mala cum de te iactent conuicia Troës,
T e male ſic audire, mihi eſt audire moleſtum,
D iſcruciorq; animo, penitusq; in fellibus uror.
V erum age nunc propero ſubeamus prælia curſu,
A cturi his aliàs de rebus, ubi ocia pacem
L æta bonam dederint nobis, & ab urbe fugatis
H oſtibus. inde Deis pro libertatis honore
C ratera ingentem ſtatuemus, & apta feremus
M unera, ſi nobis dabit hoc Iouis alma uoluntas.

ILIADOS HOMERICAE LIBER SEPTIMVS.

HAec ſimul admonuit, bello fortiſsimus Hector
E t Paris, egreſsi portis, in aperta ruebant
A gmina, et intrepido repetebãt prælia curſu:
Q ualem ſæpe deus feſsis immittere nautis,
Cõparatio. L onga per immenſi luctãtibus æquora põti,
A ut Eurum Zephyrum'ue ſolet, qui membra laborum
F eſſa leuet, facilemq; ferat per marmora curſum:
Hector cum Paride in pugnam redit. T ales tum Phrygibus fratres duo in arma ruentes
E ſſe uidebantur. primumq; ibi uerſus in hoſtem
F ulmineo Paris enſe, Meneſthion excipit, ipſum
R egis Areïthoï, formoſæ & Philomeduſæ
S emine progenitum, qui pulchra habitarat in Arne.
S trennuus hinc Hector gladio ferit Eïoneum,
T horacem galeamq; inter mucrone recepto.
A t ſatus Hippolocho Glaucus, Lycia agmina ducens,

Iphinoum

I *phinoum medio in pugnæ feruore peremit*
D *exiaden, feriens haſta, detraxit equorum*
T *ergoribus, quibus inſiliens inſederat ille.*
S *ic igitur* Danaos *ſpectans dea glauca cadentes*
I *n pugna, mox cœlum & Olympia templa relinquens,* *Pallas Græcis auxilio*
I *lion, & ſacram* Troiæ *deſcendit ad urbem.* *uenit, Apollo Troianis*
H *uic, qui* Pergamea *pugnam ſpectabat ab arce,*
Q *uiq; ſuos cuperet pugnando uincere* Troas,
O *buius è* Troia *deſcendens ibat* Apollo.
H *iq; ubi conuenere ſacræ ſub tegmine fagi,*
H *anc prior alloquitur rex & Ioue natus* Apollo·
Q *uid tu, inquit, Ioue nata leues delapſa per auras* *Apollo Palladi.*
H *ic ades? & quæ nunc animo ſententia ſurgit?*
Q *uid'ue paras? quæ magna tuo ſub pectore uerſas?*
N *unquid enim* Danais *cupis ut uictoria cedat*
P *ulchra tuis,* Troasq; *meos ut perdere poßis?*
Q *uin ſi me audieris, & in hoc mea ſana ſequaris*
C *onſilia, iniecto dirimamus fœdere bellum*
P *ræſtiterit, nec deinde hodie pugnare ſinamus*
A *mplius hos pugnaturos poſt, donec ad imum*
(Q *uando ita nunc uobis cordi eſt, ea cura fatigat*)
A *rgiui proceres* Neptunia Pergama *uertant.*
H *uic dea glauca oculos reſpondens talia fatur·*
H *æc eadem mihi pulchra animo ſententia uiſa eſt,* *Pallas Apollini.*
Q *uam loqueris, cœlumq; ideo ſuperosq; reliqui,*
T *roianos* Danaosq; *petens, bellumq; reuiſens.*
S *ed qua tu ratione uiros auertere bello,*
Q *uoq; modo cenſes hæc prælia poſſe morari?*
H*ectoris (inquit* Apollo) *animũ, noua ſemper amantem,* *Apollo Palladi.*
I *nducamus, ut* Argiuis *ex omnibus unum*
P *rouocet, ut ſecum ſolo in certamine ſolus,*
E *t dubium ſolis martem experiatur in armis.*
I *llius à* Danai *uirtute & pectore moti*

 Magnanimo,

Magnanimo, mittant aliquem qui congrediatur
Magno Priamidæ, nec ſit uir inutilis armis.
Sic ait. at Pallas Phœbi rata dicta probauit,
Atq; hic Priamides Helenus, cum certa deorum
Colligeret decreta animis, adit Hectora fratrem,
Helenus Atq; ait O magni Priami clariſſime fili,
Priami fi- Conſilio pare, quod nunc tibi frater amicum
lius uates Hectorem Adfero: fac reliquos omnes conſiſtere Troas
alloquitur. Et Danaos retro, pugnamq; inhibere quietos:
Tu deinde è Danais, qui ſe fortiſſima iactet
Arma mouere, uoca, qui ſe tibi conferat uni,
Et ſolus conferre manum ſciat, audeat, optet.
Nec mortem metuas: non hic tibi debita uitæ
Fata modum ſtatuunt, crede Hector uera monenti.
Vocem ego percepi, ſtatuentum talia diuûm.
Audijt hæc animo exultans lætiſſimus Hector,
In medios uadens cuneos, media agmina Troûm,
Apparatur Vtq; retro ſeſſum concedant innuit haſta,
monoma- Quam dextra tulit: ac illi data iuſſa capeſſunt.
chia. Nec ſecus ipſe ſuos conſiſtere iuſſit Atrides,
Ordine præſcripto. quæ dum ſic cuncta geruntur,
Pallas & arcitenens in ſacræ culmina fagi
Pallas & Vulturibus ſimiles, armata utrinq; ſedebant
Apollo fa- Agmina ſpectantes læti, quæ plurima ferro
go inſident. Horrebant, clypeis, gladijs, mucronibus, haſtis.
Cõparatio. Qualis ubi ex imo Boreas ciet æquora fundo,
Immenſosq; iicit fluctus, ferit alta procellis
Littora, & inſani reclamant murmura ponti:
Tales tum Troianæ acies Danaûmq; fuerunt.
Hector ibi in medium pulchris progreſſus in armis,
Hector Tro Vtraq; proſpiciens, ſic utraq; ad agmina fatur
ianis ac Auſcultate uiri Troës, Danaiq; ſuperbi,
Græcis. Quæ mihi nunc animus iuuenili in pectore dictat,

Et pro-

E t proferre iubet: Nuper Saturnius icta
F œdera turbauit nobis utriſq; malignus,
V t uos aut omnes perimatis Troas, & urbem
Ae quetiſq; ſolo, flammaq; cremetis acerba,
A ut nos cum ueſtris uos manibus excindamus.
N unc, quia uobiſcum ſunt præſtantiſsima Graiûm
P ectora, ſunt animi mauortis amore potentes,
I nuictiq; manu proceres, nunc ſi quis in illis
Q ui conferre manum mecum uolet, audeat, optet,
S olus cum ſolo procedat, legibus æquis
Q uas referam, quarum Saturnius æquus utriſq;
T eſtis erit. Si me ille ſua confecerit haſta,
A bſtuleritq; animam, pulchris contentus in armis
D etractis abeat, naueſq; hinc portet ad altas,
C orpus inane domum reddat, cui iuſta cremantes
C ondenteſq; ſolo Troiani funera ſoluant.
S i uero (quæ fata ferat mihi dexter Apollo)
Q uiſquis erit noſtræ cadet ictus robore dextræ,
A rma tuliſſe ſatis fuerit mihi, & illa ego uictor
I uſta trophæa locans, ad Apollinis atria figam,
F uneribus reddam iuſtis exangue cadauer:
A ut ſi fortè uolent criniti tempora Achæi,
A d naues referant pulchras, condantq; ſepulchro,
E t monumenta locent longos abitura ſub annos,
H elleſpontiaci primam ſub littoris oram,
P ræter ut hæc olim qui forſan littora nautæ
T ranſibunt, remiſq; legent uada cærula ponti
S pectantes tumulum, ſic ſecum dicere poßint:
H ic ſitus eſt uir in arma potens, & maximus olim,
Q uem ſibi congreſſum occidit fortiſsimus Hector.
D ixerit hæc aliquis, mea ſemper gloria uiuet.
S ic ait: alta uiri tenuere ſilentia, nec quem
D etrectare pudor ſinit, aut timor eſſe ferocem.

Prouocat in ſingulare certamen.

Epitaphiũ per anticipationem.

Tum minor Atrides, alto ſuſpiria ducens
Pectore, & exurgens, ſic exprobrauit Achiuis:
O uerbis animoſi altis, at pectora fracti.
Quis uos aut non dicat Acheïdas? aut quis Achæos
Vos uocet? en quò uerba, & iurgia plena minarum?
O graue flagitium, graue dedecus, hoc'ne feremus?
Nemo ſit è Danais tam præſtans pectore, nemo
Tam ſibi confidens, ut de tot millibus unus
Audeat Hectoreis occurrere uiribus? ô ſi
In tellurem & aquam redeatis muta ſedentes
Corpora, & ignaui, timidi, ſine nomine uentres:
Ipſe ego ne deſim decori patriæq; meoq;,
Induor arma reſumpta, nec obuius ire recuſo.
„ Cui meritam uentura ferat uictoria laudem,
„ In manibus poſitum eſt, & in æquo numine diuûm.
Sic ait, incuſans, ſimul arma abiecta reſumens
Induit. At Menelaë tibi lux illa fuiſſet
Vltima, ſub manibus, fortiq; ſub Hectoris haſta,
Robore quod ualido te longè fortior eſſet,
Si te non Danaûm tenuiſſent fortiter auſum
Primores, & pulchra retro tua facta tuliſſent:
Præcipuè Atrides Agamemnon, ille furentem
Corripiens fratris dextram, compeſcuit iram
Ipſius, hoc ſermone domans, animumq; ferocem.
Inſanis Menelaë, nec aut quò progrediare,
Aut quod opus conere uides. quin abijce porro
Stultum iſtum feruorem animi, nec te meliori
Congredere, aut conferre ſtude, certaminis ergò:
Præcipuè cum Priamida, quem Graia iuuentus
Tota reformidat, quem bello inuictus Achilles
Nonnunquam exhorrere ſolet, cum te ſit Achilles
Fortior, & longè ſumptis præſtantior armis.
Nunc age te recipe, & retro concede quieſcens

Menelaus Græcis exprobrat.

Imitatus hũc locum eſt qui dixit, O uere Phrygiæ, neq; enim Phryges.

„ Nõ eſt in Homero uentres.

Armatur Menelaus, congreſſurus Hectori.

Agamemnõ Menelao.

Cum

C um reliquis. nos hinc aliquem, qui fortibus armis
H ectora ſtare queat contra, inueniemus Achiuûm
E numero. quamuis etenim ſit ſtrennuus Hector,
Ae quo animo tamen abſcedet: modò uiuere detur.
A ffirmare auſim, magnas dijs inſuper ipſis
A cturum cupidè curuato poplite grates.
S ic ait, & placido perſuaſit pectore fratri.
(Nam bona erat, multumq; decentia uerba loquutus)
H oc læti uidere tui Menelaë miniſtri,
A rmaq; deponunt humeris, paulo antè reſumpta.
T um grauis aſſurgens ſedato pectore Neſtor,
V erba facit, tali compellans uoce ſedentes·
O facinus, Danaï, non æqua mente ferendum. *Neſtor græcos alloquitur, & in Hectorem incitat.*
Q uantus enim luctus complebit Acheïda terram,
Q uo mœrore animi ſenior ſua pectora Peleus
C onficiet? qui conſilio bonus, imperioq;
M yrmidonum regit & cœtus, & ſceptra gubernat,
Ae acides Peleus: a quo cum multa rogatus
D e ueſtris genere, ac patria, patribusq; fuiſſem,
O mnia me lætus referentem audiuit, & illi
G loria uirtutis ueſtræ fuit una uoluptas.
I dem ubi nunc fortes inter tot milia Graios
N on audere aliquem contra ſtare Hectora fortem
A udiet heu quales lachrymas, heu qualia ab imo
T riſtia fata querens, ſuſpiria pectore ducet?
H eu quoties indigna ferens hæc facta, ſeniles
I n cœlum cum uoce manus attollet, ab ipſis
D ijs orans, ut ſe potius ſub tartara mittant,
Q uàm ſic ut uideat Danaos maioribus ipſos
D egenerare ſuis. quod ſi mihi Iuppiter annos
P ræteritos referat, ſi Pallas amica iuuentam O ſi præteritos referat mihi Iuppiter annos Qualis eram, &c.
R eſtituat, talem faciat me magnus Apollo
Q ualis eram quando Pylos atq; Arcadas inter
B ella gerebantur ſub littore rauca ſonantis

Longiore digreſſione res ſuas geſtas narrat quà in re decorũ à perſona obſeruandũ eſt. τὸν ἐπίκλησιν κορυνήτην.

O *cyroï, qua præter Iärdanus inclyta Pheæ*
L *abitur, & refluo circundat mœnia curſu:*
H *ic cum bella forent, atq; ipſe in partibus eſſem*
M *agnus, Ereuthalion quidam fuit inclytus armis,*
M *embra deo ſimilis prægrandia corporis alti,*
A *rma gerens humeris, quæ principis antè fuerunt*
R *egis Areïthoï, cui uulgò nomina clauæ*
I *ndiderant, quod non arcu, non enſe, nec haſta,*
S *ed claua tantum crudelia bella gerebat,*
Q *ua ſola hoſtiles perrumperet ille phalangas:*
F *errea namq; fuit. tamen hunc & corpore tantum,*
A *tq; armis, cum non poſſet uirtute Lycurgus,*
A *rte tulit: quippe obſeruans anguſta uiarum,*
I *n quibus haud aliquis clauæ foret uſus, & haſta*
A *ggreſſus, medium perfodit, humiq; ſupinum*
P *roſternens, uitaq; ſimul ſpoliauit, & armis,*
M *uneribus Gradiuo hinc uſq; à Marte profectis.*
A *tq; ea donec erat iuuenili in corpore robur,*
A *rma tulit, fera bella gerens, ætate Lycurgus*
D *eficiens: ubi conſenuit, dat Ereuthalioni*
A *rma ferenda ſuo. tunc ergo arma inclyta geſtans*
I *bat Ereuthalion, uultuq; animoq; ſuperbus,*
A *nte alios longè progreſſus, ad arma uocabat*
S *ecum decertanda, ut quiſq; uel optimus eſſet,*
V *el ualidæ uirtute potens & robore dextræ.*
C *umq; alij tremerent, ſeq; intra tuta tenerent,*
N *ec quiſquam dubio ſeſe committere marti*
A *uderet, tum ſolus ego, licet infimus eſſem*
A *nnorum numero, tamen hoc perferre nefandum*
D *edecus haud potui, ſi nemo auderet in hoſtem*
T *am contemnentem noſtros capere arma, paratus*
I *pſe arma arripui, confiſus ad omnia diuæ*
P *allados auxilio. nec me ſpes iſta fefellit:*

Victor

V ictor enim redij, ſpolia ampla ex hoſte perempto
I pſe meis referens. Is uaſta mole iacebat
C orporis, in campum extenſus, terramq́; tegebat.
Q uod ſi talis adhuc eſſem, ſi robur in iſto
C orpore tale foret, non me nec maximus Hector,
N ec quiſquam fruſtra in certamina ſola uocaret.
N unc cum militiæ florem, roburq́; uirorum
H ic uideam ſupereſſe, tot inclyta pubis Achiuæ
N omina, demiror nulli ſupereſſe uigorem,
A ut animum, pugnare manu contra Hectora fortem.

Redit ad inſtitutum ſermonem.

H actenus hæc ſenior contendens uoce moleſta,
C onticuit. tunc ſemideûm chorus ille uirorum
(Q ui ter tres fuerant) conſurrexere, paratum
S eſe quiſq; ferens decernere fortibus armis
P riamidæ magno, nec detrectare duellum.

Chorus nouem optimorum è Græcis.

S ed longè ante alios Agamemnon rector Achiuûm:
P oſt hunc uindicibus Diomedes fortis in armis:
T um gemini Aiaces, ſæui duo fulmina Martis:
P òſt bonus Idomeneus: & proximus Idomeneo
M eriones, Marti ſimilis: tum Euæmone natus
E urypylus: fortiq; Thoas Andremone cretus:
N ec ſapiens fortisq; manu detrectat Vlyſſes.
O mnibus his amor unus erat ſuper Hectore pugnam
C onſerere, & pulchra laudem uirtute paciſci.
N eſtor ad hos clara ſic uoce Gerenius infit·
Q uin agite, & dubiæ nunc rem committite ſorti,
Q uem fortuna uirum ſub tanta pericula Martis
D eſtinet, ut cunctis decus inde reportet Achiuis,
S altem ſi redeat certamine uiuus ab iſto.

Neſtor conſulit, ſorte eligendum, qui cum Hectore congrediatur.

S ic ait. at ſortes illi ſignare, notantes
Q uiſq; ſuam, mox in galeam miſere capacem
P rincipis Atridæ: tenuere ſilentia turbæ.
I nde quis aſpiciens ad aperti ſidera cœli,

Attollensq́; manus: Da maxime Iuppiter, inquit,
Exeat aut Aiax Telamonius, aut Diomedes,
Aut rex ipſe etiam cunctorum ductor Achiuûm.
Sic ille, at galeam quatiens Neleïus heros,
Sors Aiacis prima exijt Quamq́; manu primam de caſſide protulit idem,
Sors fuit Aiacis: quam circum deinde ferendam
Præconi dedit. ille omnes haud ſegnis obibat,
A' leua in dextram uadens oſtendit Achiuis.
At nullo agnoſcente ſuam, perrexit ad omnes,
Donec ad Aiacem peruenerat. is uenienti
Porrexitq́; manum cupidè, ſortesq́; ferentem
Concuſſit galeam, quamq́; extulit ordine ſortem
Ipſius illa fuit, quam ſpectans pectore læto
Agnouitq́; ſuam, terræq́; abiecit, & adſtans,
Aiax Græcis. O proceres (inquit) Danaï, mea prodita ſors eſt,
Agnoſcoq́; libens, & toto pectore lætor
Eſſe meam: quoniam uideor deuincere forti
Hectora poſſe manu. uos nunc, dum fortibus armis
Induor, obſecrate Iouem, uotisq́; fauorem
Conceptis ambite deûm. uerum iſta ſilentes
Exigite, & taciti, ne Troës id eſſe timoris
Signum fortè putent: uel ſi libet, omnia clara
Luce palàm. quid enim uerear, ne forſitan illi
Plus animi capiant? certè uirtutis egentem
Nemo me arguerit, nec non in bella peritum.
Et nec me generis'ue pudet, patriæ'ue potentis
Nauibus, & quia ſim primo Salaminius ortu.
Hactenus ille: Ioui proceres at uota ferebant.
E' quibus hæc aliquis, uultus ad ſidera tollens·
Maxime piniferæ dominator Iuppiter Idæ,
Da pater Aiaci uictoria cedat, ut hoſte
Eximia Danaïs redeat cum laude ſubacto.
Quod ſi fortè tibi cordi eſt & ſtrennuus Hector,

Da

D æ pugnent uirtute pari, da roboris æquis
V iribus abſcedant, laude & decorentur eadem,
P oſt pugnamq́; eadem comitetur gloria utrunq́;.
T alia fortè quis. interea fortiſsimus Aiax
I nduit arma, graui latè rutilantia ferro. *Armatur Aiax.*
Q uæ poſtquam induerat, poſtquam proceſſerat armis
O mnibus inſtructus, ſic ſeſe corpore agebat
I ngenti, ipſe ingens animo, diſcordia qualis
M ars in bella hominum graditur, quos Iuppiter actis
P ungit agens ſtimulis in mutua bella ruendi.
T alis erat uadens in pugnam maximus Aiax,
A iax præſidiumq́; & propugnator Achiuûm, *Procedẽtis in pugnam contra Hectorem Aiacis habitus et inceſſus.*
M ollia ſubridens, pleno tamen ore minarum
C oncita terribili miſcebat gaudia uultu,
P leno magna gradu torquens ueſtigia, dextra
C oncutiens uibrante trabalem uiribus haſtam
G randibus. hunc Danaï capiebant læta uidentes
G audia, Troianis formidine plena tremebant *Hectoris formido.*
P ectora, Priamidæ ſaliunt præcordia, & alto
I cta pauore micant. ſed enim neq; detrectandi
I am locus ullus erat, neq; retro uelle reuerti
I n cœtum populi, poſtquam ipſe uocauerat hoſtem
M arte laceſſitum dubio. tum maximus Aiax
A ccedens propius, ſcutum hoc immane ferebat,
I nſtar pinniferæ turris, quod fecerat illi *Clypeus Aiacis turri aſsimilatur.*
A rte bonus Tychion, quo non præſtantior alter
S cuta uirûm, & forti clypeos obducere ferro.
I pſe colens habitabat Ylen: is maxima ſeptem *Tychion faber.*
T erga boum clypeo inducens, uariauerat arte
M irifica, replicans ſeptenis orbibus, acri **Hinc illud, Dominus clypei ſeptemplicis Aiax.**
O ctauum ferro ſolidans, atq; ære coruſco.
S ic ergo incedens, inſtructus talibus armis,
C um propior ueniſſet ad Hectora, talibus infit·

Aiax Hectori.

H ector Priamide, nunc experiere profectò
Q uales tu Danaos in prælia ſola laceſſas,
Q uales ſint qui nos inter fortiſſima geſtant
P ectora, quàm fortes, inuictum præter Achillem.
S ed nunc ille animo indulgens, iratus Atridæ,
L anguida pontigradas ad naues ocia ducit.
Q ui tamen hæc tecum certemus prælia, plures
N os ſumus. ergo manu capiens arma, incipe pugnam.
A d quem reſpondens galeam pulcherrimus Hector.

Hector Aiaci.

A iax dux populi, germen Iouis, haud ita uerbis
M ecum age terrificis, pueriles qualia poſſint
V erba mouere animos, & quæ muliebria forſan
P ectora commoueant, magnarum neſcia rerum.
I pſe ego bella manu didici, cædesq́; uirorum
P erficere, & clypeos atq; arma mouere per artem
Q uò libeat, ſeu dextra opus eſt, ſeu uindice læua,
S eu cæſim pugnare, & forti uerbera dextra
I nferre, aut ab equis ferrum diſtringere in hoſtem,
A ut firmo in ſtadio atq; acie certare pedeſtri.
I pſe tamen talis cum ſis, cum tantus in armis
A dſurgas, non occulto te inuadere flexu
E ſt animus, ſed aperta mihi feriere per arma.

Confligunt Hector & Aiax.

S ic ait, & ualidam repetitis uiribus haſtam
T orſit in Aiacem: quæ uincla per extima ferri
T ranſijt, & ſex terga boum, ſed in orbe morata eſt
S epteno. mox ipſe ſuum Telamonius Aiax
R oboris inuicti coniecit in Hectora telum,
Q uod clypeum per & æratum thoraca peractum,
V enit ad ipſa ferox nudi uitalia uentris:
R upiſſetq́;, niſi exiguo letalia motu
V ulnera uitaſſet Priamo ſatus. inde reuulſis
Q uiſq; ſuo telis utriuſq; è corpore, magno
I mpete concurrunt, ſimiles immanibus apris,

Magnorum

M agnorum aut etiam comedentum cruda leonum.
H ector in Aiacis medium tela aſpera ſcutum [Pugnæ ſingularis deſcriptio.]
F ixit, at haud rigidi perfregit robora ferri,
Q uin ſtupido ad durum chalybem mucrone reflexo
H aſta reſultabat: mox Aiax rurſus in haſtam
C onſurgens, medium parmæ ferit Hectoris orbem,
N ec tamen hoc ictu ruptam perfregit ad imum.
H ector enim facili uitans uenientia motu
S picula, aberranti collum præbebat. pertum,
I mprudens haſtæ: de quo cum miſſa tenorem
C onſeruat, modici perſtrinxit uulneris ictum,
V nde ater cruor emanans effluxit, adacti
V ulneris indicium. nec ab hoc tamen Hector ab acri
A bſtinuit pugna, ſed mox ueſtigia flectens
P auca retro, ſaxumq; manu quod fortè iacebat
I n campo prægrande, arreptum torquet in hoſtem, [Saxis pugnant.]
E t clypeum ferit. illo icto, fragor intonat ingens.
C ontrà aliud rapiens ſaxum Telamonius Aiax,
G randius Hectoreo, conatu fertur in hoſtem
T erribili, uibransq́; manu iacit, inq́; rotundum
I mpingit clypei medium, uaſtaq́; reuulſum
M ole ſecans perfringit, & introrſum omnibus urget
V iribus. ille genu fractum labante recumbit [Hector ſub ſidens in genua.]
I n clypeum reſupinus humi, quem dexter Apollo
S ubleuat, & mox reſtituit ſibi. tum quoq; ſtrictis
E nſibus egiſſent rem comminus, atq; dediſſent
Q uod reliquum pugnæ foret in diſcrimen apertum,
N i duo præcones, ſuperûmq; hominumq; miniſtri,
L egatiq; Iouis, Troiana Idæus ab urbe,
T althybius Danaûm, manibus data ſceptra gerentes,
A mbo prudentes, clari uirtutibus ambo,
Q ui cum ſumpta manu dirimendæ nomine pugnæ
S ceptra tetendiſſent, uerbis Idæus amicis

Alloqui-

Præcones pugnā dirimunt. Idæus ambobus.

A lloquitur: Ne pergite certantes, immanibus ultra
N e pugnate animis, ſatis eſt certamine ſummo
P erſpectum, quàm magnanimi, quàm ſitis & acres,
Q ua fulti uirtute uiri. uos Iuppiter ambos
D iligit, & dignos uos ambos eſſe fatentur
Q uos dij quos hominesq́; probent. nunc humida cœlo
χρονογραφία. N ox ruit, aduentantq́; tegentes cuncta tenebræ,
N ox requiem ſuadet, nocti parère decorum eſt.
H uic ita reſpondens Telamonius intulit Aiax.

Aiax Idæo. I ſta iube potius denunciet inclytus Hector,
C uius id officium eſt: qui ſicut ad iſta uocauit
D ecertanda prior certamina, ſic prior æquum eſt
D eſinat à pugna, tum nos parebimus ultro.

Hector Aiaci. H ector ad hæc placido reſpondens pectore, fatur.
A iax, quandoquidem tibi tam deus inclyta fautor
C orporis atq; animi tribuit bona, magnus ut idem
E ximiæ uirtutis opes, cum robore tali
C oniunctas habeas, tibi nec prudentia deſit,
A tq; omnes facilè Danaos certamine Martis
E xuperes, nunc à pugna ceſſemus, & armis
C onflicturi iterum quoties id noſtra feret ſors
P oſt hunc ſæpe diem, donec quos uincere fatum
A ut deus ipſe uelit, caſu decernat aperto.
E tiam præcipitans cœlo nox humida, pugna
A bſtinuiſſe monet, cui fas parère monenti eſt:
V t tu læta tuis apud altas gaudia naues
I ncolumis referas, Troianis ipſe futurus
E t ſocijs noua læticiæ & iucunda uoluptas,
S i Priami ſaluus redeam ſenioris in urbem,
T roïadumq; nurus, uxores, atq; puellas
E xhilarem, quæ nunc ad diuæ templa Mineruæ
V ota humiles & dona ferunt, pro meq́; precantur.
P ræterea nos muneribus cumulemus utrinq;

Eximijs

E ximijs & honorificis, ut dicere poſſint
S eu Troës fuerint, ſeu ueſtræ partis Achiuûm,
E n quibus hoſtiles animi, quibus antè cruentum
P ro uita certamen erat, nunc dona uiciſſim
D antq́; feruntq́; alacres, & digrediuntur amici.
H æc ſimul admonuit, ſimul enſem argentea habentem
R obora clauorum, nec non argentea lori
A rte fabrefacti mira retinacula magno
O btulit Aiaci. cui zonam reddidit Aiax,
M urice diſtinctam Tyrio, quem purpura latè
F ulgentem eximio Phœnicia pinxit honore.
H is ita muneribus donati utrinq; reuertunt,
Q uiſq; ſuos repetens, atq; agmina nota reuiſens,
H ic ad Achæorum cœtus populumq́; reuerſus,
I lle ſuos Troas: quibus immoderata fuerunt
G audia, non modò quod ſaluum uiuumq́; uiderent,
V erum etiam ereptum uiolenta Aiacis ab ira.
Q uem ſumma incolumem deductum in Pergama ſiſtunt.
A iacem parte ex alia comitantur Achiui,
D ucentes magno Atridæ, cui parta ſub armis
E xtulit ingentes animos uictoria, poſtquam
R egia uenerunt tentoria fortis Atridæ.
I lle Ioui mactans taurum ſua ſacra ferebat
Q uinquennem, adſtantes alij retinacia longis
T ergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant,
P ars in fruſta ſecant, uerubusq; trementia figunt.
S ubijciunt alij prunas, & hiantia torrent
S egmina, tum ueribus longis exempta reponunt,
F initoq; lobore parant in fercula cœnæ
Q ua poſita, læti dapibus ueſcuntur opimis.
T um bouis aſſumptis cum tergore cornibus atro
A iaci tulit, hoc illum ueneratus honore
M uneris eximij, populorum rex Agamemnon.

Hector Aiacem gladio donat, Aiax Hectorem zona: quæ munera utriq; deinde exitioſa fuerunt.

Sacrificium pro uictoria.

Virgilianum.

Conuiuiū à ſacrificio.

V t ſitis eſt exempta, & amor compreſſus edendi,
N eſtor ibi ante alios, qui conſilia optima paulo
A nte ſuis dederat, ſic eſt affatus Achiuos.

Neſtor græcos alloquitur.

A trida rex, uosq; alij qui prima tenetis
N omina Graiugenas inter, cum plurima paſſim
C orpora de noſtris iacent inhumata, ſuoq;
S anguine cæſorum fœdata cadauera circum
E t ſuper attoniti non tarda fluenta Scamandri,
Q uorum animæ ſubiere domos Plutonis auari,
E ſt opus à bello cras nos ceſſare gerendo,
B obus ut ad currus iunctis hinc mortua campo
C orpora deportemus, & hinc congeſta feramus
I n tumulum procul haud diſtantem nauibus, illic
F unerea in cineres flamma redigantur, ut inde
Q uilibet oſſa legens referat collecta ſuorum
I n patriam, cineresq; ſepulchris reddat auitis.
N on procul inde pyra tumulum faciamus, in altos
S pectantem campos, altum ſatis, inde patentes
T urribus excelſis portas addamus, ut illinc
I re redire queant facili moderamine currus,

Neſtor grecis ſuadet ut caſtra muniant.

Q uæ nobis itidem ſint propugnacula, & ipſis
N auibus. exteriore loco latam atq; profundam
D ucamus foſſam, aggeribus ualloq; tenaci
M unitam, quæ nos caſtris tutetur, equosq;,
S i forſan Troës bello nos aggrediantur,
S i ſuperent, & nos fuga ſubtrahat ultima feſſos.
S ic ait: at reliquis placuit ſententia Graijs.
A t graue quod ſumma cogebant Troës in arce

Antenor ſuadet ut Helena cũ uniuerſa gaza reddatur Græcis.

C oncilium, ante fores Priami, diſcordia totum
T urbabat. Tum uir pietate uerendus, & annis,
C onſurgens Antenor, in hæc eſt uerba loquutus.
T roës Dardanidæq; omnes, quiq; agmine nobis
L aturi ueniſtis opem de partibus orbis

Longinqui,

L onginqui, audite hæc æquo quæ pectore dicam,
Q uæq; animus iubet effari, & mens optima ſuadet.
F ormoſam huc Helenen ſiſtamus, & omnia gazæ
M unera conquiramus, iniqua per arma receptæ:
D einde ipſam, gazamq́; omnem reddamus Atridis.
N unc data fallentes his ſacramenta, ſiniſtro
N umine pugnamus, nec ſpes eſt ulla futuri
E uentus melioris, in hæc niſi concordemus
O mnia quæ dixi: ſiquidem facere iſta neceſſe eſt.
T um Paris, ille Argiuæ Helenes formoſus adulter,
S urgit, & hæc contrà reſpondens uerba profatur.
A ntenor, quæ tu nunc friuola uerba profaris, — Paris Ante-
S unt odio, minimeq́; placent mihi. namq; ſolebas, — norem opti
E t potes his meliora loqui, modò recta uoluntas — mum conſi
S it tibi: noſti etenim uerum diſtinguere falſo. — liũ dantem
S i tamen ex animo es, quæ nunc es uerba loquutus, — redarguit.
T um fateor tibi dij mentem eripuere, nec ullum — Notatur his exemplis pu-
P ondus habere ſinunt, quæ nunc temeraria iactas. — gna rationis cum affectib.
V erum ego te contra, præſentibus omnibus iſtis
Q ui mihi nunc adſunt Troianis, noſtra refundam
S enſa animi: gazæ prædiuitis omnia reddam, — Gazã red-
Q uam mecum ex Argis retuli: ſed reddere caram — dere uult,
V xorem, non fert animus. reliqua omnia pleno — Helenam
R eſtituam numero, ſed & his plura omnibus addam — non uult.
D iuite de proprij gaza & mercede peculi.
S ic ait, & reſidens tacuit. tum ſurgit, & aſtans
D ardanides Priamus ſuperis, prudentibus, æquus
C onſilijs, atq; hæc placido ſermone profatur.
M e quoq; Dardanidæ, ſocijq́;, & Troës amici — Priamus
P ercipite, & quæ ſit noſtræ ſententia menti — Troianis.
D iſcite. Nunc abeat cœnatum quiſq; per urbem,
Q uò conſueuiſtis iamdudum more locantes
E xcubias, ubi tempus erit, cuſtodia pernox

V t uigilum ſubeat uicibus, quibus antè, ſuẽtis.
C ras ubi prima nouos Aurora reduxerit ortus,
I dæus Danaûm ad naualia nuncius ibit,
A tridis mandata ferens, & auita futuræ
Q ualiacunq; Paris defert nunc fœdera pacis
(C uius, quod gerimus, conflatum eſt crimine bellum)
S i fortè accipiant: prǽterq; hæc, nomine noſtro
S upplicibusq; roget uerbis, ſi fors quod honeſtum eſt
I mpetret, abſiſtant bello, dum ſparſa legamus
C orpora cæſorum, & funebria iuſta feramus,
C ondamusq; pyras, extremóq; igne crememus.
P òſt iterum ſumpta experiemur eatenus arma,
Q uatenus ipſe deus decernat, cuius ab iſto
M arte futura cadat partis uictoria, cuius
I uppiter eſſe uelit, noſtrum ueſtrum'ne triumphum.
H æc omnes Priamum prompti audiuere loquentem,
D ilapſi cœnatum omnes, quo quemq; ferebat
A ut ſors, aut ratio. Iamq; orbi illuxerat orto
P oſtera ſole dies, Danaûm per caſtra requirens
Idæus ad claſſẽ Græcorum. V enerat Idæus proceres, inuenit ad ipſam
P uppim Agamemnoniæ nauis, de rebus habentes
C oncilium communibus, ac ſimul adſtitit, iſthæc
C lara uoce refert. Atridæ, uosq; aliorum
Idæus Græcis. P rimores Danaûm, quæ dicam mentibus æquis
A ccipite: huc Priamus, qui Troiæ ſceptra gubernat,
E t proceres alij me dimiſere, relatum
Q ualia nunc uobis Paris offert fœdera pacis,
Q uæ cauſa & ratio fuit huius maxima belli,
A nte hæc tartareas qui debuit ire ſub umbras
T ot mala: res omnes uobis cum diuite gaza,
O mnia quæ ſecum claris deuexit ab Argis
N auibus ad Troiam, nunc pluribus aucta rependit
R eſtituitq; bonis, ſi reſtitui illa uelitis

Forſitan,

F orſitan, ut patrias olim referatis ad oras:
F ormoſam uero Ledæam reddere nondum
S uſtinet Atridæ Menelao, quam neq; reddet
T empore deinde alio, quanquam ſuadentibus ipſis
R eddere Troianis. Sed & hæc ego dicere iuſſus,
E t petere huc ueni, bello abſiſtatis, & armis,
D um ſubiecta pyris extremoq; igne cremenus
S parſa per ingentes cæſorum corpora campos.
P oſt iterum pugnæ tentabitur alea, donec
A ut nobis uobis'ue fauens uictoria cedat.
S ic ait. aſt illi tenuere ſilentia, preſſa
V oce diu. tandem Diomedes uerba profatus
T alia reſpondit. Nec diuitis omnia gazæ, — Diomedes Ideo.
N ec Ledæam Helenen poſthac acceperit unquam
E' noſtris aliquis, quando eſt huc uſq; profectum,
V t iam uel pueris appareat, ultima Troäs
E xcidio plusquàm certo iam fata manere.
S ic ait: acclamant alacres ad talia Graij,
M irantes reſponſa uiri domitoris equorum.
T um rex Idæum ſic eſt affatus Atrides. — Agamemnõ Ideo.
I pſe audis Idæe, nec hic repetiſſe neceſſe eſt,
Q uæ reſponſa tibi uerbis & qualia reddant.
P rimores Danaï, quorum & mihi dicta probantur.
S ed quod ad occiſos & ſparſa cadauera campo
A ttinet, hoc tota faueo ratione, nec ipſis
I nuideo extremi funebria iuſta ſepulchri.
N ec debent iam bella geri cum lumine caſſis, "
Q uos omni caruiſſe odio pulcherrima laus eſt. "
Q uos ita nemo bonus cupiat crudeliter ultos, "
V t tumulum neget, & ſupremo obtrectet honori. "
A udiat hæc, teſtemq; uelit ſe in uerba uocari
I uppiter, & certa confirmet fœdera lege.
S ic ait, & pulchrum protendit ad æthera ſceptrum.

A t celer Idæus poſtquam inde reuerſus in urbem eſt,
C œtum expectantum ſeſe eſt ingreſſus inermem
D ardanidûm Troûmq; ducum, mandata peregit,
E t claris reſponſa renunciat omnia uerbis.
A uditis quibus, accingunt ſe protinus omnes
T roës ad atra uirûm relegenda cadauera: partim
Troiani corpora cæſorū legunt. P lauſtráq; ferratosq; parant educere currus,
S parſa quibus reuehant cæſorum corpora: partim
M ateriam cædunt, faciendis ignibus aptam.
Nec minus ſuorū Græci. N ec minus Argiui per campos oſſa ſuorum
S trata legunt, nauesq; ferunt properanter ad altas,
D onec ab Oceano ſummum conſcendit Olympum
Solis ortus. S ol nouus, & terras luſtraret poſtera claro
M ane dies. ibant permiſti Troës Achiuis,
N ec promptum nouiſſe ſuos fuit his ue uel illis,
D onec ab immundo fœdatos ſanguine uultus
T otáq; iam turpi manantia corpora tabo
A bluerent: tum quiſq; ſuos agnoſcere ciues,
E t ſocios cœpere: graui tum lumina fletu
C urrere, tum lachrymis manantibus ora rigabant,
P onentes in plauſtra cadauera quiſq; ſuorum,
I n cineres redigenda leues ad buſta ferebant,
Cremantur mortui. S ubiectóq; pyris crepitantibus igne cremabant.
S ed Troës taciti, Priamo prohibente, querelas
P rodere cum lachrymis. atq; his hoc more peractis,
H i naues rediere, illi ad ſacra mœnia Troiæ.
A t Danaï longam in noctem cum frigida nondum
P roderet orta ſuos ignes aurora, legentes
O ſſa leues inter cineres, quæ quiſq; ſuorum
N oſſe poteſt, mox qui ſpectaret in æquora campi
C ommunem ædificant tumulum, qui conderet omnes.
Q uem circa, quo tuta uiriſq; & nauibus eſſet
A pugnæ ſtatio, excelſas educere cœlo

Incipiunt

I ncipiunt turres, portasq; ingentibus addunt
P oſtibus, & lata ualuarum mole patentes,
Q ua currus & equi facili moderamine uerſi
I re redire queant: circumq; hæc omnia foſſam
C ertantes ducunt ſtudijs latam atq; profundam,
Q uæ loca caſtrorum longa complexa meatu
T urribus excelſis coniungeret, aggeribusq;
C ongeſtis uallum iaciunt, fortiſſima caſtris
M unimenta ſuis. quod opus certamine tanto
(I ngens namq; fuit) Danaos attollere cœlo,
M oliriq; manu, poſtquam uidere ſedentes
C um Ioue dij reliqui, torquente tonitrua rauca,
H ic terram quatiens Neptunus ſuſte tridenti
T alia uerba dabat. Pater optime maxime diuûm
I uppiter, ecquis adhuc mortales inter habetur,
Q ui quæcunq; parans opera ardua, numina diuûm
I nuocet, exploret, quærat, ſcrutetur, adoret
Q uæ ſit & ipſorum mens & diuina uoluntas?
N onne uides quantis Danaï fortiſſima ducant
C ertantes ſtudijs munimina? mœnia quantis
M olibus attolant? & clauſas aggere foſſas
T urribus impoſitis cingant? nec debita diuis
S acra prius tulerint, ſolito nec more litarint.
A tq; huius tam latè operis ſe gloria pandet,
Q uàm latè terras oriens proſpectat Eõus.
C onträ fama operis, quod egoq; & magnus Apollo
S truximus haud paruo conamine Laomedonti,
A d nihilum recidet, famaq; peribit iniqua.
I uppiter hunc ſpectans, ſtomacho commotus acerbo
T alibus alloquitur. Num te Neptune profari
V erba indigna pudet? quàm nunc tibi ſermo prophanus
E xcidit? an metuis tam friuola? quod tibi turpe eſt,
N ec decuit te, ſed diuûm de gente minorum

Muniunt caſtra Græci conſilio Neſtoris.

Neptunus Ioui.

Verũ quidem hoc factũ eſt oraculum, ſed Homeri potius quam Neptuni.

Iuppiter Neptuno.

Quemuis hinc alium. fama huius nominis, inquis,
Perpes erit: tantum ſe extendet gloria facti,
Quantum cuncta uidens terrarum Phœbus oberrat.
Ergo age, ſi tam parua mouent te nomina rerum,
Poſtquam hinc in patrias ierint cum nauibus urbes
Quiſq; ſuas, Danaï, tu demolire ſuperbam
Hanc molem, inuiſumq́; tibi rue, deijce murum,
Et proſterne ſolo: uel (ſi libet) in mare uaſtum
Præcipita uallum & foſſam cum turribus altis,
Atq; hoc inducta totum obrue littus arena,
Ne ſint ulla ſuper ueſtigia gentis Achiuæ,
Nec ſtationis opus compareat amplius ullum.
Talibus inter ſe dijs concertantibus, ibat
Solis occa-ſus. *Iam Sol Oceano propior, finemq́; labori*
Attulit Argiuis. hiq; in ſua quiq; reuerſi
Mactauere boues tentoria, cocta parantes
Ad poſitos ignes ſperatæ fercula cœnæ.
Præcipuè cum dulcis adeſſet copia uini,
Nauibus aduecti plenis è diuite Lemno.
Euneus rex Lemni. *Miſerat hæc Euneus Iaſonides, generoſæ*
Filius Hypſipyles: ſpeciatim miſerat idem
Mille cados temeti, gratiſſima dona, duobus
Fratribus Atridis, tibi maxime rex Agamemnon,
Et Menelaë tibi. uario tum munere Graij
Dulcia uina alijs mutantes rebus emebant.
Aera dabant alij, quidam ſplendentia ferri
Munera, taurinis corijs hi, plurima bobus
Turba datis: alij prædas ex hoſte receptas
Mutantes uino, ſibi pocula grata parabant.
Atq; ita per totam uacuantes pocula noctem,
Et patinas, Danaï conuiuia læta trahebant.
Contrà epulabantur ſacra intra mœnia Troës
Cum ſocijs, quibus ipſe uolens male Iuppiter illa

N *octe graues miſit per fulmina crebra pauores.*
S *ic pauidi, attonitiq́; ſolo crateras Iaccho*
P *lenas fundebant, nec dulcia uina bibebant,*
A *ntè Ioui quàm libaſſent, tam dira minanti.*
T *um potu atq; cibo ſatiati, nota petebant*
A *tria, capturi membriſq́; animiſq́; quietem.*

ILIADOS HOMERICAE LIBER OCTAVVS.

E T *iam prima nouo terras Aurora reuiſens*
L *umine luſtrabat, croceos nitidiſſima uultus,*
C *onciliū cogit diuûm pater atq; hominū rex,*
Q *ua ſuprema ſita eſt ſtellantis regia cœli.*
O *mnibus hic tacitis, tum ſic eſt Iuppiter or-* *(ſus*
C *cœlicolæ magni, quicunq; huc diiq; deæq;*
V *eniſtis, capite hæc animis, & diſcite toto*
P *ectore, quæ dicam, quæ me depromere certa*
M *ens ratione iubet, quibus hauſtis auribus æquis*
N *emo ſit è uobis qui contradicere uerbis*
A *udeat, is fuerit ſeu mas, ſeu fœmina, uerum*
P *areat, & mea dicta probet, ne fortè uolentem*
I *mpediat, quæ nunc nulla mutabilis arte*
P *erficere eſt animus: quemcumq; ex ordine ueſtro*
A *uxilio Danaûm' ue armis, Troûm' ue profectum*
A *udiero, uel ego hunc deformi uerbere cæſum*
R *idendum ſuperis, & in hæc mea regna remittam:*
A *ut hinc ad Stygias Plutonia regna paludes*
D *etrudam, qua uaſta patent immanis abyſſi*
T *artara, qua duro ſtant portæ adamante reuinctæ,*
F *erreaq; Eumenidum tam longè tecta ſub imis*
D *iſſita terrarum, quàm longè hinc reſtat eundum*
I *n terras ſpacium. uoſq; hac ratione ſcietis,*
Q *uàm ſim uos inter longè fortiſſimus omnes.*

ἠριγένεια matutini temporis.

Iouis ad deorum concilium oratio.

Portæ adamantinæ apud inferos
Fecit hunc locū ſuū Virg. adiiciēdo, Bis patet in præceps tantum, tenditq; ſub umbras, &c.

Quare agite, ut mea dicta omnes uera eſſe ſciatis,
Aurea reſtis. Efficite è cœlo dependeat aurea reſtis,
Quam cuncti manibus prenſantes dijq; deæq;
Detrahite in terram ſuperis me ſedibus unum,
Vanus & ille labor uires fruſtrabitur omnes,
Vanus & is conatus erit, ueſtra irrita uirtus.
At mihi ſi libitum fuerit, uos deſuper omnes
Solus ego in terras & in æquora uaſta, prǣhenſo
Fune traham, facili conamine, & abſq; labore.
Idem ego ſi cupiam, ſurſum huc trahere omnia poßim,
Ad ſummas cœli partes huc reſte ligata:
Tantum homines ſupero propria uirtute, deosq;.
Iuppiter hæc: intra ſe longa ſilentia diui
Continuere omnes, reputantes mentibus altis
Acria dicta Iouis. tandem alta ſilentia rumpens
Talibus alloquitur genitorem cæſia Pallas.
Pallas Ioui reſpondet. O pater altitonans Saturnie, maxime regum,
Nos quoq; compertum non diſſimulanter habemus,
Quàm ſit in omnigenis tua magna potentia rebus,
Quàm longè ſuperes alios uirtute: ſed ægris
Nos animis alij clades ſpectamus Achiuûm,
Quorum tot latis cumulari funera campis,
Et cadere indigna tot corpora morte uidentes,
Ipſorumq; uices & triſtia fata dolemus.
Nunc quia tu prohibes ſuffragia ferre relictis,
Auxilioq; leuare uiros, nos bella ſinemus
Qualiacunq; gerant, nec nos miſcebimus armis.
Sed ſi conſilijs egeant, & noſtra requirunt,
Pace tua dabimus quæ poſſumus omnia, prompta
Rebus in afflictis, ne te auerſante relicti
Omnes intereant. cui talia uerba loquutæ
Iuppiter Palladi. Iuppiter arridens: Animo mea filia forti
Eſto, inquit, confide, feres quæcunq; petiſti.

Nam

N am tibi gratificari animo ſententia certa eſt
F ixa meo. Sic dixit, & ad iuga ſplendida currus
I ungit equos celeres, & comptis crinibus auro
Iouis equi.
I nſignes: mox arma manu capit aurea, circumq;
I nduit ipſe ſibi, tum longæ uerbera uirgæ
Iuppit. curru uectus de cœlo in Idã deſcendit.
A uro interſectæ forti capit aurea dextra,
I n currum inſiliens, & equorum terga flagellis
P ungit agens, celeriq; iubet properare uolatu.
I lli inter cœlum medij terramq; uolabant,
A ëra ſcindentes, & inanes curſibus auras,
D onec ad arboribus denſam frondentibus Idam,
F œcundamq; feris, ad ſummi culmina montis
(G argara uoce uocant) ubi templum illi, ara, nemusq;
R elligione patrum longa ſacrata manebant.
Q uò poſtquam peruenit, abactos curribus altis
S oluit equos, denſoq; ſuper contexit amictu
F umantis nebulæ: tum ſummi in uertice montis
I pſe ſedens, ſacræ ſpectabat mœnia Troiæ,
Iuppiter ex Ida Troiam & caſtra Græcorum ſpectat.
C aſtraq; Graiorum, ſtanteſq; in littore naues.
E t iam tempus erat, dapibus menſiſq; remotis
D iſcurrunt ſua quiſq; petens tentoria, bello
A rma reſumentes, ſe quiſq; nitentibus armis
O rnantes Danaï: nec ſecius arma petebant
Armantur utriq; exercitus.
S umebantq; Phryges, quamuis tot ab hoſte redacti
A d paucos, duri tamen in certamina Martis
N on timido uenturi animo, cogentibus ipſos
C aſibus extremis, defendere ab hoſte potenti
P ignora, & uxores, caroſq; à morte parentes,
C ognatoſq; alios. patefactis ergo repente
L iminibus portarum, ex urbe tot agmina curſu
E t pedites equiteſq; ruunt in plana citato
Ae quora camporum: quæ poſtquam ex ordine ſtantes
V træq; tenuere acies, infeſtaq; telis

T *ela repercuſſis ſonuerunt ictibus, haſtis*
H *aſtæ inſultantes, & ſcutis ſcuta uiciſſim*
H *ærerent condenſa, uiro uir, pes pede preſſus,*
A *rmaq; multiplici longo clangore ſonarent,*
T *um uires patuere, & fortia pectora bello,*
A *tq; animi, quos quiſq; ſuo ſub pectore ferret.*
Confligunt acies.
H *ic fremitus gemitusq; uirûm ſub marte cadentum*
S *anguineo, & clamor uincentum lætus ad auras.*
I *amq; graues fuſo currebant ſanguine riui,*
P *lurima iam creſcens miſcebat corpora ſtrages*
T *roianis Danaiſq; cadentibus undiq;, ab ortu*
Anceps uictoria.
S *olis ad uſq; diem medium uictoria curſu*
S *tabat in ancipiti. ſumpta tum Iuppiter aurea*
Libra Iouis aurea Virg. tranſtulit. Macrob. 5.
I *n manibus libra, diuerſaq; fata duorum*
L *ancibus imponit populorum, hinc Dardanidarum,*
H *inc Danaûm, mediam librans ubi traxit in altum*
I *ma petit fatum Danaûm, terræq; reſedit*
S *icut erat fixum: Troûm cœleſtia uerſus*
A *ſtra ferebatur. Sic poſtquam Iuppiter illum*
F *atalem eſſe diem Danais cognouit, ab Ida*
Fulmen in Græcos mittit Iuppiter.
F *ulgure terribili fulmen tonitruq; coruſco*
M *iſit in Argiuos: quo fortia pectora nuper*
A *ttoniti, & ſtupefacti omnes in caſtra redibant,*
V *t non Idomeneus, non ipſe maneret Achiuûm*
A *rbiter Atrides, nec item duo fulmina belli*
A *iaces: ſolus remanebat ad agmina Neſtor,*
C *uſtos Graiugenûm. ſed enim nec & ille manebat*
S *ponte ſua: fugiſſet enim, reliquoſq; ſequutus*
C *aſtra reuertiſſet: ſed equo tardante moratus,*
V *ulnere percuſſo teli, quod fortis ab acri*
M *iſit Alexander tormento, quod ſtetit alta*
I *n ceruice tremens, primarum in parte iubarum,*
Q *ua locus eſt morti iumentis proximus atræ.*

Saucius

S *aucius ergo iugum ſonipes dum concutit, & ſe*
V *ulneris impatiens in crura attollit, habenasq;*
E *xcutit è manibus domini, dum lora reſcindens*
E *nſe ſecare parat ſenior, quibus ille quadrigæ*
I *unctus erat, iam uectus equis uolitantibus Hector*
V *ictor adeſt, Danaûm fugientia pone ſequutus*
A *gmina, fortè loco ferus oppreßiſſet eodem* — *Neſtor periclitatur.*
N *eſtora, nì uocem bonus inclamaſſet* Vlyſſem
T *ydides·* *Laërtiada conſultor* Vlyſſes,
Q *uò fugis hinc præceps? quid terga fugacia uertis?*
C *eu de turba aliquis uecors. num uulnera tergo*
A *ccipies? ſed ſiſte fugam, retroq; reuertens*
A *ffer opem, dum formidabilis* Hectoris *arma*
A *ſene propulſemus, & ipſum in tuta locemus.*
S *ic ait. aſt horum nihil exaudiuit* Vlyſſes,
P *ræpropero curſu naues tendebat ad altas,*
N *on ſecus ac prius inſtiterat. nihilominus ipſis*
(Q *uanquam ſolus erat*) Diomedes *ſe inſerit armis*
P *ugnantum ante alios, &* Neſtoris *ante iugales*
C *onſtitit, his hominem uerbis affatus amicis·* — *Diomedes Neſtori.*
O *ſenior, cui multa negocia ſæpe faceſſunt*
E *xperti bello iuuenes, nunc iſta ſenectus*
T *e tua deſtituit, uiresq; exhaurit in ægro*
C *orpore, nunc etiam comites te pectore tardi,*
E *t pedibus remorantur equi. nunc ergo relinquens*
H *unc currum, conſcende meum, ſimul experieris*
Q *uales ducat equos* Troia *inclyta, quos ego nuper*
Ae *neæ eripui, quàm ſint in bella feroces,* — Aeneæ equos Diomedes eripuit.
Q *uàm celeres ualidiq; equites. nunc ergo petentes* — Equites pro equis.
I *bimus aduerſum* Troas, *tum ſentiet* Hector
Q *uàm forti torquere manu iacula omnia poßim.* — *Diomedis currũ Neſtor aſcendit.*
S *ic ait. at* Neſtor Diomedis *dicta faceſſens*
A *pprobat, in currum aſcendens: Stheneloq; remoto,*

Ipſe

I pſe ſubit, uacuam ſiquidem tenuere quadrigam
C um Sthenelo bonus Eurymedon: Neleïus heros
A urigæ officium, Diomedes arma gerebat,
V ibrabatq; manu. iamq; obuius egerat ipſis
H ector equos, iam ſe expediens infeſtus in hoſtem
I pſe ferebatur, quem Tydei filius haſtam
M iſit in aduerſum: ſed inanis ab Hectore magno
V enit in aurigam (Thebæi hic filius alti
E niopeus erat) cui pectus adegit, & intra
M ammillam ſtetit acre tremens in uulnere ferrum. — *Hectoris aurigam Diomedes occidit.*
Q ui moribundus equos, & quæ pauloantè regebat
F rena manu linquens, animaq; abeunte ſupinus
E xcidit è curru, pauidoſq; hac ipſe ruina
I nde auertit equos. dolor Hectora magnus habebat
A miſſi aurigæ: qui ſe mox proripit iſtinc,
I nquirens alium qui frena gubernet equorum,
E t moderetur equos, qui iam rectore carentes
N il poterant. Iam nactus erat quem crederet Hector
E t curſus moderari, & equos compeſcere frenis, — *Alium aurigam currui imponit Hector.*
I phitiden Archeptolemum, quem curribus altis
P ræficit aurigam, tunc magna ibi facta fuiſſet
P ernicies, ſtrageſq; uirûm promiſcua Troum
E t Danaûm, clauſi cum Troës in Ilio alto
S icut oues, pauidiq; latent ſub matribus agni,
N i pater ipſe hominum diuûmq; hoc eſſe futurum
P roſpiciens, purum miſiſſet ab æthere fulmen — *Aliud fulmẽ mittit Iuppiter Græcis contrarium.*
T errifico ſonitu, Diomedis ob ora ſuperbi.
C uius ab ignito perculſi lumine, currum
Ae ripides quatiunt, & tinctas murice habenas
N eſtoris è manibus rapiunt. quo territus ille
O ſtento: Tydide (inquit) conuerte retrorſum — *Neſtor fugam ſuadet.*
E t currus, & equos, naues fugiamus ad altas,
A duerſo Ioue, nonne uides, quia nulla ſuperſit

Spes

S pes bona? nemo poteſt uirtuti obſiſtere diuûm, "
Q uantumuis ualeat, quantouis robore præſtet. "
I lle hodie hoc belli decus eſt laturus in hoſtem:
I llud idem nobis poſt, ſi uolet ipſe, rependet.
Reddidit huic contrà Diomedes uoce canorus. Diomedes Neſtori.
V era quidem (fateor) nobis nunc omnia narras,
C are ſenex: ſed ut hæc faciam, dolor urit acerbus
H unc animum, retrahitq; pedes pudor, iraq; mentem
E xtimulat, quando hæc olim mea facta loquetur
I mprobus, & ſeſe iactabit Troibus Hector,
T ydiden fugiſſe ſuæ formidine dextræ
P erculſum, ſeq; ad naues hunc uſq; ſequutum.
H æc ubi iactabit, mihi tum patefacta dehiſcat
T erra uelim, Stygiasq; adeam non mortuus umbras.
R ettulit huic Neſtor reſponſa Gerenius iſthæc.
H ei mihi magnanimi Tydei fortiſſime fili, Neſtor Diomedi.
Q ualia nunc loqueris? Quod ſi te forſitan Hector
I mbellem timidumq; uocet, quis credere poſſit
T roum, Dardanidûm'ue, aut omni Troïadarum
D e numero? quarum tot ſtraueris ipſe maritos.
H is dictis auertit equos, currumq; retorſit, Fuga Diomedis.
I nſanum cupiens belli uitare tumultum.
T um Troës reparati animis, tum feruidus Hector
T ela intorquentes, fugientum terga ſequuntur
T erribili ſonitu. ante alios fortiſſimus Hector
H orrendum clamans, hæc eſt probroſa loquutus.
T ydida, ante alios quem nuper honore ferebant Hector Diomedi exprobrat.
E ximio Danaï, quem prima in ſede locabant,
E t potiore cibo uenerati, & pocula uino
P lena & prima dabant, poſthac priuabere tantis
L audibus, ab generoſo animo delapſus, ad iſtam
P enè puellari trepidam formidine mentem.
E ffuge, abi, ferto hinc oculos tam torua tuentes:

N am nec, ut optabas, tibi noſtra intrare licebit
M œnia, nec pulchras hinc aſportare puellas:
Q uin potius tibi ego ipſe malum dabo. talibus Hector
E xprobrabat agens uerbis Diomedea fortem.
T ydides duplici turbatus pectora cura,
R etro'ne uertat equos, redeatq; in prælia pugnans,
T er cura hæc animum ſubijt, ter magnus ab Ida
I uppiter intonuit, terrens, ne uertere retro
A uſit equos, Teucris uicti decora inclyta belli
S e dare ſignificans. ſucceſſu animoſior iſte,
V oce manuq; ſuos hortatur & increpat Hector.
Hector ſuos hortatur, læ tus ſucceſſu. M agnanimi Troës, Lycijq;, & Dardana pubes,
N unc nunc eſte uiri, nunc illas promite uires,
Q uas prius, & uictum ſæpe oſtendiſtis in hoſtem.
A gnoſco propenſum animum Iouis altitonantis
I n mea uota dari: noſtra eſt uictoria, noſtrum
H oc decus, hæc bello nos gloria parta ſequetur:
E xitium Danais certum cladem'q; minatur.
S tulti, qui tales circum naualia muros
C ondiderint, turresq; & foſſas inſuper altas
A ddiderint, infirma, & nullius omnia curæ,
Q uæ uel ab exigua nequeant mea parte morari
R obora. nam facili foſſam conamine ſaltus
T ranſgredientur equi: quò poſtquam euaſero uictor,
Minatur incendium nauiũ Hector. A ttigeroq; cauas naues, tum proximus ignem
Q uiſquis erit, flammasq; manu, ſtuppasq; miniſtret,
S ubdita ut undiuagas paſcant incendia naues,
E t fumo inuoluam Danaos, cædamq; cadentes,
L ymphatos atræ ſubita caligine noctis.
Equos hortatur. H is ſocios hortatus, equos quoque fatur ad ipſos.
X anthe uolans agedum, præceps in crura Podarge,
Nomina equorum Hectoris. A ëripes Aethon, curſu ualidiſſime Lampe,
N unc mihi pro potu atq; cibo perſoluite grates,

E t cura, qua nos toties paſcitq; fouetq;
C oniux Andromache, magni genus Eëtionis.
I lla prius uobis dulces apponere fruges
C onſueuit, uinumq; manu miſcere bibendum — Vinū equis.
C ornibus infundens, quoties tulit ipſa uoluntas,
Q uàm mihi, qui dicor tamen ipſius eſſe maritus:
S ed nunc feſtinate ſequi, ſi fortè præbendam
N eſtoris ingentem clypeum, quem plurima fama eſt — Neſtoris
E x auro totum conflatum eſſe intus & extrà: — clypeus.
E x humeris uero Diomedeos armipotentis
E ximium thoraca feram, quem dædala fingens — Thorax
V ulcani manus artifici uirtute peregit. — Diomedis.
H os ubi ceperimus, ſpes eſt mihi certa ſub iſthac
N octe profecturos Danaos cum nauibus omnes.
S ic ait. exultans animo lætiſsimus Hector.
Q uæ Iuno indignata, throno ut conſedit in alto,
I ngentem motu ſecum concuſsit Olympum,
A tq; ita Neptuno, contrà tum fortè ſedenti.
O facinus Neptune indignum, nulla tuum'ne — Iuno Neptū
A ut animum ſubit ira, aut commiſeratio Graiûm, — num allo-
H ectore ſub ſæuo tam diro Marte cadentum? — quitur.
Q ui te muneribus tantis uenerantur ad Aegas,
A tq; Helicen, quos uictores ſæpe eſſe uolebas.
S i quotquot Danaïs diuiq; deæq; fauemus,
A rma repellamus Troum, tum Iuppiter ira
P ercitus, excelſa forſan remanebit in Ida,
I n qua nunc ſedet, atq; omnes nos ipſe timebit.
S ic ait. ille graui ſuſpiria pectore ducens,
O Iuno, quæ nil metuis, quæ uerba loquuta es? — Neptunus
I pſe'ne nos, quosuis'ue alios contendere diuûm — Iunoni.
C um Ioue conſuluiſſe queam? qui fortior unus
O mnibus eſt, quotquot cœleſtia templa tenemus.
T alibus inter ſe dum fallunt tempora dictis,

Interea

Interea quicquid fuit uſq; à turribus altis
Ad naues ſpacij, totum hoc atq; omne recepto
Milite complerant Danaï, denſiſq; frementum
Quadrupedum turmis, ſic undiq; ab Hectore clauſi,
Hectore, qui Martem grauibus referebat in armis,
Cui decus hoc ingens tribuit Iouis alma uoluntas.
Ille etiam naues flamma incendiſſet Achiuûm,
Subiectá, ſi non Agamemnona regia Iuno,
Hortantemq; ſuos, atq; acria bella cientem,
Miſiſſet properè ad naues, unde ille morantum
Accendens clamore animos, reuocaret ad arma.
Purpureum ille manu peplum, longéq; refulgens
Concutiens uelum, nauem conſcendit Vlyſsis
(Hæc etenim media fuerat regione locata
Inter & Aiacis Telamonis, atq; inter Achillis,
Hi namq; extrema naues ſtatione tenebant)
Atq; ita per totas reſonanti uoce cohortes,
In dextram læuamq; acies clamore replebat.

Incluſi ab Hectore Græci intra munimenta.

Signum manu extulit Agamemnon.

Num pudor ô Danaï? num ueſtras turpia mentes
Iſthæc probra mouent? ſpecieq; & nomine tantum
Mirandi, uos præcipue ſine rebus habentes
Nomina uana ducum: quò nunc recidere ſuperbis
Verba olim iactata animis, quæ regna tenentes
Lemnia, ſparſiſtis ſæuarum plena minarum
Nubila uerborum; cum plenæ ad fercula cœnæ
Terga uoraretis taurorum ingentia, rectis
Cornibus armatorum, & cum dulciſsima raptim
Vina coronatis crateribus ebiberetis:
Tum ueſtrum centena dari ſibi corpora Troum,
Aut ducena (manu quæ ſterneret) optabatis
Quiſq; parem bello tot ſe ratus eſſe futurum.
Nunc non ſufficitis contra unius Hectoris arma
Tales totq; uiri, qui noſtris protinus ignem

Agamemnõ ſuos hortatur exprobrando.

Nauibus

N auibus inijciet, lateq; incendia ſparget.
I uppiter omnipotens, quem regum talibus unquam ἀποστροφὴ
C ladibus affectum, riſum probrumq́; tuliſti ad Iouem.
H oſtibus eſſe ſuis? cui tantum uiſus es unquam
E ripuiſſe decus, quod certo fine futurum
P erſuaſit mihi dextra fides, tua numina ſupplex
T uricremas quoties ego ſum ueneratus ad aras,
I n tua templa ferens magnorum terga iuuencûm,
A rdua me ſperans capturum mœnia Troiæ.
V erum age ſumme deûm, nunc gratificare roganti,
H oc mihi præſentis Danaos à clade ruinæ Oratio.
E ripe, ne Troum domiti uirtute ferantur.
T alibus orantem, lachrymasq; in uota cientem
A udijt, auguriumq; alto demiſit Olympo,
S ignificans non hac perituros clade, nec eſſe
H oc Danaïs fatale malum. Nam præpes in alto
C eruinum rapuit pedibus Iouis armiger uncis Aquila hin
H innuleum, circumq́; uolans demiſit in aras, nulum rapit, dextrũ
Q uas ſacras ſtatuere Ioui Pelopœa iuuentus. Græcis ſi-
A ugurium Danaï mox agnouere profectum gnum.
A b Ioue: tum noua pectoribus, tum firma reſumptis
R obora concœpere animis, conuerſaq́; retro
R urſus in urgentes uertebant agmina Troas.
H ic licet innumeri qui retro ſigna referrent,
P ugnarent Danaûm, tamen omnes fortibus armis
A nte ferebatur Diomedes, primus in hoſtem
E xiliens tranſmiſit, equis curruq́; citato,
E t foſſam uallumq́; & cinctas aggere turres,
A tq; hoſtem retro procul à naualibus egit.
F ortè fuit præſtans uirtute & robore Troum
P hradmonides Agelaus. is ut fugientia retro
T erga dabat, iaculo cecidit Diomedis acuto, Diomedes Agelaum
T erga per intorto, per & intima pectora adacto conficit.

N Inter

Inter utrunq; humerum: quo uulnere uictus, ab altis
Curribus in terram cecidit procul arma dedere
Ingentem ſtrepitum. duo poſt Diomedea *fortem*
Atridæ, Menelaus, *& armipotens* Agamemnon,

IX Græcorũ præſtantiſsimi poſt Achillem.

Ardentes animis, armiſq; in bella ruebant.
Inde duo Aiaces, *ingenti robore fulti*
Pectora: poſt hos Idomeneus, *huiuſq; miniſter*
Meriones, magno ſimilis fera pectora Marti.
Eurypylus ſubit his, Euæmonis *inclyta proles.*
Teucer nonus erat, qui tela ferebat, & arcum
Intentum neruis: hic magni fortia fratris

Sub ſcuto Aiacis latens Teucer, feriebat quos deſtinauerat.

Subter ſcuta latens, quo ſubducente frequen ter
Ingentem clypeum, feriebat cominus haſta
Quem uoluit. ſed quos feriebat, protinus omnes
Occidit, pòſt ſeſe iterum ſub ſcuta recepit.
Ut puer, accurrens ſub caræ pallia matris:
Sic Teucer *clypeo* Telamoni *tectus amico,*
Quem primum ferijt Troum, *quem perculit arcu?*

Quos Teucer perculerit.

Orſilochum primum, pòſt Ormenon, *inde* Opheleſten,
Dæteráq;, Chromiumq;, *& diuinum* Lycophontem,
Et Polyæmoniden Amopaona, *tum* Melanippum,

Lucretianũ.

Omnes accumulans terraĩ frugiferaĩ.

Hunc ita conſpiciens perturbantem agmina Troum
Maximus Atrides *adit, & ſtans, talia fatur*

Agamemnõ Teucrũ hortatur, & promittit munera, &c.

Teucer amice, caput carum mihi, ductor honeſtæ
Militiæ, ſic perge hoſtem turbare ſuperbum,
Sic inceſſe manu, teliſq́; frequentibus urge,
Sic te oſtende tuis, aliquod ceu lumen obortum
His uelut in tenebris, rerum & diſcrimine tanto,
Patri gratus ob hæc Telamoni *facta futurus,*
Qui puerum teneris tete enutriuit ab annis,
Suſcepitq́; domo, meritiſq́; ingentibus auxit:
Quanquam legittima non ſis genitrice creatus.

Ipſe ego, ſi reditum mihi Iuppiter ægida quaſſans,
Et Pallas ueneranda dabunt, & Pergama bello
Excidero, tibi polliceor ſatis ampla daturum
Munera: primus eris poſt me cui præmia larga
Digna feram dextra, tripodem'ue, duos'ue iugales
Cum curru, aut aliquam te dignam coniuge nympham
Quæ iucunda tuo poßit dare gaudia lecto.
Huic ita reſpondens Teucer Salaminius *infit.*
Inclyte rex regum Atrida, cur talia agentem
Sponte mea, nunc ſollicita me uoce precaris?
Et uelut abiectis ceſſantem turpiter armis
Extimulas? nec enim quicquam mihi parte relictum eſt
Ex aliqua, quod noſtra queat præſtare facultas.
Ex quo etenim uerſo nos marte repellere Troas
Cœpimus à caſtris, quotquot directa fuerunt
Ex arcu hoc mihi tela, tot his hoſtilia ſtraui
Corpora, quæ certe bis quattuor ipſa fuerunt,
Omnes egregios bello, primosq; uirorum.
Hunc autem ſtrauiſſe canem, rabidumq; ferumq;
Non datur, aut aliqua poſſum ratione ferire.
Hæc ubi dixiſſet, celerem de more ſagittam
Impoſuit neruo: quam ſicut in Hectora *miſit,*
Sic ſpe falſus erat. nec enim peruenit ad ipſum,
Auerſum iaculum, ſed Gergythiona ſub ipſo
Pectore percußit, forma & uirtute ſuperbum,
Quem Priamo *peperit pulcherrima Caſtianira,*
Ex clara Aeſymo quam duxerat ipſe, deabus
Adſimilem forma: † *Qui ſicut molle papauer*
Pubeſcens horto in uiridi, quod ab imbre grauatum
Demiſit caput, in ſcapulas humerumq; reclinans.
Ergo aliud iaculum contorſit in Hectora Teucer,
Atq; iterum ſpe fruſtratus (nam auertit Apollo*)*
Non hunc quem uoluit, ſed telum in pectore fixit

Teucer Agamemnoni.

Hectorem dicit.

Suo more ad leuandũ tædium narrationem iucundam immiſcet.

† Comparatio elegans quæ πάθος habet. Virg. in Pallante imitatus eſt.

M agni Archeptolemi, durum in certamen euntis,
H ectoris aurigæ. curru mox ille ſupinus
C um caderet, pauor egit equos diuerſa petentes,
I am currum quatere, & plantas attollere in altum.
H ector ob amiſſum confuſus pectore fidum
A urigam, tamen hunc ſtratum tellure relinquens,
C ebrionem fratrem, ſtantem propè, iuſsit habenas
S uſcipere, & currum moderari. is iuſſa capeſſens
Hector in P erfecit, trux ipſe minis, atq; efferus ira
Teucrū. D eſilit è curru, raptoq; è puluere ſaxo
I ngenti, cupiens atræ demittere morti
T am malè de ſeſe meritum: mox Teucer ab īma
E ducens pharetra telum, librabat ad ictum,
I mponens neruo. cum talibus inclytus Hector
I ntentum curis, retro & curuata trahentem
C ornua, iuncturamq́; manus confregit, & arcum
P ercutiens ſaxo, atq; humeros & pectus (ubi ictus
L etiferi ſunt præcipuè) ſed rupit & arcum.
I n genua ille cadens terræ ſe acclinat, obortis
A nte oculos tenebris: manibus cecidere remiſsis
E t iacula, atq; arcus. Sed enim non immemor Aiax
F raterni caſus, citus aduolat, atq; iacentem
Aiax Teu- P rotegit obiecto clypeo, & tutatur ab ictu.
crum pro- A ſt illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
tegit. D efectumq; animo, grauiterq́; dolore gementem,
P ictas ad naues humeris in caſtra reportant.
H ic iterum uires immiſit in agmina Troum
Cedunt ite- I uppiter, & retro Danaos ad caſtra coëgit
rum Græci. C edere: quos ardens animis, & uiribus Hector
C onfiſus, toto fugientes æquore campi
V rget agens. ut ſæpe canis uenaticus olim
Cōparatio. S ylueſtrem ſectatus aprum, rapidum'ue leonem
M ordicus arreptum retro trahit, ipſe uolantum

Confiſus

C onfiſus uirtute pedum, nunc ilia morſu
P erſtringens, nunc extremis in clunibus hærens
P oſteriora feræ carpit: ſic Hector Achiuûm
E xtremos quoſq; interimit. iamq́; agmine toto
C um fugerent acti, ſubiti formidine Martis
T ranſcendunt foſſam, munitumq́; aggere uallum.
P luribus amiſsis, poſtquam ad tentoria uentum eſt,
S iſtunt inde gradum, tum ſeſe in bella uiciſsim
H ortantes acuunt, tunc omnia numina diuûm
S ublatis cœlo palmis in uota uocabant.
A t quócunq; alacres currus conuerteret Hector,
Q uocunq; obuertiſſet equos, ſimul omnia luſtrans, Hector terribilis omnibus.
A ſsimilisq; oculos & Gorgonos ora Meduſæ
E ſſe uidebatur, gaudenti aut ſanguine Marti.
Q uæ dea conſpiciens miſerata eſt cándida Iuno.
E rgo his alloquitur ſtantem prope Pallada uerbis.
O ueneranda Iouis ſupremi filia Pallas, Iuno Palladi.
N um ſcelus indignum moueat nos? hoc' ne feremus?
E rgo' ne nunc Danaos in ſumma pericla redactos
D eſerimus? nec opem miſeris nunc ferre licebit,
V nius oppreſsis uirtute & robore forti
H ectoris. hic etenim mala tot pereuntibus infert
S olus, & affligit pluſquam crudelibus armis.
H uic dea glauca oculos uerbis reſpondit amicis. Pallas Iunoni.
P onet & ille animos, duraq́; ferocia mentis
R obora, qui Danaos tantis nunc cladibus urget,
A tq; horum manibus quos nunc populatur Achiuûm
I n patria cadet ipſe ſua. Sed iniqua uoluntas
M e patris abſterret, ſemper contraria noſtris
C onſilijs, meritorum etiam nunc ille meorum
I mmemor, Alcmena quoties Minyatide natum
R ege ſub Euryſtheo tolerantem mille labores Hercules.
E ruerim bis mille modis, delapſa per auras

Ae thereas: quoties erumnis ille grauatus
I mplorabat opem, toties me Iuppiter illi
A uxilio demiſit, & erumnis educere iuſsit.
Q uod mihi ſi præſaga horum mens fortè fuiſſet,
N on Acherontæas duce me penetraſſet ad undas,
T raxiſſetq́; canem cuſtodem Ditis auari:
N on Stygias liquiſſet aquas: non exoluiſſet
D uras Plutonis, adamantina uincula, portas.
S ic meritam nunc me durus pater horret, & odit,
V t Thetidi placeat, quæ nunc ipſius utrunq;
E ſt complexa genu manibus, barbamq; comantem,
H oc læua, hanc dextra, ſupplex ut honoret Achillem
F acta Ioui: ſed & exorauit. at ipſa futurum
A uguror, ut ſibi me dilectam Pallada dicat
R urſus egens operæ. ſed tu nunc ito iugales
I nſtrue, donec ego Iouis atria ad alta profecta,
I llic depoſitis fulgentibus induar armis
I pſius, ut uideam ſi gaudeat Hector euntes
I n bellum nos conſpiciens, Danaisq́; ferentes
A uxilium: cæſus tum ſi quis ab agmine Troum
P aſcere poſsit aues inhumata ad membra uolantes,
C arniuorosq́; canes, conuiuia talia amantes.
H actenus hæc Pallas, quibus annuit inclyta Iuno,
E t ſimul aptat equos, & in aurea frena reuincit
I uno ſumma deûm, Saturni filia magni.
T um Iouis in ſolio ueſtem dea multicolorem
D epoſuit, peplumq́; decens, quæ plurima texens
F ecerat ipſa ſuis manibus: ueſtemq́; uirilem
I nduit ipſa Iouis, ſimul omnibus omnia membris
A rma ſuis aptans, quibus ille in prælia iturus
I nduitur, ſic ueſte nitens, ſic arma coruſcans,
A rdentem fulgore & aheno lumine currum
I nſilit, ipſa ardens iraq́;, animiq; dolore.

Pallas Iouis ueſtes et arma ſibi induit.

Tum

T um ualidam grandemq; manu dea corripit haſtam,
Q ua ſolet Heroas proſternere, quando dolore
I ra animum ſtimulat iuſto. cui regia Iuno
S eſe addens comitem, uelocia terga flagellis
P ungit equûm. poſtquam portarum ad limina uentum eſt,
Q uæ ſeruant Horæ, toto notiſsima cœlo,
S ponte ſua patuere fores, ſonitumq; dedere
I ngentem. his omnis commiſſa eſt cura duabus,
S iderei cœli nigrantes altera nubes
R ebus ut inducat, reuocatas illa reducat.
H as igitur portas per equis uolitantibus ibant.
C um ſubito ecce ipſas alta proſpexit ab Ida
I uppiter: hoc etenim iamdudum in monte ſedebat:
A uricomam pennis uocat ad ſe protinus Irim.
I ri uola, fuge, uade (inquit) reuocáq; uolentes
L ongius ire, retro, ne bellum fortè capeſſant,
N e'ue mihi occurrant: nec rectè in prælia mecum
D eſcendent. nec enim res hæc erit utilis ipſis.
N unc etiam edico, quod ni mox iſta iubenti
P aruerint, ego, ſicut erunt in uincla coacti
M embra caballorum frangam, de curribus ipſas
D eijciam, & ſellas immundo in puluere ſternam
P ræcipites. quod ſi perſtrinxero fulminis ipſas
A fflatu, tum facta illis bis quinq; per annos
V ulnera, uix poterunt medicas curare per artes,
V t uideat quid ſit patri contendere Pallas.
N on etenim Iuno tantam mihi commouet iram.
S emper enim grauis illa mihi eſt, ſemperq; reclamat
I uſsis illa meis, aura mutabilis omni.
I uppiter hæc. alta aëripes uolat Iris ab Ida,
N ubila regna petens, & ſummo proxima Olympo.
I llic nacta Deas inuenit ad ardua cœli
L imina portarum, quarum ſic obuia curſus

Haſta Palladis heroum interemptrix.

De his ſupra lib. 5.

Iuppiter ab Ida Iunonē & Pallada proſpicit. Iris mittitur.

C ontinuit: tum magna Iouis mandata peregit.
Iris Iunoni & Palladi. Q uõ tandem, quò uos Diuæ rapit alma uoluntas?
Q uæ uos tanta animi ueſania cœpit, ut auſæ
S itis opem Danaïs laturæ excedere cœlo?
N on hæc ipſe ſinet ſummi regnator Olympi.
N unc etiam uobis hæc triſtia facta minatur,
I unctis ad currum ſuffringet crura caballis,
P ræcipites rheda uos deturbabit ab alta,
E uertetq; rotas, & ſellam deſuper ipſam.
V os ſi contigerit uiolenti fulminis ictu,
V ulnera uix decimo uos iſta abolebitis anno,
V t diſcas quid ſit patri contendere Palla.
N am neq; Iunoni ſic ſuccenſere uidetur,
Q uod iuſſis parêre ſuis nunc illa recuſat:
Facile facit, quod ſemper facit. Q uòd ſemper faciat, factu hoc minus eſſe moleſtum.
S ed tibi ſuccenſet, tibi plus iraſcitur, auſæ
T elum ferre Iouem contra letale parentem.
H æc effata, cito pede diſcolor auolat Iris.
T um Iuno paucis affata eſt Pallada uerbis.
Iuno Palladi. H eu Pallas, quàm nunc nos fata indigna morantur
A b Ioue, qui nos cauſa hominum decernere bello
N on ſinit, & ſumptis iam nunc deterret ab armis:
C uius ad imperium nobis perêre neceſſe eſt,
E t ſua fata hominum generi permittere, quorum
›› V t ſua quemq; feret ſors, uixerit, occiderit'ue.
Q uando illi eſt libitum, permixtos Troas Achiuis,
I llos uincere, & hos uinci: nos iſta ſinamus,
›› Q uàm uolet ipſe diu. ualeat Iouis alma uoluntas.
H æc effata, retorſit equos, quos curribus Horæ
Horæ Iunonis famulæ. S oluentes, præſepia ad alta & plena ligarunt
A mbroſiæ, bigamq; ad limina prima reclinant.
T um Iuno & Pallas nitidis in ſedibus ambæ
E x auro, cœtu diuûm ſtipante ſedebant,

Sub

S ub tacito triſtes uoluentes pectore curas.
H is ita ſollicitis, Ida uenit ecce relicta
I uppiter, in cœlum curru fulgente reuerſus.
A quo dum Neptunus equos diſſoluit, & ipſum
S epoſitum, pulchroq́; ſuper contexit amictu,
I pſe thronum reſidens conſcendit Iuppiter aureum:
C uius ſub pedibus ceu territus omnis Olympus
C ontremuit: iuxtaq́; Iouem Tritonia Pallas,
E t Iuno ſedere, nec ipſi uerba loquentes
V lla, nec inter ſe. quod ſpectans Iuppiter, ambas
T alibus alloquitur: Qui pectora ueſtra dolores, Iuppiter Iunoni & Palladi.
Q uæ curæ, quis mœror habet? ſed ueſtra profecta
T roianos odia iſta petunt immenſa, nec ullis
E xaturanda modis, quos qua ratione poteſtis
P erdere cunq; iuuat. ſed cum ſint robore tali,
I nuictasq́; manus habeant, quæq́; omnia poßint,
N on me propoſito cogent diuertere fato
Q uotquot in his habitant domibus lucentis Olympi
D ij ſuperi. num uos paulo antè tenerrima totæ
M embra tremebatis? mea per mandata priuſquam
B ella uideretis, tetriq́; opera anxia Martis.
N unc tamen edico, quod & exequar ocyus, ipſa
E t re perficiam, ſi pergitis eſſe moleſtæ,
V os ego ſic feriam uiolenti fulminis aura,
V t nequaquam iterum ueſtris cum curribus ambæ
A d ſedes ſuperûm, & magnum redeatis Olympum.
S ic ait: atq; illæ ſecum taciturna fremebant
P ectora, Troianis meditantes peßima quæq;.
P allas ut indignata animo, taciturna manebat,
N empe irata patri: ſed Iuno feruida bilem
N on tenuit. Quæ quæſo (inquit) nunc uerba loquutus Iuno Ioui.
I uppiter effudiſti? etenim quæ robora, quasq́;
I pſe tuas iactas uires, ſuper omnia, & ipſæ

N ouimus, inuictum te ſcimus & eſſe fatemur.
S ed tamen Argiuûm nobis miſeranda uidentur
F unera, quæ tot ſtrata iacent: tabeſcimus iſtam
P erniciem Danaûm, tot & impia fata uidentes.
N unc ita quando iubes, & fert tua magna uoluntas,
B ello abſiſtemus, neq; nos miſcebimus armis
V el Danaûm, uel Troiugenûm. quam poſſumus autem
C onſilio expediemus opem, ne fortè relicti
O mnes intereant, quos tu ſic oderis omnes.
H uic ita reſpondit pater ardua nubila cogens.
Iuppiter Iu noni. Q uin ſi fortè uoles, cras his maiora uidebis
(Q uando hæc magna putas) Danais me damna ferentem,
S ternentemq; acies, & latis agmina campis.
L ætus enim tantis rerum ſucceſſibus Hector,
N on auidas à cæde manus reuocabit Achiuûm,
D onec ad undiuagas ingentia funera naues
Ae diderit, celeremq; pedes iam uictor Achillem
E xcitet, iratum Patrocli cæde perempti.
C uius ad exanimum de parte utraq; cadauer
A ntè ferox certamen erit, qua ſemita callem
C ogit in anguſtum congreſſos comminus armis.
H æc mihi fatorum ſic perficere omnia certo
O rdine decretum eſt: nec me cura ulla moratur,
Q uantumuis ſtomachere animo: non ſi ultima tentes
T errarum ſpacia, & magni uaſta æquora ponti,
Q ua Saturnus & Iäpetus ſub tartara clauſi
P erpetuo ſine ſole ſedent, ſine flaminis aura
I ucundi, uitæq; procul regione remoti:
N on ſi iſtò ueniens, his inferiora peragres,
M e quod nulla tuæ mouet impatientia bilis,
N ota ſubeſt ratio, quia te nil durius uſquam eſt.
S ic ait. ipſa nihil contrà niue brachia Iuno
C andidior, tacito ſub pectore uerba premebat.

Et iam

E t iam Solis equi prono temone ſub altas
O ceani, magnæq; ſubibant Tethyos undas. Occaſus ſolis.
E t ueniens rebus nox abſtulit atra colorem,
T roianis inuiſa, ſed optatiſſima Graijs.
A gmina tum cogens Troum fortiſſimus Hector,
A d fluuij ducebat agens diuortia, longo
F ine cadaueribus loca diſſita, quadrupedumq;
A tq; hominum. tum Troës equis deſcendere iuſſi:
Q uos Hector dextra retinens, cui fideret, haſtam,
S ex & quinq; ulnas oblongæ fuſtis habentem,
C uſpide fulgentem chalybæa, cuius obibat Hectoris haſta.
E xtremum ligno connectens circulus auri:
C ui tunc innitens, ſic eſt affatus amicos·
P ercipite hæc animis atq; auribus omnia Troës, Hector Troianis.
D ardanidæq;, & qui nobis ſocia arma tuliſtis,
Q uæ dicam: ſpe certus eram, nos nomina bello
E ſſe relaturos hodie clariſſima, Graijs
O mnibus extinctis, ipſis cum nauibus altis,
E t nos uictores redituros Ilion altum:
S ed tenebras referens nobis infeſta fuit nox,
C erta ferens Danais ſolatia, certa carinis,
Q uæ tam longa tenent noſtri nunc littora ponti.
N unc quia parendum nigræ eſt ante omnia nocti,
Q uod reſtat, ſolito curemus corpora paſtu,
E xpediamus equos, quos primum à curribus ipſos
S oluite, pòſt apponite pabula larga ſolutis.
I nde ex urbe cibum nobis curate uehendum,
E t panem, curasq; animi mulcentia uina, Vina parant animos.
E ximiosq; boues, & oues pinguedine craſſas.
C opia lignorum ſimul ut non parua paretur,
E' quibus ingentes nocturna incendia flammas,
I nnumerasq; pyras ſtatuamus littore toto,
Q uarum ſtelliferum contingat ſplendor Olympum,

Ne

N *e tenebras tacitæ captantes noctis Achiui*
A *ufugiant, latiq; reſulcent æquora ponti,*
N *e tacito celeres conſcendant remige naues,*
A *t furtim tentare fugam conentur, in ipſis*
N *auibus accipiant à noſtris uulnera telis*
P *ercuſſi, aut iaculis, aut acre urgentibus haſtis,*
I *nde alij ut metuant Troianis Martia forti*
A *rma inferre manu, forteſq́; laceſſere bello.*
P *ræcones ſimul hinc uacuam mittantur in urbem,*
V *t pueros qui flore uirent impuberis æui,*
T *empora iamq; ſenes ſparſos candore niuali,*
C *uſtodes uacuæ ponant in mœnibus urbis.*
M *atronæ, reliquæq; nurus, timidæq; puellæ,*
Q *uæq; ſuas ſeruent incenſis ignibus ædes,*
N *e fortè irrumpat uacuatam ciuibus urbem*
H *oſtilis furtim raptis exercitus armis.*
S *ic ſe habeant igitur, ſic fiant omnia, Troës,*
V *t dico: quæ nunc ſententia iure probanda eſt,*
N *empe ſalutaris, ſuper huius tempore noctis.*
C *ras ubi prima nouos Aurora oſtenderit ortus,*
Q *uæ ſuperent, & quæ reſtent peragenda docebo.*
N *unc mihi ſpes animum melior diuinitus implet,*
A *uxilio Iouis, & reliquorum numine diuûm*
C *ras fore, ut hos catulos parcarum numine læuo*
A *ductos, eadem per nigra uolumina ponti*
F *ata domum referant: nunc cæcæ tempora noctis*
H *æc prohibent, & nos uigiles adſiſtere ſuadent.*
C *ras ubi prima nouo luſtrarit lumine terras*
O *rta dies, Danao bellum inſtaurabimus hoſti*
A *cre, ſed ante ipſas, & in ipſo littore naues,*
M *é ne ſit experiar Diomedes robore & armis*
Minatur F *ortior, an me altis à nauibus ille repellat*
Diomedi. A *d muros, an ego interimens Tydidea ferro,*

Arma

A rma cruenta domum referam, ſpolijsq́; potitus
L æter & ipſe, alij & mecum lætentur, opimis.
C ras ſua uirtuti certiſsima ſigna dabuntur,
I lle ne uictrici quæ mittam ſpicula dextra
F erre queat: ſed non feret, & certamine primo
P rimus & ipſe cadet, circa morientibus ipſum
P luribus è ſocijs, primæ cras lucis ad ortum.
Q uod ſi fata dabunt, ut cras ego marte ſecundo
E xtremo exitio cunctos complectar Achiuos,
I mmortalis ero, & ſemper iuuenilibus annis
F loreſcens, nunquamq́; ſenex, & honoribus auctus — Attende ſtolidam Hectoris ferocitatem et iactantiam.
D iuinis, quales arcu metuendus Apollo,
E t Ioue nata, potens belli, Tritonia Pallas.
H ectoris hæc magno Troës clamore ſequuntur
D icta, alacres animis. tum ſoluunt curribus altis
Q uadrupedes, tergumq́; artus ſudore fluentes,
E t currus prope quiſq; ſuos in uincula nectunt. — *Troianorū ſecuritas et apparatus in nocturnas uigilias.*
I nde ex urbe ferunt, ſapido commixta Lyæo
D ona laboratæ Cereris, tum craſſa iuuencûm
T erga coquendorum, tum uiſcera pinguis ouillæ.
I nde pyras nocturna ſtruunt in lumina, paßim
C ongeſta ſtrue lignorum, faculasq́; crepantes
S ubijciunt: tum flammarum fumantia lambunt
A ſtra globi, denſum impellentibus aëra uentis.
D eſuper in latum campum ſpectantibus, ignes
M ille locis poſitos, toto lucentia cœlo
A ſtra uidebantur: quæ dum ſine flatibus æther
T ranquillus ſtetit, igne micant puriſsima pleno: — *Ignes Troianorum aſtris ſimiles.*
F ulgentis circum creſcentia cornua Lunæ,
S idereo latè circum loca luce refulgent,
A ërij montes, ſcopuli, uallesq́; ſupinæ,
E t iuga ſyluarum, poſitæq́; in rupibus arces.
P aſtores animo exultant, & gaudia captant.

Tales

T ades in campum, qui Xanthi interiacet undas
E t Troiam, latè poſiti ſpectantibus ignes
E ſſe uidebantur: quorum prope quemlibet unum
E xcubias quinquageni pro tempore agebant,
P eruigilem noctem ducentes: atq; futuræ
L æti expectabant gratiſſima tempora lucis
I nterea æripedes, mandentes hordea flaua,
E t ſteriles alijs, iucundum gramen, auenas
D e prope littoreo ſtantes in gramine currus.

ILIADOS HOMERICAE LIBER NONVS.

T A libus excubias per noctem Troës agebant
C õſilijs, nocturna hoc ordine caſtra tenebãt.
A t Danaos fuga ſemper iners, gelidiq; pauoris
F ida comes, procul ad naues in caſtra receptos
A bſtulerat, quorum miſeri tunc triſtia luctus
I ntolerabilibus uerſabant pectora curis.
P ræcipuè bello egregij, primiq; uirorum
P erturbati animis, & caſſi lumina mentis,
C onſilia ad tantos non expedìere labores.
Cõparatio. S icut ubi aut Boreæ, aut Zephyro contrarius Auſter
I ncubuere mari, fundoq; exæſtuat imo
T hracius, & nigras eructat pontus arenas,
N ec ſolitum ingenti luctatus turbine curſum
E xpedit: haud aliter luctantes pectore curas
V oluebant Danaûm proceres. quos inter Atrides
M aximus, ille animum curis ingentibus æger,
P ræcones adit argutos, primosq; uocari
P ræcipit Argiuûm, queis cum conſultet agendis
D e rebus: quin ipſe alios uocat ordine Achiuos,
C um ſocijs ipſum comitantibus. ergo uocati
P rimores, poſtquam in cœtum uenere frequentes,

Triſtes,

T riſtes, demiſſi uultus, ſurrexit Atrides
R ex Danaûm, lachrymis manantibus inſtar aquæ
F ontanæ, quam petra uomens effundit ab alto *Re male geſta triſtatur Agamemnon.*
V ertice, largifluoq; humectat flumine campum.
T um gemitu perculſi animi teſtante dolorem,
T alibus alloquitur· Ductores pubis Achiuæ
E t ſocij reges, grauibus me Iuppiter hoſtis *Agamemnō Græcis.*
D eijcit erumnis, deiectum affligit acerbo
V ulnere, crudelis nimium mihi, ſæuus & atrox·
Q ui mihi ſpondebat quondam, nos Pergama noſtris
C apturos manibus: nunc me tot lumine functis,
T anto hic amiſſo populo, ſine nomine, laudum
I ndecorem, patrias iubet inde reuertar ad oras.
S ic etenim cordi eſſe Ioui: quem fallere poſſit?
Q uis dubitet? cum tam multas euerterit urbes,
E uertetq; alias deinceps, cui maxima uirtus,
C uius habet ſummas immenſa potentia uires.
Q uare agite unanimi conſenſu noſtra probate
C onſilia, & quæ nunc uobis ego mente fideli
S uadeo, perficite: & ueſtras conſcendite naues,
V t dulces patriæ cuncti redeamus ad oras.
Q uandoquidem noſtris excindere Pergama dextris
N on datur, & fruſtra Iliacam pugnamus ad urbem.
S ic ait. alta diu tenuere ſilentia cuncti,
E t triſtes ſedere, animoſq; & pectora fracti.
T andem conſurgens Diomedes, talibus infit· *Diomedes Agamemnoni reſpondet.*
A trida, ſi uerba tibi nunc ſtulta loquenti
A crius obſiſtam, ne bilem traxeris ullam:
P rima etenim lex eſt, in cœtu quemq; loquentem "
D icere quæ libeat, tum libera uerba profari. "
T u nunc è Danaûm populo mihi primus es auſus
E xprobare animi uirtutem, & dicere mollem,
I mbellem, ignauumq; uocans coram omnibus iſtis,

Tam

T am ſenibus quàm robuſto florentibus æuo.
D icere nec metuam, tibi Iuppiter optimus, unum

Agamemnon maximus imperio, ſed parum fortis notatur a Diomede.

E geminis (quibus ornauit te) rebus, ut eſſes
M aximus imperio, tribuit: ſed ut inclytus eſſes
V iribus, atq; animi ſuperares robore cunctos,
N on dedit. atqui hæc eſt in bello maxima uirtus.

Animoſa Diomedis oratio.

I mprobe, ſic'ne aliquem ſperaſti poſſe notari
D egenerem, fractumq; animo, belliq; fugacem
O mnibus è Danaïs, qui te tam fœda loquentem
A udiret, promptoq; animo tua dicta probaret?
Q uod ſi tantus habet te nunc pauor, atq; ita fractum
D eſpondes animum, patriamq; reuiſere mauis,
E n tibi aperta uia eſt, & iturum nemo moratur,
T urba frequens comitum eſt, ſtant altæ in littore naues,
I n mare deductas repetens aſcende carinas.
I pſe licet magnas turba comitante Mycenas,
E t patrium redeas dijs non renuentibus Argos:
A ttamen hic alij, quos ipſe relinquis, Achiui
B ella cruenta gerent, ad Pergama celſa manentes,
D onec ad exitium perducant Troas, & urbem.
S i tamen inde fugam tecum meditentur & ipſi,
I n patriæ dulces abituri nauibus oras,
C erte ego cum Sthenelo, uel ſolus ad alta reſiſtam
P ergama, dum Troas ferro excindamus, & urbem,
N umine diuorum freti, quibus inclyta magnæ
V enimus huc ducibus ruituri mœnia Troiæ.
T alia dicenti, plauſu teſtante fauorem
A cclamant Danaï. ſapiens cum talia Neſtor
I ncipit, aſſurgens· Tydide, maximus armis

Neſtor Diomedis conſilium probat.

C um ſemper fueris, nec ſis æqualibus ullis
C onſilij ratione minor, tibi nullus Achiuûm
N on modò non probro uertet quæ es uerba loquutus,
I ngenua ſed laude ferent digniſsima cuncti.

S ed non colloquio tamen huic imponere finem
F as noſtro fuerit, cum ſint quæ plurima poſſint
F orſan adhuc dici. cum ſis iuuenilibus annis
T alis, ut eſſe queas mihi filius, inter Achiuos
E xcellens, tua laude tamen prudentia reges
E minet, ut decuit, qui tam ritè omnia dicas.
E rgo ego qui ſenior te ſum tot euntibus annis,
P oſt te quicquid erit dicendum, dicere pergam,
O mnia percurrens quæ nobis ſcire neceſſe eſt:
N ec quiſquam ſecus accipiens mea dicta reuellat,
Q uæ dicam, non ipſe etiam princeps Agamemnon.
F lagitioſus enim eſt, ſceleratus, inutilis, excors, “
Q uiſquis amat populis bella inteſtina mouere, “
Q uæ mala tanta ferunt ſecum, cauſaſq; malorum “
I nnumeras ſine fine ferunt ciuilibus armis. “
N unc quia ſuadenti rectè parêre neceſſe eſt, Suadet Ne-
C orpora curemus, cuſtodibus antè paratis ſtor, quid
E' numero iuuenum, qui muros ſcilicet extra facto opus
P ro foſſa excubias peragant. tu maxime regum ſit.
A trida, quod opus nequaquam turpe putaris
E ſſe tibi, ſed præcipua uirtute decorum,
C ommunem procerum primoribus inſtrue cœnam.
N am tibi multa domi iucundi eſt copia uini,
M artia per lati quod miſit Thracia ponti Vinũ Thra
Ae quora, Achiuorum conuectum nauibus altis. cium.
N ec famulos aliunde opus eſt accerſere, cum ſint
C uncta parata tibi, cunctis & rebus abundes.
I llic ut multis præfectus es unus, habebis
M ultos quos audire queas, ut & optima poſſis
E ligere, & conſulta ſequi: quo tempore noſtris
C onſilia adferri cuperem pulcherrima rebus,
Q uando tot hoſtiles non longè à nauibus ignes
C ernimus accenſos, quis nam queat eſſe quieto

O Iſta

Iſta uidens animo? nox eſt hæc ergo, uel omnes
Quæ bene conſeruet, uel quæ malè perdat Achiuos.
Aſſenſere omnes Nelidæ, hæc uerba loquuto.
At mox è iuuenum cœtu lectiſſima Graiûm
Corpora, proceſſere uiri, fulgentibus armis
Omnes conſpicui ter tres, audacibus omnes
Indeuicti animis: Thraſymedes Neſtore cretus,
Ille uirûm dux: Aſcalaphusq́;, & Ialmenus, ambo
Marte ſati iuuenes. comes his fortiſſimus ibat
Meriones, Aphareusq́; ſuperbus, Deïpyrusq́;,
Et Creonte ſatus Lycomedes inclytus armis.
His ibant ducibus centeni quemq́; ſequuti,
Haſtis armati iuuenes, nocturna obituri
Tempora peruigiles. poſtquam hi tenuere quod inter
Eſt medium ſpacij murum foſſamq́; relictum,
Ignes quiſq; ſuis infidæ in lumina noctis
Incendere locis, curantes corpora cœnis.
At rex Atrides cœna dapibusq́; paratis,
Accipit eximios procerum, lautiſſima ponens
Fercula. ueſcentes illi extendere paratas
Ad captanda manus obſonia. pòſt ubi facta eſt
Prima quies epulis, & pocula plena remorant,
Tum ſenior, cuius paulo antè oratio cunctis
Audita & laudata fuit, Neleïus heros,
Talia conſulto de pectore uerba profudit.
Atrida, Danaûm fortiſſime rex Agamemnon,
A te principium ſumam ſermonis, & in te
Deſinere eſt animus, quoniam tu pluribus unus
Imperitas, populosq́; regis, tibi ſceptra ferenda
Iuppiter ipſe dedit, qui nobis omnibus eſſes
Conſilijs dux & rebus: quapropter & ipſum
Te decet & multos audire, & dicere multa,
Cedere deinde locum uerba opportuna uolenti

Ad excubias agendas electorum nomina.

Neſtor Agamemnoni.

Dicere,

D icere,& utilibus penſare negotia dictis,
E t quæ ſint meliora ſequi,non fidere ſoli
I pſe tibi.Sed enim quam nunc ego dicere uerbis
A ggredior,longè mihi,ut eſt,ſic eſſe uidetur
O ptima de noſtris dubijs ſententia rebus,
E t qua nemo alius poßit meliora referre:
Q ualis & illa fuit nuper,quam diximus illo
T empore,quo forti Briſeïda ſolus Achilli
P ræreptam,abductamq; uiro in tua caſtra tuliſti,
M ateriamq; illi irarum cauſamq; dediſti,
M e licet inuito,& contraria multa loquente
N e faceres,at tu præceps,& feruidus ira,
P er tua facta uirum,quo non eſt fortior alter,
Q uem ſibi honorandum dij confiteantur & ipſi,
I pſe nec es ueritus cara ſpoliare puella,
N ec Danaûm populo tantas inducere clades.
O mnia nunc igitur circumſpiciamus,ut ipſum
E t quibus officijs placemus,qualibus autem
M uneribus,quo uerborum captemus honore.
H uic ita reſpondens hominum princeps Agamemnon
P lanè (inquit) generoſe ſenex,dum noſtra recenſes
D etrimenta,nihil fallis,nil cautus omittis.
E t nocui,fateor: nec enim nego,quin ſit Achilles
M ultorum populorum inſtar,quem Iuppiter unum
S ic amet,& toto dilectum pectore honoret,
Q uem nunc propter in has clades immittit Achiuos.
Q uem quoniam offendi,ueſana concitus ira,
R urſus ut exorem,prona atq; parata uoluntas
E ſt mea,ſi placare queant ampliſsima forſan
M unera quæ mittam:quæ nunc ipſa omnia uobis
O mnibus exponam,ſimul ordine nomina dicam.
P rincipiò,ſeptem tripodas non ignibus unquam
A dmotos,auri inde decem precioſa talenta,

Agamemnō Neſtori.

Munera ad Achillem deferenda.

Aere bis inde decem grauidos fulgente lebetas:
Tum præſtantis equos bis ſex in corpore formæ
Pernices, ualidos, qui curſus præmia pulchram
Sæpe reportarunt pulchro è certamine palmam.
Vt qui poßideat tot præmia ſola, quot illi
Victores retulere mihi, non pauper is eſſet
Vir meritò cenſendus. ad hæc dabo corpora ſeptem
Lecta puellarum, quas ille è diuite Lesbo
Abſtulit euerſa, pulchras, muliebria doctas
Cuncta opera, è multis quas prima ſorte puellis
Ipſe mihi elegi: nunc has ego Lesbidas illi
Sponte dabo. quibus adiungam Briſeïda pulchram,
Quam rapui demens. ſed nec iurare grauabor,
Quantacunq; uolet me relligione grauari,
Illam nulla unquam ſociaſſe cubilia mecum,
Nec mihi commiſtam, quo ſe miſcere puellæ
Conſueuere uiris, aut hi quo more puellis.
Atq; hæc cuncta quidem præſentia dona dabuntur:
Pòſt ubi dij dederint præclaram euertere Troiam,
Ipſe urbem ingrediens, tantum feret æris & auri,
Quantum ferre queat ſecum ſatis una phaſelus.
Inde ubi nec præda reliqui potiemur Achiui,
Partem cuiq; ſuam communi ſorte ferentes,
Eligat ipſe ſibi præſtantes diuite forma
Poſt Argiuam Helenen bis quinq; decemq; puellas
Troïadum quaſcunq; uolet. Si uictor ad Argos,
Et patrias urbes remeauero Acheïdos oræ,
Si gener eſſe mihi dignabitur, inter Oreſtem
Atq; ipſum fidei nullum diſcrimen habebo,
Vnicus ille mihi, quanquam & cariſsimus idem eſt,
Deliciæq; patris, noſtræ & ſpes una ſenectæ.
Sunt mihi præterea in patrio tres limine natæ,
Chryſothemis, tum Laodice, pòſt Iphianaſſa:

Harum

H arum ſi quam fortè uolet, quamcunq; libebit
A uferet uxorem ſuper ardua limina Pelei.
H is ego diuitias, dotalia munera, quantas
N emo pater caræ dedit ullo tempore natæ,
S eptem urbes dabo munitas, populoq; refertas,
C ardomylen, Enopenq;, & ſacram Pœëeſſen,
P herasq; eximias, atq; Anthean uiridantem,
E t pulchram Aepean, & Pedaſon uuiferacem,
O mnes luttoreas, omnes circum ubera magnæ
A rua Pyli poſitas: quas qui coluere, coluntq;,
A rmentis ouium boumq; frequenter abundant.
H i donis illum ceu numen ab æthere lapſum,
M uneribusq; colent, atq; omnia iuſſa faceſſent.
H æc utinam Pelida uelis, & uerſus ab ira
T e mihi reſtituas, ut ſic tibi leuior adſit
I lle deûm generi humano infeſtiſſimus hoſtis
P luton: idem in me tanto nunc æquior extet,
Q uanto te imperio ſupero, atq; ætate relinquo.
H uic ita reſpondens Neſtor Neleïus inſit·
A trida rex magne hominum, princepsq; uirorum,
D ona quidem quæ tu magno decernis Achilli
H audquaquam aſpernanda puto, nec uilia habenda.
V erum age feſtinemus ad ipſum mittere quoſdam,
Q ui cito Pelidæ magni ad tentoria pergant,
D onaq; iuſſa ferant. quos tu, ſi fortè requiris,
D eligere ipſe uelim. primum atq; ante omnia Phœnix,
C arior ille Ioui, ducis hic fungatur honore.
H uic ueniant comites, Aiax, & dius Vlyſſes.
H os duo præconum Eurybatesq; Odiusq; ſequantur.
E rgo & aquam manibus properè huc afferte lauandis,
E t bene fortunanda in cœpta iubete precari,
S i noſtros poſſit miſerari fortè labores
I uppiter, & ueniam precibus dare, & eſſe benignus

Neſtor Agamemnoni ſuadet mittenda munera per legatos.

Omnibus. Hæc dicens, dixiſſe eſt commoda uiſus.
Mox manibus lymphas famuli fudere ferentes,
Plena coronabant iuuenes carcheſia, cunctis
Vina propinantes, circum & guſtanda ferebant.
Ordine quæ poſtquam libarunt cuncta, bibentes
Quantum cuiq; ſatis fuerat, tum deniq; cœtu
Prorumpunt adytis Agamemnonis. omnibus autem
Ipſe dabat mandata Gerenius omnia Neſtor,
Nutibus hos & uoce monens quæ uellet: Vlyſſem
Præcipuè, quibus iratum ſperaret Achillem

Legati mittũtur ad Achillẽ, Phœnix, Aiax, Vlyſſes.

Poſſe remolliri. Digreſſi protinus ibant
Legati ad longè reſonantis littora ponti,
Multa tridentifero facientes uota parenti,
Vt facile irati Pelidæ flectere donet
Elatos animos, & duri pectoris æſtus.
Poſtquam Myrmidonum tentoria, & æquore ſtantes
Ventum eſt ad naues, ipſum inuenere canendo

Cithara Achillis.

Oblectantem animum cithara, iucunda ſonanti,
Artifici, pulchra, & uaria: nam tota ſupernè,
Et circum extremas argentea protulit oras.
Hanc ille Eëtioneam cum uerteret urbem,
Repperit inter opes immenſas diuitis aulæ.
Hac tunc Heroum laudes, & Martia facta
Cantabat, ſicco reſidens in littore Achilles,
Et blanda recreans animum dulcedine cantus.
Quem contra reſidens Patroclus, iuſſa manebat,
Donec & arguto finiret carmina plectro.
Iamq; propinquantes, alios anteibat Vlyſſes.
Legati coram adſtabant: quos magnus Achilles
Conſpiciens, properè è ſolio, quo fortè ſedebat,
Cum cithara exiluit: Patroclus & ipſe, ferentes
Aduentare uidens Argiui nuncia regis,
Protinus adſurrexit. at his pede firmus Achilles,

Salute

S aluete ô animæ, quales neq; candidiores
D orica terra tulit, neq; queis magis utar amicis.
E t ſi etenim ſæuo iamdudum iraſcor Atridæ,
V os tamen è reliquis ſummo complector amore.
S ic ait, & ſeſſum præeuntes duxit Achilles.
Q uos ubi purpureis conſtrata in ſede tapetis
C ompoſuit, mox eſt prope ſtantem affatus amicum:
C are Menœtiade, cratera huc ſiſte capacem,
E t ſtatue in medium, uinoq; meracius imple.
N am ſubiere uiri noſtræ nunc limina ſedis,
Q ueis neq; carius eſt quicquam, nec amicius uſquam.
S ic ait: at caro paret Patroclus amico.
I pſe parato ingens igni ſuſpendit ahenum,
T ergora ouilla ferens, & pinguis uiſcera capræ,
E t teneræ ſuis immerſit breuia inguina lumbi.
Q uæ cum cuncta manu Automedon porrecta tuliſſet,
C onſcidit in partes lanians, & fruſta reponens
I nfixit uerubus, magnumq; admouit ad ignem,
Q uem flamma imbuerat crepitante Menœtius heros,
I lle deo ſimilis. poſtquam autem flamma reſedit,
C onſternit prunas, uerubusq; infixa reponit
F ruſta igni torrenda, ſalemq; inſpergit amarum:
P oſtquam toſta ſatis fuerant, Cereremq; caniſtris
D epromens bonus appoſuit Patroclus edendan
C onuiuis, in fruſtra ſecans Peleïus heros
D iſtribuit, Laërtiadæ è regione ſedentis
A nte oculos, iuſſo libare ante omnia diuis
P atroclo: poſtquam ille manu coniecit in ignem
P rimitias, mox illi auidas ad fercula menſæ
E xtendere manus. poſtquam compreſſus edendi
I mpetus, & cyathis ſitis eſt extincta remotis,
A nnuit Oemonio Phœnici maximus Aiax.
Q uod Laërtiades ubi conſpexiſſet Vlyſſes,

Achilles Legatos benignè excipit.

Apparat cõuiuium Achilles.

Principes ipſi ſeruilia munera obeunt, ut alibi quoque.

ἐν κανέοι-σιν.

A tq; intelligeret, magnum cratera Lyæo
I pſe implens, magno prægustans fatur Achilli·
Vlyßis ad Achillē oratio. S alue hoſpes generoſe, uirûm fortißime Achilles,
Q uandoquidem tibi nec cœnæ & conuiuia deſunt,
E t nos antè ſumus lautis à principe Atride
S umptibus accepti, ſed & hic lautißima tecum
C œnati, nec ſunt nobis conuiuia curæ
V lla ſatis: ſed enim clades & fata uidentes
V ltima, deſtituit ſpes, & timor anxius urget,
Q uo uos ingenio tueamur ab hoſte ſuperbo,
V el ne amittamus ſtantes in littore naues,
V el nos exitio pereamus funditus uno.
N on alias metus eſt nos poſſe cauere per artes,
Q uàm tua ſi nobis uis maxima & inclyta uirtus
A uxilium ferat, & præſentia fata repellat.
N ec procul à muris etenim, nec nauibus altis
C aſtra loco Troës capto poſuere ſuperbi,
C um ſocijs peregrè ſocia arma ferentibus ipſis,
I ncenſis noctem ſuperantes ignibus atram
P luribus, haud ultra nos poſſe reſiſtere uictos
C lamantes audimus, & ad naualia, & intra
S anguineis naues perituros enſibus omnes.
P roſpera ad hæc ipſis Saturnius omnia dextris
F ulguribus fore promittit. iam turgidus Hector
V iribus, horrendum furit, & uirtute ſuperbit
C onfiſus propria, nec quenquam hominum'ue deum'ue,
I pſum qui prohibere queat, Ioue fretus amico,
Q uo minus excindens naues exurat, & ipſos
I nterimat nos, & fumi fuligine cæcos
I nuoluat, ſectetur, agat, captosq; trucidet.
Q uapropter reditura nouæ ſibi tempora lucis
Q uamprimum uotis reddi feruentibus optat.
Q uæ ne uota illi ſæuarum plena minarum

Fortunent;

F ortunent ſuperi, nobis inceſſit Achille
I ngens corda timor, ne ſit fatale perire
N os procul à patria, Troiæ ſub mœnibus altis.
V erum age, pene licet ſerò, expergiſcere, & iſtam
Q uam potes affer opem Danaïs, uiolentia Troum
Q uos miſerè premit afflictos, ne turpiter olim
A' te deſertos doleas, nec tempore poſſis
Q uam ſerò forſan cuperes adhibere medelam
L ugubri exitio: ſed temporis iſta futuri.
H ic nunc præuideas, qua poſſis arte cauere,
E t Danaïs ferre auxilium, mala plurima paſſis.
Q uamuis heu facinus, quantum tibi tradita Pelei
E xciderunt mandata patris, quo tempore læta
E' Phthia magno comitem te miſit Atridæ.
D icebat, memini: Fili cariſſime, Pallas
E t Iuno, ſi fortè uolent, tibi corporis amplas
P ræſtabunt uires, tu ſæui pectoris æſtus "
A tq; animum cohibe, nimis alta & magna uolentem, "
S perne ſimultates, lites fuge, deſere rixas, "
C omis & urbanus concordibus utere amicis. "
H inc tibi laus & honor uenient, hinc nomine magno
T e uenerabuntur Danaï iuuenesq; ſenesq;.
H æc ſenior mandata dabat. tu iuſſa parentis
O blitus, nihil obſequeris, nihil omnia ducis
E ſſe ea quæ memini. Sed nunc age ſiſte ferocis
I ram animi, ſatis indultum eſt huc uſq; dolori,
C um tibi præſertim culpam confeſſus Atrides
D ona dari iubeat multarum ampliſſima rerum,
E t te digna ſatis, quæ nunc tibi ſingula iuſſus
I pſe recenſebo, quoq; accepi ordine pandam.
P rincipio ſeptem tripodas non ignibus unquam
A dmotos, poſt quos auri bis quinq; talenta,
I nde quater quinos fulgenti ex ære lebetas;

Dona commemorat re petitione Homero ſa miliari.

Tum præſtantis equos formæ ter quattuor addet
Pernices, ualidos, celeris qui præmia curſus
Sæpe reportarunt pulchro è certamine palmam:
Vt qui poſsideat tot præmia ſola, quot illi
Victores retulere ipſi, non pauper is eſſet
Vir meritò cenſendus. ad hæc dat corpora ſeptem
Lecta puellarum, quas per te diuite Lesbo
Abſtulit euerſa, pulchras, muliebria doctas
Cuncta opera, è multis quas prima ſorte puellis
Ipſe ſibi elegit: quas nunc tibi Lesbidas ille
Sponte dabit, quibus adiunget Briſeïda pulchram,
Quam rapuit demens. ſed nec iurare ueretur,
Quantacunq; uoles ſe relligione grauari,
Et quocunq; uoles iurandi numine iuris,
Illam nulla unquam ſociaſſe cubilia ſecum,
Nec ſibi commiſtam, quo ſe miſcere puellæ
Conſueuere uiris, aut hi quo more puellis
Atq; hæc cuncta quidem præſentia dona dabuntur.
Pòſt ubi dij dederint populoſam euertere Troiam,
Ipſe urbem ingrediens tibi ſumes æris & auri
Quantum ferre queat tibi ponderis una phaſelus.
Inde ubi iam præda reliqui potientur Achiui,
Partes cuiq; ſuas communi ſorte ferentes,
Duces ipſe tibi præſtantes diuite forma
Poſt Argiuam Helenen, bis quinq; decemq; puellas
Troïadum quaſcunq; uoles: ſi uictor ad Argos,
Et patrias urbes remearit Acheïdos oræ,
Et gener eſſe illi dignaberis, inter Oreſtem
Teq; ipſum fidei nullum diſcrimen habebit,
Vnicus ille ſibi quanquam & cariſsimus idem eſt,
Deliciæq; patris, ſeræ & ſpes ſola ſenectæ.
Sunt quoq; tres illi pulcherrima corpora natæ,
Chryſothemis, tum Laodice, pòſt Iphianaſſa,

Harum

H arum ſi quam fortè uoles, quamcunq; libebit
V xorem abduces ſuper ardua limina Pelei.
H is quoq; diuitias, dotalia munera, quantas
N emo pater caræ dedit ullo tempore natæ,
S eptem urbes dabit eximias, populoq; refertas,
C ardomylen, Enopenq; & ſacram Pœëeſſam,
P herasq; excelſas, atq; Anthean uiridantem,
E t pulchram Aepean, & Pedaſon uuiferacem:
O mnes littoreas, omnes circum ubera magnæ
A rua Pyli poſitas. quas qui coluere, coluntq;,
A rmentis ouiumq; boumq; frequenter abundant.
H i te muneribus ceu numen ab æthere lapſum,
O fficijsq; colent, atq; omnia iuſſa faceſſent.
H æc tibi nunc offert ampliſſima dona Agamemnon,
P lacet ut iratum ſibi te fortiſsime Achilles.
Q ui ſi fortè tibi eſt odio, nec munera cordi
S unt tibi quæ ſpondet, reliquos at reſpice Graios,
E t miſerare malis preſſos, & clade ſubactis
A ffer opem, qui te ceu numen ab æthere lapſum
O bſeruant, uenerantur, amant, reuerentur, honorant.
N unc tibi præcipuè decus immortale parabis,
S i magnum ualido confeceris Hectora ferro:
Q ui nunc tam uicinus adeſt, & caſtra locauit
P roxima, nec quenquam eſſe parem ſibi iactat, in omni
H oc Danaûm populo (rabie tam concitus atra eſt)
Q uicunq; huc ratibus per apertum uenimus æquor.
H uic contrà pedibus uelox reſpondit Achilles.
C are Ioui Laërtiade conſultor Vlyſſes, — *Achilles Vlyſſi reſpondet.*
M e tibi aperta loqui decet, ut ſemel omnia noris
F acturum quæ conſtitui, nec ab omnibus illis
C eſſurum parte exigua, ne fortè moleſti
E t fruſtra toties ſitis mihi deinde futuri
E t uos, atq; aliunde alij, quicunq; adeuntes

M e deinceps uanis auſint obtundere dictis.
" O di etenim, ceu clauſtra Erebi, quicunq; loquuntur
" O re aliud, tacitóq; aliud ſub pectore claudunt.
A tq; ideo quæ iuſta mihi, quæq; optima factu
E ſſe uidebuntur, non falſo pectore dicam.
N on Agamemno unquam mihi perſuadebit Atrides,
N on Graiorum alius quiſquam, deſcendere rurſus
I n pugnam, cum nulla prius mihi gratia rerum
S it data geſtarum, cum fortiter omnia bello
P ertulerim, quæcunq; ſolet Mars durus in armis
O biectare uiris. Nec refert qualia quiſquam
P æſtiterit uel clara opera, aut ignaua nauarit,
" S eu modicam ſeu multam operam: mors una parata eſt
" O mnibus, unus honos, eadem ſunt præmia prædæ.
C um mihi præterea conſtet nihil eſſe tributum
P ræ reliquis, qui tot terráq; maríq; labores
E rumnasq; animo non deficiente tuliſſem,
S ecurus nunquam ipſe meæ per talia uitæ,
Q ualia ſæpe tuli cunctorum nomine Graiûm:
S icut auis, quæ pro pullis implumibus ipſa
E uolat, & paſtum miſeris parat: haud ſecus ipſe
P ro Danaïs mala multa ferens, quot ſæpe peregi
P eruigiles noctes? quot luces marte cruentas
A ſsiduo, dum bella gero, dum prælior, ipſis
P róq; uiris & coniugibus, Danaúmq; ſalute?
C epi etenim bis ſex bellis naualibus urbes,
O ppida ſex & quinq; recepta pedeſtribus armis
S unt mihi de lata Troiæ ditione feracis:
H orum cuncta tamen bona qualiacunq; tuliſſem,
T heſauros, & opes, gazas, Agamemnonis omnes
A nte pedes abieci, illi dono omnia cedens.
Q ui pôſt ad celeres dum diſtrahat illa carinas,
M ulta alijs tribuens procerum, primisq; uirorum

Regibus

R egibus & ducibus, tanquam ſua præmia ueris
A dſignans meritis: quæ cum ſua cuiq; ſuperſint
S alua & tuta ſatis, cumq; & mihi pauca dediſſet,
Q uem dedit eripuit, meritum uirtutis honorem,
S olum de Danaïs dignum iſthoc nomine ducens
D edecoris, dum me ſpoliat Briſeïde cara,.
Q uæ mihi erat cordi, quam coniugis eſſe uolebam
V xoriſq; loco mihi. qua ut nunc ille fruatur,
S i fas eſſe putat, ſanè ſe oblectet, & ipſam
Q uo uelit uſq; ſuam teneat. quid bella mouebat?
Q uid fuit armatos opus huc deducere Graios,
I mpia Dardanijs moturos bella colonis?
N unquid ut hinc Helenen abduceret, atq; marito
R edderet Atridæ? niſi ſolos tangit Atridas Virgilianum.
I ſte dolor, ſoliſq; licet capere arma Mycenis,
C oniuge prærepta. ſed idem fecere mariti
S æpe boni, nec ſtulti animo ſolatia amantes
V xorum, uelut ipſe meam Briſeïda amabam,
Q uamuis ſanguinei captam certamine Martis.
Q uam quoniam uelut è manibus mihi munus ademit
P ro uirtute datum, decepto fraude maligna,
N e mihi perſuadere aliquo conetur inani
I ncœpto. quin & tecum conſultet Vlyſſe,
E t reliquis ducibus, quanam ratione repellat
V obiſcum à ueſtris hoſtilem nauibus ignem,
M e ſine. nempe uides quos perferat iſte labores,
Ae dificat murum, muro prætendere foſſam
C ogitur ingentemq;, & cingere caſtra præaltis
A ggeribus, circumq; tenaces figere palos.
N ec tamen hæc ipſum eripient à cæde cruenti
H ectoris, arcebuntúe ſuperbum uiribus hoſtem.
A tqui donec ego in caſtris uerſabar, & armis
A rma aduerſa tuli Troianis Dorica, nunquam

Hector

H ector ad Argiuas pugnam producere naues
A uſus erat, muriſq; ſuis abſcedere, uerum
A d Scææ tantum pugnabat limina portæ.
A tq; illic remanere auſum, cum tempore quodam
A ggreſſus peterem, uix eſt elapſus in urbem,
V elocem faciente fuga. quo cum quia certum eſt
V lterius non uelle manus conferre, nec arma,
Minatur a- C ras ubi ſolis equi primo exorientur Eöo,
bitum. P oſtquam ſacra Ioui reliquiſq; peregero diuis,
R ebus & inſtructas & multo remige naues
I n mare deducam: quas tu ſi forte uidere
E xpetis, idq; tibi eſt curæ, ſuper æquor ituras,
P rimo mane aderis, tum piſcoſum Helleſpontum
I ngrediar promptis & ad omnia agenda paratis
R emigibus. quod ſi faueat Neptunus amicum
T ranquillumq; ſecundus iter ſuper inuia ponti
T erga, dies patriæ reddet me tertia Phthiæ,
I n qua diuitias multas, & multa reliqui
Q uæ mihi præſto aderunt reduci. ſed ad iſta reuertens,
M ulta etiam mecum referam fului æris & auri
P ondera, & accepti ſplendentia munera ferri:
C omplures etiam forma præſtante puellas,
Q uæ nullus mihi contulerit princeps Agamemnon,
S ed quibus & uirtus mea me donarit, & æquas
H uic referens fortuna uices. ergo omnia dici
V erba palàm iubeo, quæ nunc loquor: audiat omnis
C œtus Achiuorum, prius iraſcantur & ipſi
P rimores Danaûm, ſi defraudare malignè
S perat adhuc aliquem notas ſibi poſſe per arteis:
V t quem nil pudeat committere turpiter unquam.
N am me (ſit licet impurus, poſitiq; ruboris)
A mplius affari, nec, ſi uolet, ora tueri
A udebit mea, commiſſorum conſcius in me

Ipſe

I pſe ſibi ſcelerum: nec pertulero ipſe uolentem
F actis aut uerbis mecum commercia inire.
S it ſatis, incautum quod me ſemel iſte fefellit
P erfidus, & ſubiti ſpoliarit honore laboris.
O cia nunc ſecum tractet iucunda, quieſcens
S i uolet, atq; animo ſecum affligetur acerbo.
I lli magnus enim tunc mentem Iuppiter omnem
E ripuit, cum me probro affeciſſet iniquo.
M unera præterea, queis me placare laborat, — *Munera reſpuit.*
T am mihi ſunt odioſa, inimica, ingrataq; dictu,
Q uàm queat eſſe ferox duri inclementia fati.
N on ſi bis decies deciesq; tot addita mittat,
M e ſibi placarit: non ſi daret omnia quæ nunc
P oßidet, aut alijs pòſt eſt habiturus in annis:
N on ſi quicquid in Orchomenon infertur amœnam,
A ut etiam ueteres Aegyptia mœnia Thebas,
V rbem diuitijs celebrem, quam limina centum
P ortarum claudunt, per quarum quamlibet unam
A gmina ſæpe uiri bello pulcherrima ducũt,
C urribus inſtructi rapidis, & equeſtribus armis.
N on ſi tot mihi dona daret, quot arena lapillos,
Q uot puluis corpuſcula habet: non omnibus iſtis
H unc animum poterit ſibi conciliare, priuſquam
A udiero meritas tanto pro crimine pœnas,
A tq; ignominia, ſcelere, atq; libidine, & ira,
E t mœrore animi quo nos affecit acerbo — *Affinitatem quoq; auerſatur.*
P erſoluïſſe uirum. Iam quod ſocer eſſe uolebat,
F ruſtra ſe uoluiſſe ſciat, generatus Atreo.
N ec gener eſſe uelim merito tam peßima, non ſi
I pſius, quamcunq; daret mihi, filia, nuptum,
E xæquet forma Venerem, ſtudijsq; Mineruam
F œmineis. alium ſibi deligat ille uolentem
E' Danaïs generum, qui ſit magis aptus, & auctus
I mperio maiore, & regno ditior amplo.

Me

M e ſi fortè donum ſuperi, patriamq́; reducant
I ncolumem, genitor Peleus uxore beatum
E ximia faciet. nam ſunt & Acheïdos alto
S anguine progenitæ, multæq́; per Helladis oram,
E t Phthian, omnes è magnis regibus ortæ,
P ræſtantes forma atq; opibus, donoq́; iuuentæ·
Q uarum quæ fuerit cordi mihi, ducere nuptam
F as erit, atq; æui iucundum degere quicquid
E ſſe uolent ſuperi, quod perficere expetit ingens
P ræcipue hic animus. caræ me adiungere ſponſæ
P ræſtat, delicijsq́; frui, rebusq́; paternis,
Q uas Peleus peperit ſenior, quàm perdere bello
,, T am precioſam animam: quam nullis poſſe rependi
D iuitijs certum eſt, non quantis Pergama fama eſt
E nituiſſe opibus quondam, quo tempore nondum
A rma huc intulimus Danaï: non quanta feruntur
E ſſe repoſta ſacra in templo donaria Pythi,
S picula ab ærato mittentis Apollinis arcu.
,, S arciri nam præda poteſt ouiumq́; bouumq́;,
,, E t toties armenta uiris reparantur equorum,
,, E t tripodum iactura redit: ſed uis animaï
,, C um ſemel exceſſit, nunquam redit amplius intra
,, C orporis humani teſtudineum figmentum.
M ater enim Thetis admonuit me argentea plantas,
A ncipitem mihi fata modum præſcribere uitæ.
N am remanens magnæ ſi circum Pergama Troiæ
B ella geram, reditum in patriam mihi fata negare:
I nde ſed immortale decus, laudemq́; futuram
P erpetuam. dulcem in patriam ſi fortè reuertar,
V ltima longæuæ uiſurum tempora uitæ:
S ed famæ decorisq́; mihi nihil inde futurum.
N on mihi nunc igitur ſoli hæc facienda uidentur,
V erum alijs quoq;, ut in patriam redeamus, ab iſto

Ceſſantes

C *eſſantes oppugnandæ certamine Troiæ.*
N *ec dum finis enim: nec uos capere Ilion altum*
S *pes reliqua eſt, cum latiſonus nunc Iuppiter ipſis*
A *uxiliumq́; ferat, uicesq́; immittat apertas,*
I *pſorumq́; acuat concœpta ferocia mentes.*
Q *uare agite hinc primis abeuntes dicite Achiuûm*
(Hoc etenim munus proprie eſt ſenioribus aptum)
C *onſilium capiant aliud, melioribus uſi*
I *udicijs, quibus & populum nauesq́; decoras*
C *onſeruent: quando haud ſententia ceſſerit ipſis*
E *x animo, mecum quam tentauere priorem*
I *rato. Nunc ergo Aiax, & maxime Vlyſſes,*
I *te, relinquentes mecum Phœnica manentem,*
N *obiſcum ut ſomnum capiat, cras nauibus altis*
P *rædulces patriæ mecum hinc abiturus ad oras:*
S *i tamen ipſe uolet: nam inuitum ducere nolim.*
T *alibus Aeacides. Illi alta ſilentia agentes*
C *onticuere diu, tam friuola dicta ſtupentes.*
T *um ſenior Phœnix, lachrymis in uerba profuſis*
(N amq́; fuit Danaûm de nauibus anxius altis)
S *ic cœpit. Si tanta tibi clariſſime Achilles,* *Phœnicis ad Achillē oratio.*
T *amq́; ferox animo ſedet indignatio, ut omni*
A *uxilio nos deſtituas, nec nauibus ignem*
H *oſtilem auertas, atq́; hinc tibi certus eundi*
E *ſt amor, ipſe ego quo pacto cariſſime fili*
H *ic tibi, quá ue unquam potero ratione relinqui?*
Q *ui tibi, quo patria iuuenem te tempore Phthia*
M *iſit ad Atriden Peleus, comes atq́; magiſter*
S *um datus, ut præcepta tibi rerumq́; bonarum*
V *erborumq́; darem, rebusq́; ut fortis agendis*
E *ſſes, & uerbis poſſes orator haberi.*
N *ondum etenim poteras primis hæc noſſe ſub annis,*
Q *ueis rebus laus magna uiris, & ſumma paratur*

G loris, bellorum meritis, atq; arte loquendi.
P oſt hæc omnia, mi fili, te ne ipſe relinquam?
N on ſi quis ſuperûm mihi ſpondeat. hæc ſenioris
D epoſiturum æui mala tempora, & appoſiturum
R urſus præteritæ iuuenilia robora pubis:
Morē ſenū Q ualis eram, latam quo primum tempore liqui
obſeruat, H ellada, deuitans genitoris Amyntoris iram
qui de præ- O rmenidæ, nec dura ferens maledicta quibus me
teritis liben D euouit: cauſa irarum fuit iſta parenti.
ter ſolent H uic pellex formoſa fuit, quam ſtultus amabat
meminiſſe. V ſq; adeò, ut matrem ille meam contemneret, uxor
Q uæ fuit, & multos illo cum exegerat annos.
I lla igitur precibus me nocte dieq; fatigans,
E t genua amplectens rogat, ut concumbere pergam,
E t me commiſcere mei genitoris amicæ,
V t ſic illa ſenis commertia talia uitans,
O diſſe incipiat noſtro oblectata cubili.
P erſuaſit tandem genitrix, quodq; illa rogabat
P erfectum eſt. quod ubi ille amens accepit, ab illo
T empore multa in me mala & execranda precatus,
S ic me tartareis deuouit Erynnibus, ut ne
E x me progenitum natum natam'ue uideret.
T alia cum lachrymis dij exaudiuere precantem,
I uppiter infernusq;, & iniqua Proſerpina uiuis.
T unc animum ſubijt, nos ædibus haud in ijſdem
P oſſe habitare diu concordes, in quibus eſſet
T antopere infenſus genitor mihi. iamq; parabam
C autus abire fuga: cum circumſiſtor amicis
E t ſocijs ac cognatis, qui me ſimul omnes
O rabant ne ſic facerem, ne cedere uellem.
N ec tantum precibus, uerum & per ſacra deorum
N uminibus data, conati retinere fuerunt:
M actantes pinguesq; boues, ouiumq; ſuumq;

Omnibus

O mnibus è gregibus lectiſſima corpora, flammis
A pponunt, torrentq;, & menſæ protinus aptant.
M ulta etiam patris è dolijs epota lagena eſt
V iniferacis, odoriferiq; liquoris Iacchi.
N octibus inde nouem me ſeruauere, manentes
Q uiq; ſuis uicibus iuxta, excubiasq; trahentes,
I gnibus incenſis tota ſub nocte duobus:
Q uorum alter fuit in medio prædiuitis aulæ,
A lter ueſtibulum thalami è regione tenebat
C lauſarum forium. ſed cum mihi tempora noctis
V eniſſent decimæ, quæ tunc obſcura fuiſſet,
P roripui, fateor thalamo me, & uincula rupi
C lauſtrorum, exiliens per apertæ nota feneſtræ
L imina, & egrediens famulos famulasq; fefelli.
A tq; ita cum fugerem ſpacioſam emenſus eundo
H ellada, perueni Phthiam prægnantibus armis
P ræcipuam, matremq; ouium: quo tempore Peleus
N on ſecus excepit, quàm ſi illi filius eſſem
V nicus, ipſe mihi genitor, quem tanta maneret
V is inſignis opum, tantiq; opulentia regni:
E t me diuitijs ſuſceptum pluribus auxit.
Q uippe mihi Dolopum curam commiſit agendam,
Q ui populi extremis habitant in partibus oræ
F rugiferæ Phthies, & parent legibus æquis.
H ic te (qui ſuperis nunc aſſimilaris Achilles)
T alem perfeci formando à mollibus annis,
Q ualem nunc uidet hæc ætas, & plena iuuentus.
E x animo ſiquidem te ferè & ſemper amaui.
Q ui nunquam egrediens forium præſepta mearum,
N olueris aliena ſequi conuiuia, quiq;
N uſquam unquam fueris niſi me comitante profectus:
S umere nulla domi niſi primum fercula uelles,
I n genibus reſidens noſtris inciſa petebas,

P 2 *Prægustata*

P rægustata etiam noſtris obſonia labris.
P raeterea mihi uina tuis admota labellis
S æpe refundebas, ueſtemq́; ſinusq́; repleſti,
N ondum ætate potens, nec ſenſu aut arte loquendi.
H æc ego tum nihil offenſus te propter Achille,
A tq; his plura tuli, quia tunc cum uera negarent
S emina difficiles diui, te ſemen haberem
C eu fictum expreſſumq́; manu, natumq́; fidelem,
Q ui me à pernicie, qui fractum cladibus ullis
T utarere manu, qua tam paulo antè ualebas.
V erum age, uince animum ipſe tuum fortiſſime Achille,
V ince iram, fera corda doma, ne pectore ſæuo
E ſſe alijs uideare, atq; implacabilis iræ,
Q uod minime decet, atq; indignum eſt laudibus iſtis.
„ C um neq; ſint tales, quoniam placantur & ipſi,
„ D ij ſuperi: quorum uirtus, uis, robora uitæ,
„ O mnia ſunt noſtris meliora, priora. ſed illi
„ P lacantur tamen officijs, ſacriſq́; litatis
„ E t precibus uotiſq́;, eadem ſi iuſta feramus,
„ I gnoſcuntq́; malis noſtris, qui offendimus ipſos.
E t nunc eſſe preces genitas Ioue, noris Achilles.
H æ ſunt ergo Litæ, cœleſti ſemine natæ,
N on æquis rabidam comitantes paſſibus Aten.
S unt etenim claudæq́; pedes, & lumina pætæ,
M olliſq́; exiguis perarata corpora rugis.
I pſa Ate neq; clauda pede eſt, neq; lumine pæta,
N ec deformato per aniles corpore rugas:
S ed curſu uelox, & uiribus integra plenis.
A tq; ideo celeri longè pede præuenit illas,
O mnia latiuagæ terraï regna peragrans,
O mnia conturbat, nocet omnibus, omnia miſcet
L itibus & rixis, cuius ueſtigia paſſu
C uncta Litæ meditante legunt, tacitæq; ſequuntur.

Litæ, hoc eſt preces, Iouis filiæ. Ate, id eſt, calamitas, noxa, &c.

Has

H as quicunq; ad ſe uenientes atq; rogantes,
V t ueniam factis quibus eſt offenſus amicam
D eferat, admittit, captat, reueretur, & audit:
H unc ipſæ ſi quando opus eſt, uſusq;, uiciſſim
A dmittunt, facilemq; adhibent tum uocibus aurem:
T um ratione iuuant qua poſſunt cunq; rogantem.
S in uero excludat, uotiq; remittat inanes,
I llæ indignantes iniuria facta parenti
C onqueſtæ referunt, orantq; ut protinus Aten
I mmittat contemptori, & prædura nocenti
S upplicia immiſſuram homini, pœnamq; repulſæ.
T u quoq; ne ſummo natas Ioue maxime Achilles
A uerſere preces, turpi'ue extrude repulſa.
Q uin potius uenerare, & præbe rogantibus aurem. «
C um ſoleat placare etiam reuerentia magnos «
S æpe uiros: & tanta data & tot præmia, quantis «
E t quot nunc placidum ſibi te conatur Atrides
R eddere. quæ ſi nulla tuo iam offerret honori,
S ed magis offenſum tibi ſe præberet, & eſſet
E rga te præfracto animo, nunquam ipſe iuberem
H ac ut depoſita (qua nunc euerteris) ira
A uxilium Danaïs ferres, penè ultima paſſis.
A t nunc quanta tibi in præſens tempusq; futurum
O fferat, ipſe uides. nec ſolum præmia defert,
V erumetiam quos præcipue tibi nouit amicos,
E t ſummos ad te Danaûm dimiſit, ut eſſent
Q uorum tu non argueres, nec credere poſſes
D icta carere fide, nec quos fortiſſime uelles
A cceſſu prohibere tuo: ne forte (quod abſit)
S i pergas rabidæ ſeruire diutius iræ,
H oc animi uicium uideatur ineſſe tibi ipſi.
V erum age deponens feruentes pectoris æſtus,
Q uod ueteres memorant quondam feciſſe Heroas,

Quos ſua geſtarum commendat gloria rerum,
Muneribus placare, & noſtris annue uotis:
Ne te pœniteat poſt facta nouiſſima, mitem
Non habuiſſe animum. quod multis contigit: id quod
Exemplo uideor ſanè meminiſſe uetuſto.
Quod uobis referam, ſi non offendit, amici.
Bellum erat Aetolos fortes, Curetas & inter, *Aliam inſerit narrationem de bello Aetolico.*
Vrbe ſuper Calydone: uiciſſim & multa cadebant
Funera, dum ciues urbem defendere certant
Aetoli, capere inſiſtunt Curetes in armis
Fortibus eximij. cauſam dedit aurea bello
Vlta Diana nefas, quod, cum Calydonius Oeneus
Pro frugum ſacra primicijs feciſſet, & omnes
Sacrifici diuos ueneratus honore fuiſſet,
Solam præterijt ſine ſacri parte Dianam.
Forſitan imprudens commiſerat: illa furore
Mota repentino, per agros, per prata, per urbes, *Aper Calydonius cauſa belli.*
Per ſyluas immiſit aprum uaſtumq́; ferocemq́;,
Et membris & dente ferum, qui protinus Oenei
Omnia deuaſtabat, agros Calydonidos oræ
Inſolita feritate terens, ſata, paſcua, fruges,
Spiciferas meſſes, pecora, horrea, conſita, ſaltus,
Non etiam arboribus parcens, non mollibus herbis,
Omnia protriuit. donec miſeratus egentem
Auxilio patriam, Meleagros filius Oenei
Et iuueni Oenidæ multis ex urbibus una
Lecta manus iuuenum, uenatorumq́; latrantum,
(Nam neq; cum paucis potuiſſet tanta domari
Belua) confectam ſocialibus abſtulit armis.
Tum ſtimulante dea, contentio multa coorta eſt
De capite & corio uilloſi tergoris apri,
Inter & Aetolos, Curetas & inter amicos,
Vtris hæc merito uirtutis honore darentur.

Atq;

A tq; hinc rixa fuit, poſt immedicabile bellum.
I n quo donec erat Meleagri cognita uirtus,
C uretum res deterior fuit: & licet illi
M ilite abundarent, tamen extra mœnia nunquam
A udebant conferre manus, aut figere caſtra,
I rarum donec Meleagros concitus œſtro
(Q uod ſolet & grauium percellere ſæpe uirorum
P ectora) depoſuit quæ ſumpſerat arma, parenti
A lthææ iratus, formoſa cum Cleopatra
C oniuge multa querens iacuit, quæ filia pulchræ
M arpiſſes fuit, Idæiq;: uirûm fortiſsimus æui
L ongè erat ille ſui, qui ſumptis arcubus ipſum
I mpetere eſt auſus torquentem ſpicula Phœbum,
Q uod ſibi dilectam raperet deus ipſe puellam
M arpiſſen: quam, donec erat ſic rapta, parentes
H alcyonem dixere domi, quia ſicut amatam
H alcyonem deplorabat mœſtiſsima mater,
H æc quoq; deflebat, ſimili triſtiſsima fato.
H uic igitur tunc aſsiſtens, animiq; dolorem
A tq; iram ſub corde premens, communicat uni
Oe nides natæ Idæo, & pulchra Marpiſſa.
C auſa erat irarum: fraternæ cædis ob iram
I mpatiens Althæa ſoror, quia filius illum
S uſtulerat Meleagros, humi proiecta, genuq;
A ſsiduè poſito, tenſis ad ſidera palmis,
S æpe ſolum feriens, diuos in uota uocauit,
I nfernum Plutona, Hecatemq́;, & Erinnyas atras
P rona, ſinum lachrymis implentibus, ultima nato
F ata rogans, mortemq́; ſuo. quam dira precantem,
E t neq; maternum iamdudum pectus habentem,
A udijt ex imo Phlegetonte chorus Furiarum.
H ac ratione igitur ceſſante & bella peroſo

Althea mater Meleagri.

Oe nidæ, repetunt Calydona, armiſq; laceſſunt
C uretes, ſubeunt portas, & mœnia cingunt,
S uffodiunt muros, ſuffringunt ariete turres,
E xoritur clamorq; uirûm, fremituſq; cadentum.
E xanimati omnes ad tanta pericula, primi
Ae tolum, miſere deûm ſacra omnia ſummos
F erre ſacerdotes, & opem petere auxiliumq;
Oe nidæ, ſimul adijciunt ampliſsima dona
Q uæ uellet legeret ſubiecti uberrima campi,
E t quocunq; loco cuperet, Calydone ſub alta
V iniferum collem, qui paſsibus eſſet ubiq;
Q uinquaginta patens, dulciſsima uina ferentem
P arte ſui media: Cereales altera meſſes
P lanicies facili produceret obruta aratro.
M ulta quoq; orabat iam natu maximus Oeneus,
E greſſus celſi ueſtigia ſumma cubilis,
P ulſans clauſtra manu forium ſurdiſsima nati,
E t quibus hic ſupplex fruſtra fuit. inde ſorores,
E t mater ueneranda inflectere conabantur:
T um ſocij, ciueſq;, & amici prima tenentes.
I lle nihil, ſed uerba, preceſq;, & uota rogantum
R eſpuit, abiecit, renuebat, ad omnia duro
I nfractuſq; animo, crudeli uictus ab ira.
I nterea in muros, & murorum ardua turres
C ontigerant ſaltû Curetes, & alta tenebant
M œnia, iam celeres ſparſere per omnia flammas
C ulmina tectorum, plena urbs erat hoſtibus ingens:
T um primum formoſa uirum Cleopatra ſuperbum
A ffatur lachrymans, edens ſimul omnia planctu
T riſtia, ut occidant homines, urbs ardeat igni,
A bducant pueros, matronas atq; puellas
C aptiuas rapiant, & quæ mala cunq; feruntur

Oppida

O ppida capta pati. Tum demum fractus, & iræ
O blitus, rapit arma manu, ciueſq; propinquo
S eruat ab exitio, patriamq; urbemq; receptas
P ræſtitit incolumes. tamen hæc & talia præſtans
C iuibus, haudquaquam gratus fuit, & neq; tantum
Q uantum polliciti fuerant ſoluere bonorum
P ræmia, quæ permulta & maxima dona fuerunt:
Q uod quæ feciſſet, non ciuibus illa dediſſet,
S ed ſibi, ſed proprio ſtomacho, mentiq; ſuperbæ.
Q uod tu per ſuperos ne feceris optime Achilles, Epilogus.
N ec ſinat ut facias Genius tibi fidus amicus.
D urum etenim fuerit tibi, iam flammantibus igni
N auibus auxilium ferre, & præſtare ſalutem
A mbuſtis. iam nunc fer opem, dum tanta feruntur
M unera, dum facto potes hoc (mihi crede) parare
I mmortale decus tibi. nam te Graia iuuentus
N on ſecus ac diuûm ſtatuet. niſi protinus ergo
S ubuenias, etiam ſi pòſt ſine munere bellum
S uſcipias, gratiſq; geras quæcunq; rogamus,
N on erit ulla tui, quam nunc eſt, gratia facti
M agna tibi, nec te tam gloria certa ſequetur.
H uic ita reſpondens curſu uiolentus Achilles·
C are pater, uenerande ſenex (ait) optime Phœnix,
H oc mihi non opus eſt quem nunc oſtendis honorem, Achilles
S ed quem iudicio Iouis adſequor, hic mihi gratus Phœnici.
E ſt honor, hoc merito cumulatus honore quieſco,
Q uo me nunc apud incuruas faſtigia naues
O rnat, & ablatum noſtra clade urget honorem.
H oc ego dum uiuam, dum ſpiritus hos reget artus,
D um genua officium facient, lætabor honore.
Q uod tibi nunc igitur dicam, fac ſenſibus imis
D emandes· Tu ne deinceps conere loquendo

T *alia perſuadere mihi, taleſq; per artes*
V *elle animum mouiſſe ſtatu, quo fautor Atridæ*
G *ratificere tuo: nec te eſſe decebat amicum*
I *lli, qui meus hoſtis erat, ne forſan amicus*
E *ſſe ita deſineres mihi tu, quem deniq; pulchrum eſt*
Q *ui me cunq; odere, uiros odiſſe, tenentem*
E *t regni mecum partes & nominis æquas.*
I *ſti ergo referent quæ diximus omnia Atridæ:*
T *u mecum remanebis, & hanc dignabere noctem*
M *ollia ſomniferi ſubiiſſe cubilia lecti,*
C *ras ubi prima diem referens aurora rubebit,*
C *onſultaturus mecum, ſi fortè manendum,*
A *n patrias nobis ſit eundum nauibus oras.*
S *ic ait, & nutu Patroclo iuſſit amico,*
M *ollis adornaret ſubeunda cubilia lecti.*
I *s properè egrediens mandata faceſſit Achillis.*
I *nde deo ſimilis cœpit Telamonius Aiax·*
Aiax Vlyßi C *are Ioui Laërtiade conſultor Vlyſſe,*
H *inc age quamprimum nos proripiamus, & ultro*
C *edamus, quoniam nihil hoc in munere uerbis*
P *roficimus, quæ uana cadunt, & friuola finem*
N *on habitura uolant, & nos decet iſta referre*
Q *uamprimum, quamuis non læta, manentibus iſtic*
A *d naues Danais, auidè expectantibus ecquæ*
I *uſſa reportemus. namq; hic crudelis Achilles*
I *mmanem duro uerſat ſub pectore ſenſum,*
N *ec fidei, nec amicitiæ iura ulla ſuorum*
R *eſpicit, impenſi iamdudum oblitus honoris,*
Q *uo nos pro reliquis ipſum exornauimus omnes*
I *n caſtris, & apud curuatas ſumma carinas,*
S *æuus & immanis, ferus, implacabilis, excors.*
A *t fuit, occiſi qui nati aut fratris ob iram*
A *cciperet pœnam, & fieri ſibi munere ſumpto*

Poſſe

P oſſe ſatis pateretur, & obuerſarier omni
I n populo ſontem· Sed nunc tibi maxime Achilles,
D ij rabido inſanam poſuere in pectore mentem,
V nius ereptæ ueſano ab amore puellæ.
P ro qua nunc ſeptem (ſed & hac tamen antè remiſſa)
O fferimus tibi præſtantes ex omnibus ipſas,
P lurima præterea. Tu tantum age pectoris alti
C omprime feruorem, placa iram, diſcute qui te
C onficiunt æſtus. tibi nos conſtanter amici
E t ſumus, & fuimus, cunctisq; manebimus annis
O mnibus è Danaïs: da noſtro hoc quæſo pudori,
D a iuri hoſpitij, caris da munus amicis.
H uic ita reſpondit celerando inuictus Achilles·
A iax care Ioui, Telamoni exercituum dux, *Achilles Aiaci.*
O mnia quæ loqueris mihi pulchra & iuſta uidentur,
E t quæ te deceant. Sed enim mihi corda tumeſcunt,
E t feruens toties furit imo in pectore bilis,
I n mentem quoties reuoco, mecumq; recordor,
Q ua me ignominia complerit filius Atrei,
C eu ſtolidum uanumq;, nihil uirtutis habentem
P ræ Danaûm reliquis contempſerit, ac uelut omni
E xtorrem patria dignum uice duxerit iſta,
L udibrio ut cunctis me ponere uellet Achiuis.
S ed uos ite citi, reliquisq; hæc dicta referte,
N on me ſanguinei prius in commercia belli
V enturum, quàm cæde ferox, & marte cruentus
C æſorum Danaûm, atq; incenſis nauibus igni
O mnibus iniecto celeres Priameïus Hector
M yrmidonum ad naues, & ad hæc tentoria pergat:
S i tamen huc pergat, quod non audebit opinor.
S ic ait. ac illi, poſtquam ſpumantia pleno
P ocula libarunt Baccho, rediere citati
A d celeres, Laërtiade præeunte, carinas.

Interea

I nterea Patroclus, ut illi fidus Achilles
I uſſerat, ancillis ſocijsq; iubebat, adornent
M ollia ſtrata ſeni: quod iuſſæ protinus ipſum
P erficiunt, pellesq; ſuper, pictasq; reponunt
L odices, mollesq; & linea ſtragula, lanas.
F eſſus in hæc ſenior cubitum conceſſit, ibiq;
V ſq; ſub Auroræ redeuntis dormijt ortum.
T um quoq; Pelides cubiturus ad intima tecti
S eceſſit loca: quem mulier formoſa ſequuta eſt,
Q uam tulit è Lesbo Phorbantis filia magni,
P ulchra reflexibiles Diomede ornata capillos.
Q uem contra iacuit Patroclus: & hunc comitata eſt
I phis, & ore decens, formoſa & corpore toto,
Q uam captam è Scyro urbe Enyeï magnus Achilles
M unus habere dedit, quo ſe oblectaret, amico.
L egatos poſthæc tentoria ad alta reuerſos
A tridæ, cuncti excipiunt, & pocula dextris
A urea plena ferunt certatim, & uina propinant.
I lli autem adſtantes ſumebant: tradita demum
I uſſa requirentum prior omnibus infit Atrides:
D ic age, dic uenerande mihi & clariſſime Vlyſſes,
V ult'ne ille à noſtris propellere nauibus ignem
H oſtilem? an potius concœpta perſtat in ira?
R eddidit huic contra patiens & fortis Vlyſſes:
I nclyte rex, exercituum princeps Agamemnon,
N on uult ille quidem noſtris à nauibus ignem
P ellere, nec cœptas irarum extinguere flammas,
S ed magis increſcit ſub pectore uulnus acerbum
A d uerba, atq; preces noſtras, adeò uſq; peroſus
E ſt tecum donis ſimul omnibus, hoc quoq; iuſſit
D icere nos, quo'nam claſſem molimine ſerues,
Q ua populum ratione queas defendere ad hoſtem,
T u tibi prouideas, ſine ſe quando omnia poſſis.

Diomede concubina Achillis.

Iphis Patrocli.

Agamemnō Vlyſſem interrogat, quid Achilles reſponderit.

Vlyſſes Agamēnoni.

S e quoq; dicebat, cum craſtina fulſerit hora,
I n mare ducturum naues, & littore ab iſto
E ſſe ſoluturum: quod idem faceremus & ipſi
C onſuluit, patriasq; omnes redeamus ad oras.
Q uandoquidem fatum populoſam excindere Troiam
N os uetet, & ſuperi faueant hoſtilibus armis,
P ræcipuè ingenti affligens nos Iuppiter ira,
T roianisq; animos, magnasq; in pectora uires
P rateritæ indiderint certamina perdita pugnæ.
H æc ita præfracto nobis ſermone loquutum
H os teſtor, qui ſic mecum ſtupuere loquentem,
A iacem in primis præſtantem pectore forti,
P ræconesq; duos, acres rationibus ambos.
N am ſenior Phœnix illo mandante remanſit,
Q uem ſecum patrias cras ſit ducturus ad oras,
S i uolet: inuitum ſiquidem deducere nolit.
S ic ait, alta diu tenuere ſilentia cuncti,
V oluentes ea dicta animis, & pectore mœſto,
D ura quidem mandata uiri, nec iuſta ſtupebant.
T andem ſic clara eſt Diomedes uoce loquutus·
I nclyte Achiuorum dux ô Atrida Agamemnon, Diomedes Agamemnoni.
N on erat ut uelles ad ſæuum mittere Achillem,
M oturas adamanta preces, & munera cœlo
D eductura Iouem: quia ſcilicet iſte ſuperbus
N ec prece, nec precio, nec noſtra clade mouetur.
S ed magis hoc facto præcordia ſæua tumentem
E ffícis, haud alioqui iræq; animiq; capacem.
I llum igitur mittamus, & hinc uel abire ſinamus
S i uolet, aut remanere: iterum fera bella capeſſet,
C um feret aut animi renouata cupido ſuperbi,
A ut deus indiderit menti Mauortis amorem.
N unc mea dicta æquis aduertite mentibus omnes,
I ndulgete cibo, uinoq;, ut feſſa refecti

Membra, leuem toto capiatis pectore ſomnum:
» Hæc etenim uires animiq́; & corporis augent.
Cras ubi prima rubens digitos Aurora reducet
Tempora Luciferi, peditumq́; equitumq́; phalangas
Eductas capere arma iube, tum ſigna acierum
Inſtrue, & in primis ut pugnes ipſe memento.
Talia Tydides, cuius cum cuncta probaſſent
Verba duces admirantes, tum pocula Baccho
Ebria libantes, tentoria quiq; reuerſi
In ſua, feſſa leui tradebant corpora ſomno.

ILIADOS HOMERICAE LIBER DECIMVS.

Iam placido dulcẽ carpebant pectore ſomnũ
Primores reliqui Danaûm ſub nauibus altis,
Solus ademptrici curarum feſſa quieti
Corpora nõ potuit demittere rex Agamemnõ,
Tantas ille ſuo uoluebat pectore curas, — *Curis anxius Agamemnõ noctem peruigilem ducit.*
Tam multa in diuerſa animum rapuere grauatum
Mole laborantis ſub iniquo pondere ſenſus.
Sicut ubi obſcurum cum Iuppiter aëra nymbis — *Cõparatio.*
Grandibus obducens, pluuiamq́; aut grandinis imbrem,
Aut niuis ingentem gelida de nube pruinam
Spargit in albentes hybernis roribus agros,
Aut grauibus dextra rutilanti fulgurat Auſtris:
Sic crebra ex imo ſuſpiria pectore ducens
Anxius, inſolitoq́; tremens præcordia motu
Atrides, quoties uertebat ad agmina Troum
Lumina, per campum latè metantia, crebras
Collucere faces admirabatur, & ignes
Tot ſimul ad Troiam uerſos, tot muſica duci
Organa, tot uocum nocturnis iubila caſtris
Audiri, fremituſq́; uirûm, ſtrepituſq́; ſonoros
Quadrupedum,

Q uadrupedum. cum uerò oculos naualia retro
A d ſua deflexit, caſtriſq; induxit Achiuûm,
T um ſtupido triſtes euellens uertice canos,
T riſtia fata Ioui queſtus, dolor anxius intus
C or quatit, & gemitus imo de pectore fundit,
D umq; ita multa animo uoluens ſecum, omnia uerſat,
O ptima res factu uiſa eſt, ad proxima magni
N eſtoris accelerare gradum tentoria, & ipſum
C onſulere, afflictis ſi fortè quid utile rebus
C onſilij expediat. conſurgens ergo decoram
I nduitur tunicam, pedibus tum fortia nectit
V incula, dein magni rutilantia terga leonis
E x humero ſibi ad uſq; pedes ſuſpendit, & haſtam
C orripit ingentem dextra: cui talia agenti,
I unior Atrides uenit obuius, ille quoq; altis
C onfectus curis: nec enim captare quietem
A ut ſomnum potuit, pro ſorte & rebus Achiuûm
A nxius. ij ſiquidem cauſa ipſius, æquora ponti
C ærula tranantes, animoſo Pergama bello
A ggreßi urgebant. humeros cui diſcolor altos
P ardi contexit pellis, galeamq; nitentem
I ndutus capiti, dextraq; haſtile tremendum
C oncutiens, ibat rupturus tempora ſomn
G ermano, qui cunctorum dominator Achiuûm
N on ſecus ac aliquis diuorum humana gerentum
S ceptra colebatur. quem latis arma gerentem
P ulchra humeris, ſtantem in puppi, gratißimus hoſpes
A duentu, fratrem ſic eſt affatus Atrides·
Q uid tantum hoc noctis carißime frater ad arma
C onſurgis? quid te ſic excitat? ergo' ne mittes
E xploratum aliquem quid agant ad mœnia Troës?
Q uid'ue parent? quod ſi proficiſceris ipſe, uerendum eſt,
N e quis oberrantem te inuadat, & occupet iſthoc

Tempore,

Habitus Agamemnonis de nocte conſurgentis.

Menelaus.

Menelaö Pardi pellē, Agamemnoni leonis atribuit.

Menelaus Agamemnoni.

» Tempore, quo ſcelerati animis imbellibus audent
» Omnia, noxq; animum peccare uolentibus addit.
Illi reſpondens Agamemnon, talibus infit·

Agamemnõ Menelao.

Conſulere, ô Menelaë, mihiq; tibiq; neceſſe eſt,
Qua ratione malis præſentibus occurramus,
Quo uitare modo liceat quod ab hoſte ſuperbo
Imminet exitium nobisq;, & nauibus altis,
Poſtquam tota Iouis retro nos uerſa reliquit
Gratia, & Hectoreis pronas accommodat aures
Votisq; & precibus, nosq; auerſatur, & hoſti
Obijcit inſontes, nec noſtra negotia curat
Amplius ulla, preces'ue ullas admittit ad aures.
Talia geßit heri ſiquidem Mauortius Hector,
Qualia nemo uirûm tam paruo in tempore geßit
Vnquam aliquis, quem uel prior, aut hæc uiderit ætas,
Nec patre ipſe deo, nec diua matre creatus,
Tot mala, tot clades, tot uulnera ſolus Achiuis
Intulit, ut longos poßint meminiſſe per annos.
Tu celeri curſu ad naues i, perge uocatum
Aiacem præſtantem, atq; Idomenea ſuperbum
Viribus, huc ueniant, conſultum: ego Neſtora magnum
Pergo uocaturus, ne totam dormiat horam
Noctis, ad excubias ipſum, niſi fortè recuſet
Ducturus, ut edoceat quid reſtet agendum.
Præſtat enim uir conſilio, rebusq; gerendis.
Ipſius eſt ſiquidem præfectus filius illic
Vnà & Meriones uigilum, necdum inde reuerſi.

Menelaus Agamemnoni.

Frater ad hunc Menelaus· Vtrum tamen inde reuerti,
Aut iſtic remanere iubes, ubi ritè uocaro
Quos memoras? ſimul excubias adeamus ut unà,
Aut proficiſcentem propere te conſequar iſtò?

Agamemnõ Menelaum

Reddidit huic magnus generoſi filius Atrei·
Illic ut maneas iubeo, ne fortè reuertens

Ipſe

I pſe alia gradiare uia (nam multa uiarum hortatur ut
P er caſtra incautos compendia fallere poſſunt) principes
E t mihi non iterum occurras. Iam cautus ibi eſto, blandè ex-
V t quibus excuties mulcentem pectora ſomnum, citet.
A genere & meritis atq; à uirtute paterna
C ompelles, tribuas & auitæ laudis honorem,
E t reuerenter agas, nec uocem mitte ſuperbam,
E t nihil elatum, nec uerba tyrannica profer.
S ortis eò ſiquidem nos auerſatus adegit
I uppiter, ut noſtri immemores generiſq; domuſq;
C ogamur ſubmiſſa alijs & blanda profari.
T alibus inſtructum fratrem dimiſit: at ipſe
N elidæ uicina petit tentoria magni.
Q uò cum perueniſſet, agentem mollia ſomni
M unera ad undiuagas inuenit Neſtora naues.
P onè thorum uarij pendebant arma laboris,
F ulgentis primum clypei pulcherrimus umbo, Arma Ne-
T um duo ſplendenti præfixa haſtilia ferro, ſtoris.
E t galeæ fulgens criſtato uertice conus.
B altheus his aderat, uariantibus undiq; bullis
I nſignis, quo præcingi de more ſolebat
D ucturus nocitura ſenex in bella cohortes.
N ondum etenim totum confecerat ægra ſenectus.
H unc ubi per ſtrepitum præſenſit adeſſe, leuatus
I n cubitum, læuaq; tenens caput: Ecquis, ad iſthæc Neſtor Aga
N octurnos, inquit, tendis tentoria greſſus, memnoni.
C aſtra per ad naues, dum ſomno tota quieſcunt
A gmina, qui ſolus nocti confidere poſſis
O bſcuræ? ſocium'ne aliquem, profugum'ue requiris
I umentum? ne me propius taciturnus adito,
F are age quid uenias, ſi afferre quid utile forſan
M e tibi poſſe putes. Ad quem ſic rex Agamemnon Agamemnō
N eſtor Nelida, magnorum inſignis Achiuûm Neſtori.

Q Gloria,

G loria, num ſentis ex ipſa Agamemnona uoce
H uc ueniſſe tibi? quem Iuppiter impius urget
P ræ reliquis, ęrumnarum ſæuiq; laboris
M ole premens, adeò ut donec mihi uita ſuperſit,
D onec & incedens ueſtigia ducere poßim,
S im miſer, & maneam, per tempora cuncta futurus.
E t nunc quando oculis placidi capere ulla quietis
M unera non poſſum, uenio de cardine rerum
A nxius, & belli diſcrimine, & omnis Achæi
N ominis & famæ, quibus hæc triſtißima nox eſt,
E t mihi corda ægro prorſus mœrore fatiſcunt,
N ec ſibi mens conſtat, uerum de pectore mœſto
E xilit, & totos trepidat per corporis artus.
E rgo age ſi quid habes (poſtquam nec tu quoq; ſomnum
C oncipis) in medium proferto his utile rebus,
T am miſeris ſimul, & uigiles inuiſere mecum
E xcubiasq; uelis, ne fortè laboribus ægris
H i quoq; defeßi iaceant, & corpora ſomno
A bijciant proſtrata, nec excubialibus adſint
O fficijs, cum tam exiguo diſtemus ab hoſte
C amporum ſpacio, nec ſcire queamus an huius
S int aggreſſuri forſan nos tempore noctis.

Neſtor Agamemnoni.

I lli reſpondens Neſtor Neleïus infit·
A trida præclare hominum princeps Agamemnon,
N on equidem, ut reris, nunc expedit omnia magnus
C onſilia Iliadæ, nos contra, Iuppiter hoſti:
Q uin magis hoc credo, curis ingentibus ipſum
S ecum angi, & torqueri animo, ne magnus Achilles
P lacatus redeat iam nunc tibi factus amicus,
D epoſita tandem qua ſic deferbuit ira.
N il tamen ipſe ſequi quò duces cunq; grauabor:
Q uin alios etiam tecum dormire uetabo,
S ed uigilare uiros, nobis & adeſſe iubebo,

Robuſtum

R obuſtum Diomedea, & aptum rebus Vlyſſem,
E t celerem Aiacem, genitumq́; parente Megetem
P hyleo. atq; utinam ſit qui uolet ire uocatum
A iacem Telamoniaden, atq; Idomeneum,
Q ui procul hinc abſunt caſtrorum extrema tenentes.
S ed tamen in primis cuperem Menelaus adeſſet
N oſter, in has partes promptiſſimus: acribus illum
A rguero uerbis, etiam ſi tu ipſe uetaris.
Q ui, te nunc tantos pro ſe tolerante labores,
A dmittens placidam ſecura mente quietem
D ormiat, & noſtros nolit iuuiſſe labores,
Q uos tot, & in primis clari toleramus Achiui.
I lli ſic Danaûm princeps reſpondit Atrides.
M agne ſenex, hoc ut faceres te ſæpe rogarem, — Agamemnō Neſtori.
H ortarerq́; aliàs: quia ſe ſolet ille labori
S ubtrahere, & paulo cunctantior eſſe uideri:
N on equidem, quia lenta piger uelit ocia, non quod
D eficiat uirtute animi, potiora uolentis:
S ed quia reſpiciens me obſeruat, ut omnia primus
I ncipiam expectans, mea conſilia inde ſequatur.
N unc tamen ille prior me longè hoc tempore noctis
S urrexit, meq́; ipſe adijt, quem protinus iſtos
Q uos tu commemoras reges iuſsi ire uocatum.
N unc igitur celeri curſu hinc properemus ad ipſas,
Q uas iuxta accitos iuſsi conſiſtere portas,
C um turmis uigilum partes curantibus iſtas.
I lli iſthæc reſponſa Gerenius intulit heros.
T ali nempe modo nemo tua iuſſa maligne — Neſtor Agamemnoni.
A ccipiet Danaûm, nemo indignabitur iſthæc
T am bona pro populi cura parère iubenti.
S ic ait, & tunicam induitur, tum uincula nectit — Habitus & armatura Neſtoris.
P ulchra ligans pedibus: tum læuam murice tinctam
P urpureo, duplicem, latamq́;, & tergora uillis

Horrentem. ualidam manibus mox corripit haſtam,
Quæ ferro præfixa altè fulgebat acuto.
Atq; ita ad Argiuûm tentoria nota profecti,
Quos inter Laërte ſatum, dijs æquiparandum
Conſilijs, primum inuenere, illi ocyus altum
Excutiens ſomnum Neſtor, clamore ſonanti.
Ille ſenis poſtquam uocem intellexit, ad ipſum
Prouolat è thalamo: cui talia uerba profatur.

Vlyſſes Neſtori & Agamenoni.

Ecquid ob hæc nocturna uiri uos caſtra uagari
Compulit, has iuxta naues, tentoria circum,
Per tenebras? quæ cauſa duos tam friuola adegit?
Huic ita Nelides reſponſum reddidit heros.

Neſtor Vlyſsi.

Laërtis generoſe animi ſate ſanguine magni,
Ne nos argueris, ne'ue indigneris Vlyſſe,
Quod facinus, Danaûm ſors nos miſeranda coëgit
Vt faceremus opus. reliquos aduenimus autem
Excutere è ſomno: quas te quoq; ſumere partes
Nobiſcum decet, & fractis ſuccurrere rebus,
Quantum conſilio poßis, & pectore forti
Cum reliquis, fugiamus, an hic pugnemus in hoſtem.
Sic ait: at thalamum ingrediens conſultor Vlyſſes,
Ingentem ex humero clypeum ſuſpendit utroq;,
Adq; ipſos redijt, mox ad tentoria magni
Tydidæ proficiſcentes, in pellibus ipſum
Taurinis extra tectum offendere cubantem,
Armatum, iuxta ſocijs recubantibus ipſum,
Sub capita appoſitis per aperta cubilia ſcutis.
Quos prope ferratæ ſtabant fulgentibus haſtæ
Cuſpidibus, ſed & arma tholis ſuſpenſa micabant
Eminus, in morem magno Ioue fulguris acti.
Ipſe quidem corio incubuit bouis inclytus heros,
Inſigni nixus feſſa ceruice tapeto.
Quem prope conſiſtens Neleïus excitat heros,

Bubulo corio Diomedes incubat.

Calce

Calce pedum feriens, ultroq́; hæc uerba profatur·
Surge age, ne dormi Tydei clariſsime fili.
Quid iuuat integram noctem te ſtertere ſomno?
Non ſentis tumulum Troas cepiſſe, nec ipſos
Eſſe procul? campus qui interiacet inter utroſq;
Quantulus eſt etenim? Sic dixit. at ille leuatum
Suſtulit è ſomno corpus, dehinc talia fatur·
Dure ſenex, atq; irrequiete, laboribus ipſis
Indurate animo nunquam ceſſante quieſcis.
Num'ne aderant alij quos poſſes mittere ad iſtuc
Officij iuuenes, qui quos uoluiſtis Achiuûm
Primores ad ueſtra uiros conſulta uocaſſent?
Nec tibi opus fuerat per te hunc ſubijſſe laborem.
Sed tibi difficilem tribuit natura ſenectam,
Quæ nullis rerum ſuccumbat uicta procellis.

Neſtor Diomedem calce feriens excitat.

Diomedes Neſtori.

Reddidit huic Neſtor· Næ tu hæc es amice loquutus
Omnia, & ut decuit, uerißima, & optima dictu.
Sunt etenim mihi præſtantes fortiſsima nati
Pectora, ſunt urbes, populiq́; uiriq; fideles,
Quorum iſthæc potui mandare negocia curæ.
Sed nunc me dolor angit iniquæ ſortis Achiuûm
Maximus, atq; animo nullam ſinit eſſe quietem,
Ex quo res poſita eſt extremo in acumine ferri
Omnis, & ancipitem caſum fortuna minetur
Talis, ut aut fato crudeli ſit pereundum
Omnibus, aut aliqua uitam ratione tueri.
Sed tu nunc pedibus præſtantem uade uocatum
Aiacem, fortemq́; manu Phylidea, poſtquam
Viribus ipſe uiges ualidi melioribus æui,
Et noſtri abſumptum miſerere ætatis honorem.

Neſtor Diomedi.

ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, adag. Theocritus in Dioſcuris.

Sic ait. ille feri rutilantia terga leonis
Induitur latos humeros & brachia circum,
Tegminis extremum talos defluxit ad imos.

M ox haſtam capit, it, uocat, adducitq́; uocatos.
P oſtquam eſt ad uigilum uentum loca, ſingula reges
O pportuna uident, præfectos omnia cautis
D iſpoſuiſſe modis, nullum demittere ſomno
L umina, ſed uigiles omnes loca iuſſa tueri,
A rmatos omnes, in caſtra hoſtilia habentes
I ntentos oculos, ſolertibus omnia curis
S pectantes. ceu plena canes ad ouilia, ſi quem
A udiuere lupi fremitum, uenientis ab alto
Cõparatio. V ertice, rapturi pecudes, quem paſtor & ipſi
L atratu fremituq́; ſuis ab ouilibus arcent.
T alia conſpiciens ſenior, ſic Neſtor agentes
Neſtor uigilibus. A lloquitur: Vigilate uiri, atq́; inſiſtite curæ,
V t facitis, ſomnumq́; oculis arcete nocentem
R ebus in afflictis, ſæuo ne forſitan hoſti
L udibrium riſumq́; incuria noſtra pararit.
S ic dicens, extra uallum proceſsit, & ipſum
P onè ſequebantur reges conſulta daturi,
C umq́; his Meriones, & Neſtoris inclytus armis
F ilius: hi ſiquidem ſuper hoc uenere uocati
C onſilio. iamq́; egreſsi munimina foſſæ,
C onſedere duces, ubi multa cadauera bello
C æſorum iacuere loco, qua ſtrennuus Hector
C ædibus à Danaûm uenientis munere noctis
S ummotus fuerat. reſidentes ergo ferebant
M utua colloquia: hic Neſtor Neleïus infit·
Neſtor principibus græcorum. E rgò ne nos uirtus, adeò ne audacia liquit
O mnis, ut hoc noſtro numero nemo inueniatur,
Q ui ſibi tantopere confidat, ut audeat hoſtes
A ccedens propius, quid agant, quæ, qualia tractent
C onſilia, explorare? iſtic num fortè manere
C onſtituant, an ſint redituri in mœnia Troës,
P oſt tantam inflictam Danaïs hoc tempore cladem?

Aut

A ut aliquem capiens poſtremo ex agmine Troûm,
A ut propè ſuccedens, uoces & uerba loquentum
A udiat, auſcultetq́; ? ferox quid cogitet Hector ?
Q uod ſi hæc explorata renunciet omnia nobis,
S aluus & illæſus quanto pòſt tempore uiuet,
I lli honor immortalis erit, quæq́; inſerat aſtris
G loria, & à nobis pulcherrima dona dabuntur.
N amq; huic præfecti ratiumq́; & pubis Achiuæ
S ingula dona ferent, nigrantes terga bidentes
P inguia, fœtam quiſq;, gerentes utribus omnes,
C ui ſimilis poßit poſſeßio nulla uideri.
S emper & inter erit ſolennibus omnibus idem,
E t feſtis epulis, geſtarum nomine rerum.
S ic ait. hi preßis tenuere ſilentia linguis
C erta diu : tum ſic Diomedes uoce canorus
E xcipit. Eſt animus Neſtor mihi pectoris alti, — Diomedes Neſtori.
P rompta uoluntatis ratio eſt, cupio iſta ſubire
Q uæ tu caſtra mones hoſtilia, & omnia certis
E xplorare modis, quæ nunc ante omnia Troës
C onſilia expediant, cum tam propè caſtra locarint,
S i modò conſilij comitem, ſociumq́; laboris
D es aliquem. nam maior adeſt & plena duobus "
P ectoris atq; animi præſtantia, copia rerum "
V berior, uis conſilij præſentior omnis, "
D um nunc hic, nunc ille aliquid, quod & utile credat, "
I nuenit, alter & alterius ſæpe indiget uſu. "
A t qui ſolus erit, ſi fortè quid utile rebus "
C ogitet, inueniatq́;, animo perſæpe labanti "
D eficit, & timidum fugit omnis conſilij uis. "
S ic ait; atq; illi comitem ſe quiſq; uolebat,
P ræcipuè Aiaces, quorum Telamonius alter,
A lter Oïlides, magni duo fulmina Martis, — Idem de Scipionibus dixit Virgilius
O ptabant comites in tanta pericula ituro

T ydidæ fieri: uoluit Menelaus, auebat
M eriones, cupijt Thraſymedes Neſtore cretus,
O ptabat patiens & ad omnia durus Vlyſſes,
S icut erat fidenti animo, ſemperq́; parato
C aſtra ſubire uirûm Danäis tum dira minantum.
Agamemnõ Diomedi.
A d quos Atrides hominum rex talia fatur:
T ydida generoſe, animo gratiſſime noſtro,
C um tibi tot comites in aperta pericula ituro
E ſſe uelint Danaûm primi, tu delige quem tu
E ſſe bonum ducas, qui ſit, uideatur & idem
O ptimus è numero hoc: nec te reuerentia honorum,
A ut generis moueat: nec te ulla potentia regum
A uerſum rapiat, quos præteriſſe malignum
F orte putes. hæc Atrides eſt uerba loquutus,
Q uòd Menelaë tibi, ne tu legerere, timebat.
Diomedes Vlyſſem ſocium ſibi ad exploranda hoſtium conſilia deligit.
A d quem Tydides: Quod ſi permittitis, inquit,
V t quemcunq; uelim præſentis ab ordine cœtus
I pſe legam comitem, quo tandem crimine Vlyſſem
P ræteream? cuius ſapiens, & ad omnia promptus
E ſt animus, quamuis metuenda pericula, quemq;
P allas amat. comite hoc per Martia caſtra, per ignes,
P er mala quæcunq; euadam. Sic ergo loquuto
R eſpondens Laërtiades: Noli inclyta Tydei
P rogenies, nimis aut laudare aut carpere Vlyſſem,
H is coram ducibus, qui me nouere. Sed hinc nos
T empus abire monet, ſiquidem nox prona minatur
A duentum auroræ, quæ non procul eſſe uidetur,
I am ſpacia emenſis cœli longiſſima ſtellis.
P artibus exactis etiamnum penè duabus,
T ertia ſola ſuper curſu peragenda relicta eſt.
H æc ubi dixiſſet, correptis protinus armis
M embra tegunt. gladium Diomedi tum Thraſymedes
C ommodat ancipitem, galeamq́; utrinq; comantem

(Nam

(N am ſua pontigradas ad naues arma reliquit)
T aurinam, non excultam, non deniq; comis
O rnatam, proprio quam caſsida nomine dicunt,
V tilis & tantum eſt capiti tutela tegendo.
I nde ſuum clypeum, magno tunc fidus Vlyſsi
M eriones, arcumq; grauem, pharetramq; decoram,
E t gladium, galeamq; dedit, de tergore factam
T aurino, multa interius retinacula habentem,
I ntentam, rigidam. dentes extrinſecus albi
V iſebantur apri, qui denſi parte ab utraq;
E xtabant, medium ſetæ tenuere ferinæ.
H anc Eleona olim populatus, Amyntoris urbem
O rmenidæ, uertens opulenti tecta tyranni
S uſtulit Autolycus: quam protinus Amphidamanti
I pſe Cithæreo dono dedit, ille uetuſti
H oſpitij dat iure Molo, Molus ipſe paternum
M unus habere dedit nato tunc arma ferenti
T alia Merioni, queis tunc armabat Vlyſſem.
T aliter armati, linquentes caſtra ſuorum,
C aſtra inimica petunt: quibus incedentibus ultro
A ugurium à dextra læto dedit ardea cantu.
T ecta aue Pallas erat, quam poſtquam agnouit Vlyſſes,
(Q uamuis per tenebras uolucrem uidiſſe nequibant)
L ætus adeſſe deam, deinde hac eſt uoce precatus.
A udi me Ioue ſcutifero nata inclyta Pallas,
S icut ubiq; ſoles, ſicut mihi in omnibus adſtas
C aſibus aduerſis, nec me obliuiſceris unquam
C onantem prægrande aliquid: nunc ergo uocantem
P ræcipuè exaudi, da nos in caſtra reuerti
A cto opere immortali aliquo, quod tempore longo
T roianis doleat. Tum uoce ualens Diomedes.
M e quoq; diua (ait) exaudi Tritonia uirgo,
D a mihi te comitem, quondam ut comitata parentem es

Armantur exploratores duo, Diomedes & Vlyſſes.

Auguriū ex cantu ardeæ.

Vlyſsis ad Palladem oratio.

T ydea, cum uirides Aſopi fluminis undas
L inqueret, & ſolus reliquorum nomine Graiûm
M iſſus ad excelſas Cadmæia mœnia Thebas
I ret, & expoſitis quæ propter uenerat, iſthac
D igreſſus duce te hoc opus immortale peregit,
H oſtibus edomitis. cui ut tu dea ſola fuiſti
Fautor fœmininum. D ux, comes, auxilium: ſic nunc mihi fautor adeſto,
M e rege, cuſtodi, reducem ſiſte, adſere, ſerua.
R obuſtum tibi diua bouem, cui cornua latam
O btendant frontem, quem nec iuga tracta domarint,
Q uem ſtatuam ante tuas auratis cornibus aras,
S acrificans uoti ſoluam reus. Iſta precati,
N on renuente dea, tenebras per noctis opacæ,
S parſa per arma uirûm, per fuſa cadauera campo,
P er loca cæde uirûm iam lubrica ſanguine fuſo
I bant præcipites, geminorum more leonum.
S ed neq; magnanimis Troianis inclytus Hector
V llam permiſit requiem, nec tempora ſomni.
C onſilium procerum ſed & ipſe coëgit, & omnes
I uſſit adeſſe ſimul: quibus ad mandata coactis,
Hector Troianis. E cquis erit ueſtrûm (inquit) ad hæc ſe offerre paratus
Q uæ dicam peragenda negocia, temporis huius
N octurni, patrato habiturus munera facto
D igna ſatis. mercedis erit nam ſumma futuræ,
C orpora bina dabo curſu pernicia equorum
C um curru, Danaûm de cunctis optima: ſi quis
A udeat ad Graias ſpeculatum hinc currere naues,
Q uàm poterit propius, nunquid uelut antè ſolebant
A d celeres Danai circum ſua caſtra carinas
E xcubias peragant, hodierni an clade laboris
E t noſtris domiti manibus nocturna relinquant
O fficia, & uigilum curas, & nauibus altis
E ffugere hinc ſtatuant. Sic inclytus Hector, at illi

Mutu

M utua uoce diu tenuere ſilentia preſſa.
V ir Troianus erat, patres dixere Dolona,
F ilius Eumedis clari præconis, & idem
V nicus, & ſolus nunc fratrum quinq; ſuperſtes,
V ir locuples auri atq; æris, ſed prorſus inepta
D eformis facie, uerum pernicibus aptus
E t uolucer pedibus, curſuq; inuictus anhelo:
I s tunc alloquitur ſic Troas & Hectora magnum·
H ector, in hoc animo uirtus, in pectore promptum
R obur adeſt, ad perficienda negocia rerum
Q uæ tu cunq; iubes, ea me confidere debes
F acturum: licet informis ſim corpore toto,
N on tamen iccirco malus explorator habebor.
A d naues itaq; accedam fidenter Achiuas,
Q uàm potero propius, tibi & hæc in caſtra retrorſum
E xplorata feram. ſed tu nunc omnia ſceptro
P rotenſo firmare uelis, mihi te eſſe daturum
F rena, & equos, curruſq; inuicti nuper Achillis.
S ic ego peruadam caſtra intima, ſic ego naues
V ſq; Agamemnonias ueniam. nam forſan Achiui
N unc ibi conſultant proceres, an prælia rurſum
I nſtaurent, an fortè fugæ ſe credere malint.
S ic ait. ille manu uibrabat nobile ſceptrum,
I urabatq; uiro: Nunc Iuppiter ille maritus
I unonis, mihi teſtis ad hæc ſit ritè uocatus.
N emo iſtis potietur equis te præter in omni
H oc Troum populo, te illuſtrem gloria reddet
T alis, & æternum tanta celebrabere fama.
A tq; ita iuratus poſtquam eſt hæc uerba loquutus
I nſtat, ut approperet, fortiſſimus Hector. at arcum
F ulgentem ex humero ſuſpendit utroq;, lupina
T ectus pelle Dolon, ſuper utraq; tempora adaptans
H ircinam galeam, iaculum tum ſumit acutum,

Dolon ſe offert exploratorem.

Dolon uir deformis, ſed curſu celerrimus.

Hector Doloni per Iouem iurat.

A tq; abit aduerſus naues Argiuaq; caſtra,
A' quibus haud iterum rediturus nauibus eſſet,
N ulla relaturus quæ audiſſet ad Hectora magnum,
N amq; ita digreſſum à ſocijs, ueſtigia pleno
T orquentem properata gradu, cum primus Vlyſſes
V idiſſet, ſic alloquitur Diomedea fortem·
Vlyſſes Diomedi. E n tibi, neſcio quis, pedes huc uir ab hoſte profectus
T endit, an hic forſan noſtras petit aduena naues
E xplorator? an ad diſperſa cadauera campo,
C aptans prædæ aliquid? Sed nos hunc ire ſinamus,
D um nos prætereat, rapidis mox curſibus ipſum
P renſuri. quod ſi curſu præuerterit, & nos
D exteritate pedum ſuperauerit, ipſe memento
A d naues urgere haſta, ſemperq; retrorſum
C ogere, ne retro queat in ſua caſtra reuerti.
H æc ubi dixiſſet, paulum ambo declinantes
D e regione uiæ, poſt funera fœda latebant.
T um curſu celerante Dolon præteruolat ambos,
Q uanto præueniant ſpacio telluris arando
D ucentes muli tardos iuga curua iuuencos:
M ulus enim tauro citius molitur aratrum.
C um ſubitò exorti poſt hunc uelocibus ambo
C urſibus urgebant: ſonitu miſer ille ſequentum
A udito trepidante pedum, ſpe plenus inani
C onſtitit, argutans animo, ſuccurrere plures
I pſe ſibi comites quos mitteret inclitus Hector.
V erum iam ſpacio, quàm quiſquam mittere telum
P oſsit, erant propiore illi. tum ſcilicet hoſtes
E ſſe nihil dubitans, fugit ilicet: acrius autem
I lli inſtant fugienti alacres, urgentq; Dolona.
Cōparatio. N on ſecus ac uenatores per aperta ferarum
L uſtra canes gemini, quos efferat uſus & ætas,
H inuleum leporem'ue agitant, per inhoſpita ſyluæ

Paſcua,

P aſcua, prætrepida formidine multa gementem:
S ic ibi Tydides, & rerum euerſor Vlyſſes,
I nſtabant tibi fata Dolon extrema ferentes,
A rcebantq; procul uerſus naualia Graiûm,
N e tua caſtra retro curſu in Troiana redires.
I am procul haud aberat quin excubitoribus ipſis
I ncideret, cum diua ſuo Tritonia uires
T ydidæ immiſit, ne forte quis alter Achiuûm
H oc illi decus eriperet. nam primus in ipſum
M iſit agens celerem diuæ ui roboris haſtam,
V ulnere quem fixum ſic eſt affatus. Ab iſta
A ut tu ſiſte fuga curſum, aut te conſequar ipſo
H oc iterum telo: nec enim tu effugeris unquam,
Q uam tibi noſtra feret miſerandam dextera mortem.
D ixit, & attollens haſtam ſine uulnere miſit
S ponte ſua. nam dextri humeri retinacula ſupra
M iſſa uolans, ante ipſum affixa eſt cuſpide terræ.
S ubſtitit attonitus miſer, & formidine pallens,
D entibus increpitans, titubans pede, uocibus edens
M urmura confuſis: manibus quem deinde præhenſum
A mbo ad ſe retrahunt. quos ille in uerba fluentes
E ffundens lachrymas, ſic dicitur eſſe precatus.
S eruate incolumem, & uiuum me abducite quæſo,
I pſe ego me redimam. ſunt namq; ingentia nobis
D ona repoſta domi, ferri, argenti, æris, & auri,
V nde pater uobis ampliſſima munera mittet
S i me ſeruari incolumem cognorit Achiuis.
H uic ita conſilio præſtans reſpondit Vlyſſes.
A ude animo, confide, omni formidine mortis
D epoſita, mihiq; hæc ediſſere uera roganti,
Q uid tu ita ſolus in hac nigræ caligine noctis
T empore, quo ſopiti alij defeſſa quieti
C orpora depoſuere homines? an mortua captas

Dolon apprehenditur.

Dolon Vlyſſi & Diomedi.

Vlyſſes Doloni.

Funera,

F unera, prædæ aliquid ſperans? an te inclytus Hector
E xploratorem ad naues dimiſit Achiuûm?
A n te ſponte tulit huc te inſana uoluntas?
Dolon Vlyſſi. A d quem uoce Dolon trepidans, & corpore toto:
M ultis me exagitans rationibus impulit Hector,
D eceptum: currus & equos ſe namq; daturum
P ræclaros mihi Pelidæ promiſit, ut irem
Q uid fieret naues exploraturus ad altas,
V eſtraq; caſtra uiri: poſitas'ne ageretis ut antè
E xcubias, an fortè pares non ſitis ad iſthæc
E domiti noſtris manibus, pugnæq; hodiernæ
C ladibus attriti patrias redeatis ad oras.
A d quem ſubridens ſapiens ita fatur Vlyſſes.
Vlyſſes Doloni. M unera magna Dolon equidem, ſi tu iſta petebas,
P elidæ currus & equos adeò generoſos,
V t nulli parère alij nec cedere poſſint
M ortali, niſi ſoli ipſi: qui matre creatus
Ae quorea, diuûm de ſemine uenit Achilles.
V erum age & hæc mihi reſponde, & dic uera roganti,
Q uæ loca ſeruantem, qua'ue in regione morantem
H ectora liquiſti, cum digredereris ab illo?
A rma ubi depoſuit? ſtabula & quæ legit equorum?
Q uid Troës reliqui, uigilant'ne, atq; ordine ſeruant
E xcubias? an membra fouent defeſſa quieti?
H ac'ne etiam, quam nunc retinent, ſtatione manere
D ecernant? an fortè in mœnia celſa redibunt,
P oſt tantam noſtro factam de milite ſtragem?
Dolon Vlyſſi. H uic ita uoce Dolon ſed adhuc titubante profatur.
H æc quoq; uera tibi, quicunq; es amice, fatebor.
A d ueteris monumenta Ili ſeſe ipſe recepit,
C um ducibus primis & conſultoribus Hector,
A' turba, ut ſecreto illic de rebus agendis
C onſultent: uigiles etiam, quos caſtra tueri

Iuſsit.

I ussit, & excubias agere, hi parere recuſant,
E t neq; comparent, niſi ſoli Troës: ad ignes
H i ſiquidem, & nocturna ſedent ad lumina ſoli,
I n partes alios etiam & loca iuſſa uocantes.
A t ſocij dilapſi omnes, ſecura quieti
C orpora depoſuere, nihil ſupereſſe pericli
P erſuaſi, nihil inde mali cladis'ue timentes
P ro natis, pro coniugibus, quando hinc procul abſint.
C ui Laërtiades. Age & hoc ediſſere, nunquid — Vlyſſes Doloni.
C ommiſtæ'ne iacent Troum ſociûmq; cateruæ,
A n ſemoti alijs alij? quo noſcere poſſim.
Q uem celer Eumedis contrà ſic filius infit.
H æc quoq; uera tibi referam. tentoria duri — Dolon Vlyſſi.
A d mare Cares habent, & habentes Pœones arcus
I ncuruos, Lelegesq;, & Caucones, inde Pelaſgi.
T ymbreum uerò uerſus, loca proxima, campum
H æc Lycij ſortita tenent, Myſiq; ſuperbi,
I nde equites Phryges, hos criſtati Mæones ultra.
S ingula cur autem diſquiritis omnia? quod ſi
V ultis adire uiros, Troianaq; caſtra uidere,
D iſcite & hoc. Thracum, Troiæ qui nuper ad urbem
L aturi auxilium uenere, nouiſſima turba eſt,
Q ui dirempta loco poſuerunt caſtra ſeorſum,
Q uorum rex Rheſus clariſſimus Eïoneï
F ilius, huius equos forma atq; ætate probandos,
Q ui candore niues anteirent, curſibus auras, — Virgilianum.
C onſpexi his oculis. currus uehit aureus ipſum,
A rgento inſerto fulgens. arma aurea regis
T ota nitent, ipſo miranda ſtupendaq; uiſu.
V ideris, eſſe deûm dicas digniſſima membris,
N on hominum, qui tam precioſis excolerentur.
V os nunc ad celeres naues me abducite captum,
A ut hic firmo aliquo religatum linquite uinclo,

Donec

D onec uos ambo Troiana in caſtra profecti,
V era'ne detulerim uobis an falſa ſciatis.

Diomedes Doloni.
A d quem torua tuens Diomedes, talibus infit.
N e uerò ne deinde fuga ſperaueris ulla
E labi te poſſe mihi, licet omnia nobis
C ommoda detuleris, molitum hoſtilia poſtquam
T e noſtræ cepere manus, ut ſcilicet olim
H uc iterum redeas naues ſpeculator ad altas,
A ut nos oppugnes. quod ſi tibi ſpiritus iſthac
D emptus erit dextra, nunquam tu deinde redibis
P erniciem Danaïs meditans. uerba iſta loquenti,
I amq; paranti ictum, barbæ cum uellet honeſtam

Occiditur Dolon.
T angere cæſariem ſupplex, caput enſe reducto
D iſſecuit medium, quo uulnere utrinq; ſolutis
N eruorum inuolucris, ſed adhuc cum murmure linguæ
F ractum pulueribus iacuit caput, ilicet illi
E xuuias atq; arma adimunt iam lumine caſſo,
H ircinam galeam, ſagulumq; è pelle lupina,
I nde retortum arcum, tum duri roboris haſtam.
O mnia quæ dextra uictrice inuictus Vlyſſes
I n cœlum tendens, hac Pallada uoce precatur.

Oratio Vlyßis ad Palladem.
D iua faue, ſpolijs per nos tibi ritè dicatis,
T e ſiquidem primam colimus, te in uota uocamus
D iuorum: tu nunc nos in tentoria Thracum
D irige, qua currus & equi ſtant, aureaq; arma.
H æc ubi dixiſſet, ſpolia iſta Dolonis auari
E xtulit ad ſummos ut iuſta tropæa myricas.
E t ne forte locus redeuntes nocte ſub atra
F alleret, apprenſa ponebat arundine ſignum,
A diecta uiridis numeroſa fronde myricæ.
H inc per & arma uirûm properant, nigrumq; cruorem,
I ndicio Thracum tentoria nota petentes.
Q uorum ubi ad extremos uentum eſt, ipſosq; iacentes

(Vtpote

(V tpote defeſſos curſu) ſopor altus haberet,
S ed tamen ordinibus digeſti, namq; iacebant
I n ſerie triplici, iuxta ſua quemq; repoſta
A rma ſolo iacuere, & equi propè pabula ſtantes
C arpebant, ipſe in medio rex agmine Rheſus
S omno indulgebat, iuxta ipſum parte capiſtris
Q uadrupedes media tecti ad præſepia ſtabant
C urribus appoſitis. quem poſtquam uidit Vlyſſes,
E n tibi amice uirum, Diomedi proximus inquit,
C ommonſtrans, en iuxta & equos, quos uerba Dolonis
S ignarunt, quem nos paulo obtruncauimus antè.
N unc age uim, uireſq; tuas, nunc robora profer,
N unc uirtute opus eſt, res exigit, hora requirit.
N ec tu nunc ſpectator eras adhibendus, in armis
T am benè compoſitus: ſed tu nunc ſolue iugales,
I pſe uiros perimam. quod ſi te fortè iacentes
O btruncare iuuat, pulchrum eſto, ego ſoluere pergam
Q uos abigamus equos in caſtra Argiua trahentes.
S ic ait. at uires Diomedi cæſia Pallas,
E t mentem dedit. ergo auide per caſtra iacentes
A ggreditur, nùnc hunc ferro, nunc corripit illum.
T um grauia ignota ſuſpiria morte cadentum
A udiri, tum terra atro manare cruore.
S icut enim leo ſiue ouium ſeu fortè caprarum
P er deſerta gregem nactus, paſtore carentem,
I rruit infrendens, mactans uorat ore cruento:
S ic tunc Threijcios iuuenes Tydeïus heros
C orripuit, mactans. bis ſex iam corpora uictor
O rco tradiderat, cum ſtans propè fortis Vlyſſes,
T ydides quemcunq; manu confecerat, illum
I pſe trahens pedibus, cupiens ut tranſitus eſſet
L iber equis, rètrò abiecit, ne fortè pauentes
(I gnorabat enim quales, uel cuius eſſent

Rheſus rex Thracum.

Cõparatio.

Cuius triſſyllabum.

I ndolis) ad totis obiecta cadauera caſtris
C onſternati agerent ſubitum per caſtra tumultum.
I amq; erat ad regem uentum, qui tertius illis
E t decimus cumulandus erat, quo tempore dulcem
I lle quidem toto proflabat pectore ſomnum.
P eſtifer illi autem ſupra caput aſtitit ægrum
S omnus, ab Oenidæ manibus ferroq; profectus
Vlyſſes equos ſoluit.
P alladis auxilio. Interea cordatus Vlyſſes
S oluerat æripedes, frenisq; tenacibus omnes
N exuerat, iamq; educens ex agmine abibat
I nſtigans arcu, quoniam ſumpſiſſe flagellum
F eſtinans oblitus erat de curribus altis.
T um ſocium admonuit per ſibila cognita. at ille
P erſtabat, uoluens animo memorabile factum,
N um currum arripiens, in quo arma repoſta iacebant
A urea, pertraheret temone, aut tolleret altis
D eportans humeris: an plures fortè trucidet
P ubis Threïciæ. uoluenti talia, Pallas
Pallas Diomedi.
A dſtitit, &, Quid, ait, tibi Tydeos inclyte fili,
E xcidit, ut redeas? trepidus ne fortè carinas
H inc pulchras repetas, ne Troas fortè deorum
E xcitet hic alius. iam deſine, tempus eundi eſt.
S ic ait, ille deæ uocemq; & uerba loquentis
A gnoſcens, conſcendit equos, quos uerbere Vlyſſes
V rgebat, properè ad naues uenere citatis
C urſibus æripedum. nec ſegnis amicus Apollo
T roianis fuit. Ille ut Pallada uidit euntem,
C onſilia & uerbis Diomedi recta ferentem,
I ratus, loca & ipſe petit, qua caſtra locarunt
T roiani, Thracesq;, & ab illis Hippocoontem
E xcitat, agnatum regi, rebusq; ualentem,
C onſilioq; bonum. qui ſomno excuſſus, ut ipſos
A bductos cognouit equos, regisq; iacentis

Sanguine

S anguine fœdatum corpus, tum plurima circum
C orpora cæſorum, miſeráq; à cæde mouentum
S emineces artus, amens exclamat, & omnem
I mpleuit clangore locum, tum nomine regem
Ae quæuum, agnatumq́; uocans, tum tota tumultu
C aſtra repentino Troum commota fremebant.
V ndiq; concurſus fieri, ruere undiq; Troës
C um ſocijs, mirari hoſtes ingentia facta
E ſſe auſos, ſua ab his potuiſſe in caſtra reuerti.
I lli ubi peruenere locum, quo morte Dolona
P erculerant, ibi cautus equos retinebat Vlyſſes,
D eſilit in terram Diomedes, atq; cruentas
E xuuias rapiens, ſocio tradebat Vlyſsi.
M ox in equos iterum inſiluit: qui uerbere Vlyſsis
E t ſtimulis acti, repetunt omiſſa repentè
A d naues dudum cœpti ueſtigia curſus,
Q uos trepidante pedum curſu Neleïus heros
S enſit ubi aduentare prior, ſic fatur amicis:
O ſocij Danaûm proceres, & ſceptra tenentes,
M entiar? an uerum mens augurat? id quod & optem,
C ertus equûm ſtrepitus pauidas mihi perculit aures,
Q uos & Tydides huc & conſultor Vlyſſes
A dducunt, Troum ſociûm'ue ex agmine captos.
V erum ego quàm timui, quàm me metus anxius egit
S ollicitum, ne quid paterentur triſte, ſuáq;
I ndignum uirtute uiri, duo maxima Graiûm
L umina, ne ſoli obruerentur ab agmine Troum.
V ix ea fatus erat, cum protinus ecce cruentis
A dſunt ornati ſpolijs, mox inde decoris
D eſiliunt ab equis, quibus omnia læta precati
E xhibuere manus, gratantes talia dextris
O minibus perfecta, duces, multáq; ſalute
A ccipiunt. Tum Neſtor in hæc eſt uerba loquutus:

Tumultus in caſtris Thracum ob cæſum regem.

Neſtor Græcis.

Neſtor V- D ic age, dic ingens Argiuûm gloria Vlyſſe,
lyßi. Q uos nobis adducis equos? aut unde paratos?
N unquid ab agminibus Troum? num fortè deorum
O btulit hos aliquis, ſimiles cœleſtibus omnes
L uciferi radijs? equidem iam tempore longo
T roianis conuerſor, ad hæc naualia bello
C onſenui, nec tale aliquid uel tempore uidi hoc,
V el uidiſſe aliò memini, tam ſcilicet albos,
T alis equos formæ. Nunc munus id ergo deorum
E ſſe ego credidero, quia uobis obuius ambos
H is donarit equis aliquis deus: ipſe equidem uos
C aros eſſe Ioui cogenti nubila noui,
A tq; ipſo genitæ dilectos Palladis ambos.
O lli reſpondens multorum expertus Vlyſſes,
Vlyſſes Ne N eſtor (ait) Nelide, ingens decus Argiuorum,
ſtori. I d facile eſſe deo quis neſciat, his meliores
„ S i dignetur equos dare poſſe? quod omnia longè
„ H umana exuperet uirtus diuina. ſed iſti
Q uos nunc cernis equi, ſunt tota ab origine Thraces,
Q uorum hodie regi Diomedes abſtulit haſta.
O bluctantem animam, cum de incumbentibus unà
B is ſex lectorum iuuenum, quibus additus eſt rex
Dolona R heſus tredecimus. Sed & hunc naualia iuxta
dicit. C epimus, exutum ſpolijs, & uulnere cæſum
L iquimus: explorator enim ueniebat ab ipſo
H ectore, Troianiſq; alijs, ut noſtra peragrans
C aſtra, ſuis quæcunq; ageremus, nota referret.
S ic dicens, adigebat equos per grandia foſſæ
M unimenta cauæ, gaudens ſimul ipſe, ſimulq;
L ætantes alij. Sed equi tentoria magni
I ngreßi Diomedis, ibi ad præſepia pulchris
A lta ligabantur nullo prohibente capiſtris,
I uxta alios Diomedis equos, qui farre cibari

Triticeo

T riticeo ſoliti fuerant. ſpolia inde Dolonis
I n proram nauis poſuit ueterator Vlyſſes,
C onſecranda Deæ uentura per ocia glaucæ.
A mbo deinde in aquas abeuntes æquoris alti,
A bluturi artus multo ſudore fluentes,
O mnia membra lauant, ſuras, femora alta, lacertos.
C orpora poſtquam autem nimio ſudore leuârunt,
F luctibus æquoreis lotiq́; animisq́; refecti,
P oſt hæc calda petunt ſpumantia balnea labro
A rte laborato uaria, defeſſa lauabant
C orpora, odorifero ſucco præpinguis oliuæ
V ngentes: tum cœnatum poſt balnea pergunt,
A tq; ibi præcipuum libant cratera Mineruæ,
P lurima prædulci uacuantes pocula uino.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XI.

A T ian prima diem referens mortalibus almũ,
O rta ſenis thalamos & grata cubilia liquit
D iua pudoricolor, cũ Iuppiter æthere ab alto
M ittit ad Argolicas numen crudele carinas,
P acificas mentes ſolitam diſſoluere Litem,
S pargere & irarum cauſas, & iurgia belli.
I lla manu præ ſe monſtrum deforme ferebat
M artis, & inſanæ per tot diſcrimina pugnæ.
H æc delapſa petens nauem pugnacis Vlyßi,
C onſtitit alta ſuper tabulata, quod eſſet in omni
C laſſe loco medio, ſicut duo cornua habebant
H inc Telamoniadæ naues, hinc fortis Achilli.
Q ui duo quod ualidi atq; inuicti uiribus eſſent,
V ltima caſtrorum meritò loca iuſſa tenebant.
S tans igitur celſo in malo ſæuiſſima diuûm
N auis Vlyſſeæ, clamorem uoce ſonora

Orditur à deſcriptione temporis.

ἔριδα, alij cõtentionẽ uertunt.

 Edidit

Contentio ardorē bellandi Græcis inijcit.

E didit horrendum. qui ſic perſuaſit Achiuûm
P ectora, ut inijceret uiresq́; nouumq́; uigorem
O mnibus, atq; animos pugnæ crudelis amore
I nflammaret agens, quem copia nulla fatiget
P ugnandi, atq; ipſis aleretur cædibus, & qui
E ſſe uideretur patria iucundior ipſa.
H ic prior Atrides exclamat, & imperat, omnes
A rma reſumentes adſint, & bella capeſſant.
I pſe arma induitur lato fulgentia ferro,

Armatur Agamemnō.

P rincipiò teretes ocreas, argentea habentes
V incla pedes circum & talos : tum grandibus aptum
E t pulchrum thoraca humeris, memorabile donum
A ntiqui Cinyris, qui cum regnaret in alta
I am ſenior Cypro, famáq; audiſſet Achiuos
C laſsibus & magno petere inclyta Pergama bello,
G ratificans munus regi donarat Atridæ.

Thoracis Agamemnonis deſcriptio.

V iſebantur in hoc ueluti bis quinq; uiarum
L ineolæ, quas cæruleus color inficiebat.
B is ſex aureolo radiabant terga colore,
S igna quaterquini referebant ſtannea, poſt hæc
T res inerant ſquamis depicti terga dracones
C æruleis, magni, immanes, ceu colla petentes
P orrecti ad iugulum : uideas, cognoſcere poſsis
E ſſe Iridi perquàm ſimiles. quam Iuppiter altis
N ubibus infixit referentem mille colores,
E t miſeris uoluit mortalibus eſſe ſtupori.
P òſt humeris magnum ualidis accommodat enſem,
A uratis firmum clauis : hunc aurea pulchrè
I n latus ex humero pendentem cingula nectunt.
T aliter ornatum, uagina argentea condit.

Clypeus Agamemnonis.

T um clypeum capit ingentem, prorſumq́; ſtupenda
A rte laboratum, circum bis quinq; ſubibant
O rbes ærati, gyro interiore plicatum.

Bis

B is totidem ſtanno rigidi candente. ſed ipſo
I n medio extabant Phorcynidos ora Meduſæ,
C ærulea facie, & forma uultuq; minaci,
T erribili, ſæua, cingentibus undiq; diris
N uminibus, terrore animi, triſtiq; timore.
P ondus id, hos orbes argentea zona tenebat,
Q uam ſuper in ſpiras tortus draco gutture uaſtus,
O re triceps uertebatur, capita ardua quaſſans:
Q uæ tamen ex uno ſurgebant omnia trunco.
T um galea criſta horribili caput armat equina,
Q uadruplici ſerie magnum incutiente pauorem.
P oſtremò ingenti præfixa haſtilia ferro
B ina manu rapit. his longè fulgebat in armis,
S idera ut immodicus percelleret aurea ſplendor.
T anta Mycenarum regis decora eſſe uolebant,
I uno regna tenens, & lumina cæſia Pallas,
V t ſonitu ingenti fremerent ex aëre ſummo.
A urigæ tum quiſq; ſuo præcepit, ut armis
E t currus & equos ſubter munimina foſſæ
I nſtructos, aptosq; obeunda ad bella tenerent.
I pſi ſublato pedites clamore feroci
E rumpunt caſtris, armisq; animisq; parati.
A tq; ibi munimenta extra diſcrimine paruo
D iſtantes ab equis, ſeſe nil tale timenti
O ſtendunt hoſti à tergo. tum Iuppiter atram
I mmittens Litem, ueſano caſtra tumultu
C omplet, & ex alto pro dulci rore cruentas
D epluit in terram guttas, ſub tempus obortæ — *Cruentæ guttæ pro rore.*
A uroræ: quo prodigio tot parte ab utraq;
I lluſtres animas fuerat miſſurus ad orcum.
T roës ab aduerſa uenientes parte, relicto
I n quo conſtiterant tumulo, contrà arma ferebant
Q uiq; ſuis nixi ducibus, magnum Hectora circum,

C ircum Pulydamanta ſui, circumq; potentem
V iribus Aenean, quem Troës honore colebant
E ximio, ceu diuûm aliquem: tria & agmina circum
T ris Antenoridas, Polybumq;, & Agenora fortem,
D ijs ſimilemq; Acamanta, uirentem cælibe uita.
H ector ibi ante alios circumtulit arma ſuorum,
V ltima nunc luſtrans, nunc prima ſub agmina curſu
S e recipit. grauibus iam conſpiciendus in armis,
I am ſubductus ab aſpectu, nec ubiq; uidetur.
Comp. N on aliter quàm ſtella nocens, quæ nubibus atr
A pparetq; latetq; uiciſſim: hic impiger Hector
T otus ab armorum radiabat luce coruſca,
C eu Iouis armati clypeo trepidabile fulgur.
P ugnantes igitur congreſſi Troës Achiuis,
T alia præbebant de ſe ſpectacla uiciſſim,
Cõparatio. Q ualia meſſores hominis locupletis in agro
E dere ſæpe ſolent, aut hordea flaua metentes,
T riticeam aut ſegetem, duplici ſtant ordine nixi,
A tq; ut ibi in terram crebri cecidere manipli,
S ic Troum, ſic Argiuûm proſtrata cadebant
C orpora, ſic æquata edebant mutua pugna
Acerrimi conflictus deſcriptio. F unera, nil memores mortiſ'ue atri'ue timoris,
I n ſua graſſantes rabidorum more luporum
V iſcera, & alterna furibundi cæde madebant:
C edere nec quenquam, nec ſe ſubmittere pugna
S pectares. tum triſte homini Lis improba numen,
L æticiæ tacito capiebat pectore ſenſum,
I ſta uidens. nam ſola aderat, pugnamq; ciebat.
N am reliqui diuûm iuſſi intra tecta manebant
(Q uæ ſpecioſa tenent in Olympi uertice ſummo)
I rati ſuperûm regi, qui contrahit atras
A ëra per uacuum nubes: quia ſcilicet eſſet
I lla Troianis decus ingens luce daturus,

N *ec Danais foret auxilio. namq; ipſe ſedebat*
S *olus, & à reliquis diuûm ſecretus, & urbem*
T *roianam Danaûmq; rates in littore ſpectans,*
S *pectans armorum ceu fulgura mutua, lætus*
F *unera ſpectabat, cædentum, & multa cadentum*
M *ilia, per multo rorantes ſanguine campos,*
I *ucundo iſtarum rerum gaudebat honore.*
T *am ſtetit iſta diu fortuna æquata laboris*
S *anguinei, multiq; acie ex utraq; cadebant,*
D *onec adaucta dies medium aſpiraret ad orbem,*
T *empore quo grauida nemoroſo in monte ſecuri,*
A *rboreasq; trabes æternáq; robora ſcindens*
L *ignator, manibus feſſis & corpore toto,*
I *am reuocante fame linquens opera atq; laborem,*
A *pparat optatæ iamdudum fercula cœnæ.*
F *ortia tum Danaï ſocios in facta uocantes,*
P *ro ſe quiſq; ſuos, Troum rupere phalangas*
V *iualida, ac uirtute animi. quos inter Atrides*
P *rimus in aduerſos Agamemnon ſe intulit hoſtes,*
O *cciſo præſtante Bienore principe, poſt quem*
S *trauit Oïleum, qui frena regebat equorum.*
I *lle quidem dominum ulturus, de præpete curru*
D *eſilit, ac illi plagamq; & tela ferenti*
O *buius Atrides, ita frontem perculit haſta*
E *lapſo, ut galeæ ſummum mucrone feriret.*
Q *uo fruſtrato ictu, media inter lumina fronti*
I *nfixa eſt ferrata acies, quæ oſſa intima frangens*
T *ranſijt, & media cerebri madefacta medulla eſt.*
S *ic domuit plagas & uulnera ferre paratum.*
H *os igitur diro confectos funere, & armis*
E *xutos, ut humi cæſi iacuere reliquit.*
I *nde duos Priamo genitos, quorum nothus alter,*
A *lter legitima fuerat de matre creatus,*

Quos Agamemnon in hoc conflictu interemerit.

A ntiphon atq; Iſum paribus conſpexit in armis,
E t curru ſtantes in eodem. capta regebat
F rena nothus, dextra rotat Antiphus arma minaci.
H os quandoq; ambos nemoroſæ in montibus Idæ
S eruantes armenta ouium, generoſus Achilles
C eperat, & precio dimiſerat inde redemptos.
F ertur in hos ferus Atrides, Iſumq; priorem
I nterimit, figens iaculo penetrante papillam:
A ntiphon infixo mox conficit enſe ſub aurem.
Q uos dum præcipites curru deturbat, & armis
E xuit, eſſe uiros quos quondam inuictus Achilles
T raxerit ad naues captos è montibus Idæ
A gnouit, quoniam exuuijs nudauerat ambos.
Cõparatio. T um uelut immanis leo fœta cubilia ceruæ
I ngreſſus rapit hinuleos, & dentibus atris
D ilaniat, toto pauet anxia pectore mater,
N ec ferre auxilium potuit pereuntibus ullum,
Q uamuis conſtiterit propior, fugit abdita in alios
S eſe proripiens ſaltus, & inhoſpita teſqua
S yluarum, ſudore fluens, nam robore tota eſt
I mmanis ſtupefacta feræ. Sic pectora Troum
A ttonita, & ſtupefacta retrò ceſſere, nec ullum
A uxilium potuere ſuis aut ferre ſalutem,
S ed noua graſſantum metuebant robora Graiûm.
P oſt hæc Atrides Piſandrumq;, Hippolochumq;,
A mbos Antimacho genitos in prælia forti:
H ic erat Antimachus, Paridis qui uictus & auro
M uneribusq; alijs, Helenen gazamq; rependi
D iſſuaſit Menelaë tibi: hoc patre ergo creatos,
E t curru ſtantes in eodem, cum timor ægros
C œpiſſet (nam frena manus fugere remiſſas,
N am currus & equos ſimul & data frena regebant)
I nſilit Atrides uiolenti more leonis

Ambos

A mbos delaniaturus. ſed ab axe rotarum
D eſiliunt genua amplexi, regiſq; uoluti
A nte pedes, tali uictorem uoce rogarunt.
C onſerua incolumes Atrei clariſſime fili,
D igna recepturus pro noſtra dona ſalute.
N am pater ampla domi locupletis munera gazæ,
Ae ris & argenti, fuluiq; recondidit auri,
P ro quibus has animas redimet tibi maxima mittens
P ræmia, ſi uiuos nos nouerit eſſe retentos.
T alia cum lachrymis illi. pro mitibus autem
V erbis & gemitu, reſponſum immite tulerunt.
E rgo ne uos geniti Antimacho, qui Troica quondam
C oncilia hortatus monuit, ne parcere uellent
L egatis, Menelaë tibi, tibi fortis Vlyſſe,
N ec ſinerent remeare domum, patriamq; reuerti,
S ed uelut exigerent inimico à ſanguine pœnas.
N unc igitur culpæ nati luitote paternæ
S upplicium, pœnamq;. Hæc dicens, perculit haſta
P iſandrum aduerſo ſub pectore, præcipitemq;
S trauit humi. quo ſic terram mordente ſupino
I rruit Hippolochus, gladio cui uindice palmas
P ræſcidit, & ſummæ ceruicis uincula ſoluit.
Q uem poſtquam ſtratum fulgentibus exuit armis,
I n medios truncum calcandum propulit hoſtes,
N on ſecus atq; pila pauxilla in fruſta molari.
P oſt hæc præcipuos ubi conſpicit eſſe tumultus,
P roripuit ſeſe in medias comitante phalangas
A gmine Graiugenûm, tum ſparſa per agmina latè
I rruit, adſequitur peditem pedes, actus equeſtri
A gmine eques: fugit hic, fugat ille, uſumq; uidendi
A bſtulit atra leui commota è puluere nubes,
P er totum campi ſpacium, quem curſus equorum
I mpleuerat ſonitu ingenti. Sed rex Agamemnon

Piſander et Hippolochus ſupplices Agamēnoni.

Agamemnonis reſponſum triſte.

Præclara ὑποτύπωσις.

Et

Et fugienti inſtans hoſti, exhortanſq; frequentes,
Tantas edebat ſtrages, tantamq; ruinam,
Quantam iniecta ſolent denſis incendia ſyluis
Edere, quam paſcunt afflantes undiq; uenti:
Sic Agamemnonio ſub milite & enſe ſuperbo
Innumeri Troës peditumq; equitumq; cadebant.
Cernere equos erat errantes, curruſq; trahentes
Aurigis uacuos paßim, dominiſq; carentes,
Ceu deſiderio motos & amore ſuorum,
Ipſos ceu uaſti per plana requirere campi.
Hi uerò abiecti terræ, exanimeſq; iacebant,
Vulturibus quàm coniugibus potiora daturi
Gaudia. per medios tanti diſcriminis æſtus,
Tela per, & mortes, per fuſi ſtagna cruoris,
Vmbrantem campos per nubem pulueris atri,
Iuppiter incolumem ſeruauit, & Hectora tutum
Præbuit. at ferus Atrides ſocia agmina Graiûm
Terribili clamore uocans hortatur, & urget
In Troas: qui iam ueteris monumenta ſub Ili
Conſtiterant, curſu feßi medio æquôre campi,
Sylueſtrem ad ficum cupidi urbis contingendæ.
Qui poſtquam Scææ ſtabant prope limina portæ
Ad fagum ueterem, tum primum ſiſtere curſum,
Stare loco, atq; inhibere fugam, ſocioſq; peractæ
Colligere ex errore fugæ: quos ſegnior autem
Curſus in hoſtilis perduxerat agmina turbæ,
Hos necat, hos mactat uirtute ferox Agamemnon.
Atq; ut ſæpe leo cæcæ ſub tempore noctis
Corripiens armenta boum, cum dißipat omnes,
Tum rapit eximium, quem mox ceruice reſecta
Dilaniat, carnemq; uorat fera ſæua cruentam,
Viſceraq; inſano depaſcitur intima morſu:
Non ſecus Atrides fugientibus omnibus unum

Poſtremum

P oſtremum rapiens aliquem mactabat: & illum
I n faciem ſternens, rapta hunc ceruice ſupinum
C onficit, aut ab equis retrahens, aut axe citato.
S ic uarijs periere modis tot milia Troum,
S ub manibus magni Atridæ. qui iam prope muros
I liacos pugnans penè irrupiſſet in urbem,
C um pater omnipotens cœlo delapſus, in altis
F ontibus irriguæ conſedit montibus Idæ, Iuppiter in Idam.
T ela manu retinens acie metuenda triſulca,
T um ſic alloquitur plantis uelocibus Irim·
I fuge, uade, uola pennis pernicibus Iri, Iuppiter Irim mittit ad Hectorē.
H ectora conueniens, cui talia uerba loqueris·
D onec in agminibus pellentem Agamemnona primis
V iderit hoſtiles acies, multosq; ſuorum
E nſe trucidantem, ſe ſubtrahat ipſe, manumq;
C ompellat reliquam Troum producere pugnam
C um Danaïs. poſtquam ille autem uel punctus ab haſta,
V el cæſus gladio repetitum aſcenderit axem,
T unc illi tantas immittam in corpora uires,
V t Danaos uice iam uerſa trepidante repellat
I n ſua caſtra fuga, per captaq; caſtra ſequutus
A d naues redigat: nec cædibus ante modum ue
A ut finem ſtatuat, quàm ſol occumbat, & almæ
A ueniant noctis tenebræ, lucemq; recondant.
T alia dicenti eſt aſſenſa uolatilis Iris,
E t lapſa Idæo de uertice ad inclyta Troiæ
M œnia, & inuenit Priamo ſapiente creatum
H ectora, ſtantem ad equos, curruſq; & frena tenentem.
Q uem propè conſiſtens, roſeo ſic ore loquuta eſt·
H ector Priamide, dijs æquiparande, deûm rex Iris Hectori.
I uppiter hæc celeres tibi me mandata per auras
F erre iubet, quibus haudquaquam parere recuſes.
D onec in agminibus pellentem Agamemnona primis

V ideris hoſtiles acies, multosq; tuorum
E nſe trucidantem, retrahas tete ipſe, manumq;
C ompellas reliquam Troum producere pugnam
C um Danaïs. poſtquam ille autem uel punctus ab haſta,
V el cæſus gladio, repetitum aſcenderit axem,
I pſe tibi immittet tantas in corpora uires,
V t Danaos uice iam uerſa trepidante repellas
I n ſua caſtra fuga, per captaq; caſtra ſequutus
A d naues redigas, nec cædibus ante modum' ue
A ut finem ſtatuas, quàm ſol occumbat, & almæ
A dueniant noctis tenebræ, lucemq; recondant.
H æc effata, leues euanuit Iris in auras.
H ector ut armatus ſtabat, ſe immiſit ab alto
P ræcipitem curru, quatiens horrentia celſa
T ela manu, circumq; pedes uolat agmina Troum,
M ulta rogans & multa monens hortatur, ut armis
F ortiter hoſtiles pergant urgere phalangas.
C uius ad imperium recruduit alea pugnæ,
I nclinata prius, tanta uirtute reſumptis
V iribus atq; animis collidebantur Achæis.
N ec minus Atrides Danaos animabat, & armis
L ongè alios interſuperans, & in agmine primus
P ugnabat, pugnamq; ſuis æquabat Achiuis.
D icite nunc Muſæ cœleſtia templa colentes,
P rimus in Atriden quis'nam incidit, obuius ipſi?
N um'ne aliquis Troum? num quis ſocia arma ferentum?
I s fuit Iphidamas, præclaro Antenore natus,
E t genere & uirtute bonus, uir corpore & armis
M agnus. is in Thrace genitrice & diuite terra
L anigeri pecoris, fuit enutritus ab annis
P uberibus, materno ab auo tum principe Thracum
C iſſeo, cui filia erat formoſa Theano,
H anc Antenoridæ ſociatam lege marita

Reſtituitur pugna.

Muſas inuocat, ut in re difficili.

Vxorem,

V xorem, dedit ætatis ceu flore uirenti
P rimæuo: cuius tunc ille reliquit amatæ
E t ſibi deſponſæ thalamos, & ad alta profectus
P ergama peruenit, famæ immortalis amore,
S i Danaos contra gereret fera bella, parandæ.
V enerat ergo ſuis Percotæ nauibus oram
B is ſex, littorea quas in ſtatione reliquit
H elleſpontiaci menſus uada ſalſa profundi.
I lion ad ſacrum Troiæ pedes inde profectus,
H oc tunc infœlix Atridæ tempore factus
O buius, audacis perſoluit ſanguine pœnas
I ncœpti. nam cum ſpacio breuiore uenirent,
A lternis teretes uibrantes uiribus haſtas,
A lter in alterius torquebant corpora ferrum.
A t prior Atrides telo fruſtratus & ictu,
I nfixum tellurí etenim trans Iphidamanta eſt:
I phidamas ualidis intorquens uiribus haſtam,
C ingula thoracem ſubter ferit integra lamnis
A rgenti Atridæ: ſed non perruperat ictus
V incula, at ille manu mucronem urgente iuuabat.
S ed neq; ſic potuit ſuperare argentea balthei
R obora, ſed duro ferrum eſt ſuper ære reflexum.
T um ferus Atrides uiolentam exarſit in iram,
F errum à ſe reprimens, & ab Iphidamante reuellens,
F ertur in aduerſum truculenti more leonis,
C eruicemq; uiri gladio haurit prorſus adacto
I n cerebrum, ac illi ſoluuntur corporis artus,
F erreus & claudit morientia lumina ſomnus.
S ic bonus Iphidamas cecidit melioribus annis,
I nfœlix: qui dum popularibus eſſe ſaluti,
P ræſidioq; cupit, preſsis hoſtilibus armis,
D eſponſæ thalamos & nondum experta reliquit
G audia, præcipuè formoſam & flore uirentem,

Agamemnō Iphidamantem interficit.

Aetatis teneræ,cui tanta armenta dediſſet,
Tot dare pollicitus,quorum illi copia latis
Paſcebatur agris,quæq́; innumerabilis eſſet,
Principio centena boum præpinguia opimûm
Corpora,pollicitus caprarum mille daturum,
Totq; ouium capita. Hunc igitur cum rex Agamemnon
Iphidamanta ferox uita ſpoliaſſet & armis,
Exuuiasq́;ferens per tela,per arma, per hoſtes,
Conſpectus generoſe Coon tibi forte fuiſſet,
Eximio qui primus eras Antenore natus,
Ingens te ſubijt fraterno ex funere mœror;
Oppleruntq; oculos lachrymæ tibi, quando iacentem
Vidiſti tetro confectum uulnere fratrem.
Hic ergo ille Coon ut erat fortiſsimus armis,
Coon Agamemnonem uulnerat. Stabat pone latens Agamemnona,& à latere ipſum
Aggreſſus,mucrone manum confodit,ut haſtæ
Extaret parte ex alia de uulnere cuſpis,
Qua mediæ iunctura uolæ coit.ille repente
Quamuis accepto de uulnere territus eſſet,
Non tamen abſtinuit pugna,ſed dira Cooni
Fata ferens,meritaq́;ut in hoſtem percitus ira
Irruit,intentans inuicti roboris haſtam.
Iphidamanta Coon fratrem tum fortè trahebat
Exanimem pedibus raptum,primosq́; ſuorum
Quosq́; uocans.hunc ergo cadauer inane trahentem
Occupat Atrides,& acuta uulnerat haſta
Coonē quoque interficit Agamēnon. Sub clypei medio,& uictor caput abſtulit illi
Iphidamanta ſuper fratrem : tum frigida toto
Corpore liquuntur ſublato membra calore.
Sic Antenoridæ gemini periere ſub uno
Vnius enſe uiri,portusq́; & flumen auari
Traiecere ſenis,Stygiasq́; adiere paludes.
Nec tamen interea cuneos propellere Troum

Deſtitit

D eſtitit Atrides, nuncq; hos nunc perculit illos,
H os haſta, enſe alios, quorundam pectora ſaxis
G randibus inceſſens, donec de uulnere ſanguis
F luxit adhuc calidus: qui poſtquam frigore neruos Naturalem doloris rationem expreſſit.
C onſtitit adſtringens, & uulnus inaruit intus,
T um grauis inuaſit dolor & cruciatus in artus,
Q uales ſæpe ſolet mulier ſentire dolores
P arturiens, ſæuæ quos mittunt Ilithyiæ.
Q uas Iuno Lucina deas enixa profudit,
T ela laboriferi mittentes plena doloris.
S ic grauis inuadens animum dolor urſit Atridæ,
T unc currum inſilijt iuſſo ad tentoria curſus
D irigere auriga, pulchrasq; reuiſere naues,
S eſe animo crucians, ſocios ſic uoce monebat
I nclamans clara, curru ſublimis ab alto·
A rgiui proceres, uos nunc defendite naues Agamemnō Græcis.
C ontra hoſtes, ſine me, quem Iuppiter arcet iniquus
E' pugna, nec adeſſe ſinit per tempora lucis
I ntegra, dum Hectoreas proſternam marte cohortes.
H æc ubi dixiſſet, rapidos auriga iugales
C ogit ad ornatas celeri pede tendere naues.
I lli ad nota ducis tentoria penè uolabant,
C ollectas udo reddentes pectore ſpumas,
E t femora, & multo fœdati puluere coxas,
A fflictum pugna regem procul inde ferentes.
H ector ut agnouit ceſſiſſe Agamemnona pugnæ,
T roasq; & Lycios clara ſic uoce monebat·
T roës, & audaces Lycij, tuq; inclyta pubes Hector ſuos hortatur.
D ardanidûm, nunc eſte uiri, nunc quiſq; ſuetæ
V irtutis memor eſſe uelit, nunc pectore robur
Q uiſq; ſuum reuocate, & in hoſtem pergite, quando
I uppiter in partes noſtras inclinat, ut hoſtem
P ræſtantem uirtute alijs Agamemnona pugna

A uertit.nunc ergo equites immittite pugnæ,
E t currus,& equos. Hæc dicens inclytus Hector,
O mnibus ardorem pugnandi iniecit,& ipſos
I nſtigabat agens uerbis & rebus:ut acres
S æpe canes uenator agit per luſtra,ferocem
S eu conatus aprum,ſiue exturbare leonem.
S ic Hector celeres Danaeïa in agmina Troas
C oncitat,ante alios uadens ipſe inclytus armis,
E t Marti ſimilis,uerſos irrupit in hoſtes.
N on ſecus ac cœlo tempeſtas fuſa ſereno,
D eſuper extortis graſſatur in æquora uentis,
I nſanosq; ciet fluctus,ſæuitq; procellis.
H ic age quem primum,quem poſtremum impiger Hector
E' numero Danaûm uita ſpoliauit & armis,
Q uando illi eximium dederit uirtutis honorem
I uppiter,& decus hoc uictoria tanta pararet.
A ſſæum primum,mox Autonoumq́;,& Opitem,
E t Dolopem Clytiden,& Opheltion,atq; Agelaum,
Ae ſymnumq́;,Horumq́;,ac Hipponoum generoſum,
A tq; hos de primis Argiuûm ſuſtulit omnes.
A tq; ut ubi in pluuium nubes euerberat Auſtrum,
I ncumbens Zephyrus,ui colluctantur,& alto
I ncubuere mari,totumq́; è ſedibus imis
C onuerrunt,magnosq; adigunt ad littora fluctus,
Ae quoreæ illiſa rorant aſpergine cautes,
E t pluuia graſſatur hyems,& grandine nymbi:
S ic Danaos agitans Hector,ceu turbine belli
O bruit inuoluens,& plurima funera uulgò
E debat,de plebe uirûm capita omnia mactans
O buia.tum peſtis Argiuos penè tuliſſet
V ltima,cum ſua caſtra fuga nauesq; petiſſent,
N ec minus hæc intra caderent,ni dius Vlyſſes
I nclamans magna Diomedea uoce uocaſſet:

Hectorem nũc uenatori,nunc tempeſtati comparat.

¶ *Quos Hector de Græcis occiderit.*

Tydide

Tydide, quid adhuc non ullo uulnere læſos
Virtutis noſtræ immemores, ſic uertere terga
Non pudet? huc age ades uir amice, & fortiter hoſtes
Hinc mecum cohibe, ne captis nauibus Hector
Triſtitiam nobis ignominiamq́; relinquat.

Vlyſſes Diomedem inclamat.

Huic ita reſpondit uirtute potens Diomedes.
Tecum ſtabo equidem, euentumq́; paratus in omnem
Quicquid erit patiar. ſed erit breuis iſta uoluptas:
Quandoquidem à nobis auerſus Iuppiter, aſtat
Troibus auxilio, uireſq́; & robora mittit.

Diomedes Vlyſsi.

Sic ait, & Thymbræon equis deturbat, acuto
Confodiens iaculo papulæ ſub parte ſiniſtræ.
Eximium fortemq́; Moliona ſtrauit Vlyſſes.
Hos ita linquentes medij per aperta tumultus
Agmina uadebant, ſicut duo fortibus apri
Dentibus audaces freti, ſi quando latrantes
Incurrere canes, inuadunt robore forti:
Sic illi Troas mactabant ambo, reuerſi
In pugnam. & quanquam quoſdam fuga dulcis Achiuûm
Abſtulerat pugnæ ereptos, & ab Hectore tutos,
Hi tamen eximios quoſdam de curribus altis
Deiaculabantur, quos inter nobile fratrum
Par fuit, è Meropis Percoſi ſemine creti,
Percoſi Meropis, qui uentura omnia uates
Præcinere, & cunctos potuit ſuperare per artem
Diuinatricem: qui nec demittere natos
Ipſe ſuos uoluit, nec ad arma uolentibus ultrò
Pergere perſuaſit laribus remanere paternis:
Ipſos ad mortem nanq́; impia fata trahebant.
Quorum Tydides animas dum corpore ſoluit,
Atq; animos, ſimul & precioſis exuit armis
Exanimes artus, haſta uiolentus Vlyſſes
Interea Hippodamumq́; & Hypirochon omnibus armis,

πάθος ex repetitione.

Atq; etiam uita ſpoliat. Tum Iuppiter alto
Proſpiciens pater Idæi de uertice montis,
Viribus æquabat paribus pugnam inter utroſq;,
Cum ferus immiſſa percuſſit Agaſtrophon haſta
Pæoniden heroa, femur prope, Tydeos alti
Filius. æripedes procul ille reliquerat autem,
Et currum, quibus effugeret, ſortè actus iniqua.
Nunc procul ablatus pugnabat in agmine primo,
Et pedites pedes ipſe inter, iuueniliter audax
In ſua fata nimis, donec uitam abſtulit hoſtis.
Hunc cecidiſſe, alioſq;, ferox ubi comperit Hector,
Vociferans ruit in Danaos. hunc agmina Troum
Tota ſequebantur. quo conſpecto Diomedes,
Hac (propè ſtabat enim) uoce inclamabat Vlyſſem.
Diomedes Vlyſsi. In nos iſte ruit, nobis ferus imminet Hector,
Exitium cladémq; ferens. Sed ſtemus utrinq;
Alter ope alterius nixi, & pugnemus in hoſtem.
Sic ait, & iaculum contorquet in Hectora uibrans,
Quod nec aberrauit, ſed conum contigit altæ
Affixum galeæ, ſonat ærea cuſpide caſsis
Ferrata perfracta, triplex licet illa fuiſſet:
(Tam firmam ſiquidem dedit illi magnus Apollo)
Quæ licet haud aliquo perſtrinxit uulnere corpus,
Sic tamen afflixit, ſic perculit Hectora fortem,
Vt celer in cuneos ſéq; in loca tuta referret,
Miſceretq; ſuis, inſueta nocte ſuborta
Circum oculos, nitenſq; manu genua ægra leuaret,
In quæ procubuiſſet humi. Dum deinde requirens
Tydides, haſtam longè tellure iacentem
Hoſtibus è medijs conatur tollere rurſum.
Iam reparatus erat, iam ſe collegerat Hector,
Iam frenarat equos, currúmq; euaſit in altum,
Stipatus cuneis Troum, de morte propinqua

Ereptus,

E reptus, duriq; ab acerbo uulnere fati,
T ydides medijs repetita ex hoſtibus haſta,
C oncutienſq; manu, ſic fatur ad Hectora fortem·
E uaſiſti, inquit, tetram canis improbe mortem, — *Diomedes Hectori.*
Q uæ tibi proxima erat, de qua (tibi dexter) Apollo
T e nunc eripuit, quem ſæpe in uota uocare
D ebebis, lachrymoſi initurus prælia belli.
Q uod ſi iterum occurres mihi in huius puluere campi,
M e quoq; propitius ſi quis deus adiuuet, haſtam
H anc non effugies, quin morte neceris acerba.
P roſequar hinc alios, & conſequar ipſe tuorum.
P oſt hæc Pæonidæ ſpolianti membra iacentis
I nſidias Paris intentat, Paris ille maritus — *Paris inſidiatur Diomedi.*
P ulchricomitæ Helenes. nam poſt loca fœta ſepulchri
(Q uod fuit in campo monumentum Dardanidæ Ili)
D elituit. iam Tydides detraxerat ipſum
P ectore Pæonidæ manibus thoraca cruentis,
E x humeris clypeum, galeam de uertice fortem,
C um ſubitò è latebris obſeruans omnia adulter
E xpulit ancipitem neruo ſtridente ſagittam,
N ec fruſtrata manum mittentis, miſſa fefellit:
N am plantam dextri pedis irreuocabile telum
T ranſadigit, fixumq; ſolo ſtetit. ergo ſuperbo — *Vulneratur Diomedes.*
E xultans animo Paris, & uaniſſima iactans
G audia, & inſultans Diomedi, talia fatur·
I ctus es, haud etenim me iacta ſagitta fefellit: — *Paris Diomedi uulnerato inſultat.*
I ctus es, atq; utinam ſummi uitalia uentris
C ontingens, tibi ademiſſem dulciſſima uitæ
M unera. ſic etiam bene habet: nam parta laborum
T roianis quædam eſt requies, qui te improbe tantum
Q uàm pauidæ uaſtum capræ timuere leonem. — *Diomedes Paridi molliciem exprobrat.*
C ui nihil attonitus Tydeïus intulit heros·
V ane ſagittator, molles ornate capillos,

Mollis, iners, laſciue, ſalax, imitate puellas,
Quas tantum uenaris, amas, corrumpis, ineſcas,
Si mihi quantumuis operoſis tectus in armis
Obuius occurras, non te iacula iſta, nec iſthæc
Arma tuebuntur: nunc te uaniſsime iactas,
Quod leuiter mihi ſumma pedis perſtrinxeris imi,
Quod tanti facio, quanti ſi fœmina uecors,
Aut puer infligat mihi uulnus inutile demens.
„ *Non etenim poſſunt aliquem ſentire dolorem*
„ *Vulnera, quæ uir iners, & nulla laude probatus*
„ *Infligit. quod ſi uel adhuc te conſequar haſta,*
Vix primo noſtri tentabere acumine teli,
Sic ut id eſſe ſcias penetrabile. ſcilicet ictus
Hoc quicunq; fuit, iacuit cito lumine caſſus.
Quem dum cara domi luget cum triſtibus uxor
Filiolis, iacet ille auium ſtipante caterua,
Non turba muliebri ipſum, putreſcit in ipſo
Ipſe ſolo moriens, quem dudum ſanguine tinxit.
Sic ait. at propior ueniens generoſus Vlyſſes,
Ante ipſum ſtetit. ille trahens de uulnere telum
Subſidit, quo detracto cum ſanguine multo
Inſequitur dolor acris. at in currum ille receptus,
Aurigam iubet ad naues aduertere curſum,
Vulneris impatiens, animum dolor urit acerbus.
Hic ubi ſe ſolum Laërtius ipſe relictum
Vidit, & Argiuos alios timor abſtulit omnes,
Ingemuit, uocemq; imo de pectore traxit,
Ipſe ſuum ſolans animum, uerbisq; laceſſens.
Vlyſſes ſecum ipſe. *Hei mihi, quid patior? quò me fortuna redactum*
Cogit in ancipiti turba reſtare malorum?
Magnam etenim peſtem metuo mihi, ſolus in iſtam
Si turbam ingruero, Danaos cum Iuppiter omnes
Verterit hinc nimia captos formidine Troum.

Q uid tamen hæc animum ſubeunt mihi? quid'ue tremiſco?
C um uideam ignauos tantum diſcrimina belli
D eclinare uiros; ſed quorum maxima uirtus
E mineat, fortes medio in certamine, capto
S tare loco, uel ut accipiant uel mutua ſaxint
V ulnera, conſtantes, & ad omnia dura parati.
H æc animo ſecum prudens dum uerſat Vlyſſes,
I am clypeatæ acies Troum uenere propinquæ,
I am circumſteterant unum tot, ab omnibus unum
P artibus urgebant, cladem exitiumq; minati.
S icut aprum ſaltu egreſſum, quem plurima circum — Apro com-
T urba canum uenere, & iniquis morſibus urgent, — paratus V-
L atratuq; fero terrent, fera dentibus albis — lyſſes.
T erribilis, rictuq; canes frendente repellit,
E t ſtridore fugat. ſed nec minus eminus illi
I nſiſtunt, magniſq; feram latratibus urgent:
N on ſecus egregium tunc circumuenit Vlyſſem
T urba fremens Troum. multa tum feruidus ira
I rruit in clarum magna ui Deïopiten,
C ui uibrans humerum iaculo traiecit acuto.
I nde Thoona petens occidit, & Ennomon, atq; hinc
C herſidamanta ferit, iuga ſcandere nota parantem.
Q ui tamen accepto ſuper imum uulnere uentrem,
I n latus, & clypeum ſubter, curru ille relabens,
A c terram cubito quatiens, in puluere fœdo
E xanimis iacuit. miſſa tum uulnerat haſta
H ippaſiden Charopem generoſo è ſanguine Soci
G ermanum fratrem: qui cum properaret ut eſſet
A uxilio fratri, ſic eſt affatus Vlyſſem.
O nunquam ſatiande dolis, aut mole laborum, — Socus in V-
A ut hodie ſtrauiſſe duos lætabere Vlyſſe — lyſſem.
H ippaſidas, uitæ ſpoliatos lumine, & armis:
A ut hac amittes animam confectus ab haſta.

S ic dicens iaculum torſit, quo protinus omnem
T raiecit clypeum, thoracaq; uerſicolorem,
E t latus omne uiri. ſed non uitalia ferrum
C ontigit: hoc etenim uetuit Tritonia Pallas.
I lle ubi ab hoc ſenſit mortem non eſſe timendam
V ulnere, pauca retrò cedens ueſtigia preſſit,
Vlyſſes Soco. E t Socum alloquitur. Miſer, ut tibi fata propinquam
P ernicioſa ferent mortem, qui uulnere paruo
A bſtrahis à pugna, bellandiq; eripis uſum.
H ic tibi prædico mortem, & crudelia mortis
F ata tuæ, moriere, meoq; domabere telo,
I dq; hodie moriere loco hoc: mihi nomina reddes,
E t decus immortale, animam Plutonis auari
I nfernæ domui. ſic dixit, & ultima Soci
T erga graui (fugiebat enim) ſic perculit haſta
C irca humerum, ut medio extaret de pectore ferrum.
I ngenti ſonitu ille cadens, in pectora pronus
P rocubuit: cui ſic ferus inſultabat Vlyſſes.
Vlyſſes Soco morienti inſultat. O Soce Hippaſide, nunc te certe ultima fati
O ccupat hora mali, nunc mors tibi lumina claudit,
Q uæ tibi non cari potuerunt Soce parentes
C laudere, at infauſtæ uolucres inhumata petentes
E ffodient, roſtriſq; ruent, & uiſcera paſcent.
A t mihi defuncto funebria iuſta ſepulchri,
E t tumulum ſtatuent patriæ regionis alumni.
H æc fatus, ualidum eduxit de corpore telum,
Q uo membra Hippaſides tranſfixerat extima Socus
Vulneratus & Vlyſſes. I pſius, & clypei medium, quo ſanguis aperto
V ulnere defluxit, dolor unde ſequutus acerbus,
A fflixitq; animum, membris & robur ademit.
P oſtquam ithaci fuſum Teucri uidere cruorem,
M utua adhortantes ſeſe per uerba uiciſſim,
E t ſimul irrumpunt, & in unum tota feruntur

Agmina.

A gmina. at ille retrò ueſtigia lenta referre,
I ntentos uitare ictus, arcere ruentes,
I nclamare ſuos quàm poſſet uoce ſonora.
I am ter clamantem ſocios, & ad arma uocantem
A udijt inuictis Menelaus ſtrennuus armis,
E t propè ſe ſtantem mox eſt affatus amicum
A iacen. Audita meas uox perculit aures, Menelaus Aiaci.
O princeps Telamoniade, uox ſicut Vlyſsis
M arte laborantis dubio, uelut undiq; circum
H oſtibus effuſis, ipſumq; urgentibus unum.
S ed properè adiutum medios abeamus in hoſtes
I nſignem uirtute uirum, cui pectore toto
P ræmetuo, ne quid forſan tot ab hoſtibus unus
O ppreſſus patiatur, & ingens forſan adempti
N os deſiderium ſubeat, ſi fortè morantes
D eſerimus, nec uindicibus defendimus armis.
S ic ait, antè uolans: ſequitur comes impiger Aiax,
V ndiq; quem ferro cinctum atq; hoſtilibus armis
I nueniunt. Troës nam circum quaq; premebant,
S icut ubi rapidum loca per ſylueſtria ceruum Ceruo comparatus Vlyſſes.
V rgentes cinxere lupi, quem fortè ſagitta
C onfixit uenator agens, ille ardua ſaltu
E lapſus per ſaxa fugit, tum ſæua luporum
C ircumagitat ueniens rabies, iam uiribus ægris
D efectum, feſſumq; fuga, iam pectora fuſo
S anguine frigentem, iam uix genua ægra trahentem
A ggreſsi laniantq; & raptant, cruda uorantes
S iue lupi ſeu thoes, ut illò fortè leonem
A ut ſors aut caſus tulerit, tum protinus omnes
D iffugiunt, & luſtra petunt, prædamq; relinquunt
P ræſtanti uirtute feræ: ſic maximus Aiax
P roximus ut magno ſtetit & coniunctus Vlyſſi,
A uxilio ſubiens, uibranſq; atrocibus haſtam

V iribus, & clypeum tanquam inſtar turris habentem
E xtulit, in diuerſa fuga mox Troës abibant,
D ilapſi quò quemq; tulit caſus' ue deus' ue.
T um minor Atrides apprenſum duxit Vlyſſem
E x acie, donec currus auriga citatos
A ttulit, & feſſum pugnæ ſubduxit Vlyſſem.

Acie excedit Vlyſſes.

I nterea in Teucros delatus maximus Aiax
I nſilijt, primumq; graui tranſuerberat haſta
P riamiden, ſed matre nothum genitrice, Doryclum.
V ulnerat hinc magna percuſſum Pandacon haſta,
P oſt hunc Lyſandrum, pòſt Pyraſon, inde Pylarten,
A tq; ita graſſatus nunc hos, nunc proterit illos:
N on ſecus ac fluuius præceps de montibus altis,
I mbribus aërijs auctus, plana omnia inundat
P er campos, ſecumq; rapit quæcunq; per agros
O buia ſunt, quercus multas, & plurima tedæ
R obora, tum piceas, pinusq;, & rudera paſſim
I acta ſolo, ſecum uiolentus in æquora defert.
T alis erat ſternens per campos maximus Aiax
O buia quæq; manu. Sed & hæc fortiſſimus Hector
I gnorabat adhuc. is namq; in parte ſiniſtra
P rælia tunc miſcebat, ad alti rauca Scamandri
F lumina, qua moles fuit & pars maxima belli,
V nde oriebantur fremitus, clamorq; uirorum,
Q ui tum præcipuè Hectoreo ſub marte cadebant,
C irca magnum Neſtora & Idomenea ſuperbum.
H os etenim grauis Hector equis urgebat, & haſta.
N ec tamen ulla loco cedebant agmina Graiûm,
D onec Alexander, uir coniugis ille Lacenæ,
E miſſa triplici neruo ſtridente ſagitta
P ræſtantis multa uirtute Machaonis armum
F ixiſſet dextrum, belloq; dediſſet ineptum.
P ro quo ſolliciti ſpirantes fortia Graij,

Aiacē torrenti omnia proſternēti cōparat.

Paris Machaonem uulnerat.

Cum

C um non ſufficeret bello amplius ille gerendo,
H is bonus Idomeneus affatur Neſtora dictis·
O Neſtor Neleïade, laus inclyta Graiûm, *Idomeneus Neſtori.*
I n currus agedum conſcende, Machaona tecum
S uſcipiens, pictas curſu pete præpete naues.
V ir medicus ſiquidem multis uirtutibus unus “
P ræualet, ante alios multos, ſeu tela ſagaci “ *Laus medicinæ.*
C orporibus defixa manu trahit, intima ſcrutans: “
M itia ſeu docta miſcet medicamina dextra. “
T alia dicenti parens Neleïus heros,
A ſcendit celerem comitante Machaone currum,
Q ui fuit Aſclepi medicorum principis olim *Nam Ἀσκλήπιον Græci uocant, quem Latini Aeſculapium.*
F ilius. inde iter ad naues feriente flagello
C arpere iuſſit equos: illi loca nota petentes
S ponte ſua, ſic currebant, ut penè uolarent.
C ebriones turbata uidens hic agmina Teucrûm, *Cebriones Hectori.*
S ic fratrem alloquitur· Nos hic extrema tenentes
C ongredimur Danaïs Hector, quando eſſe tumultum
P arte alia uideam, peditumq́; equitumq́; phalangas
T urbari Teucrûm, quorum Telamonius Aiax
S ternit agens cuneos, noſco geſtamina dextræ,
I pſius ingentem clypeum. nos protinus illò
O buertamus equos, curruſq́;, ubi maxima moles
H æret, & eſt equitum peditumq́; acerrima pugna,
V nde etiam noſtras ſonus ingens perculit aures
M utua ſanguineis edentum funera dextris.
T alia uociferans celeres ſtridente flagello
V rget equos: illi plagis & uerbere ſæuum
S pirantes raptant per cæſa cadauera currum,
P er clypeos. per & arma uirûm, tum extrema rotarur
S anguine rorabant. ſed & ipſæ grandibus axes, *ἐπισσώτρ-*
E t ſellæ undabant guttis, aſpergine quarum *οις.*
D eſuper opplebantur equi, cum mortua campo

Ferratæ

F *erratæ æripedum calcarent corpora plantæ.*
S *ic auidus, ſic præcipiti fortiſsimus* Hector
M *ente ferebatur: ſimul acri percitus ira*
P *errumpendi aciem, ſubiti ueſana tumultus*
D *amna relaturus* Danais, *perrupit & haſta,*
E *t gladio turmas equitum, peditumq́; phalangas*
S *axa ſimul iaciens auertit, & omnia latè*
Aiax pugna excedit. I *mpleuit trepidante fuga: ſimul optimus* Aiax
D *eſeruit pugnæ ardorem. nam* Iuppiter *illi*
I *mpleuit ſubita gelidum formidine pectus,*
C *onſtitit attonito ſimilis, confuſus, inopsq́;*
C *onſilij* Telamoniades, *ſeptemplice iacto*
P *oſt tergum clypeo retrò ſe auertit, & ultro*
R *eſpiciens, uix ægra genu ueſtigia moto*
C *onficiens, tardoq́; gradu conuerſus abibat.*
S *icut ubi agreſtes immanem ſæpe leonem,*
Aiax leoni incluſo & oppreſſo comparatur. I *ngreſſum ſtabula alta boum, iamq́; unguibus atris*
D *ilaniaturum per tota bouilia taurum,*
P *ræſtantem reliquis, canibus telisq́; laceſſunt*
V *rgentes, totam inſomnem per talia noctem*
P *rælia ducentes uigilant, ille impiger intus*
C *onſiſtit, circum quem tela frequentia duris*
M *iſſa uolant manibus, coniectisq́; ignibus arcent*
A *gricolæ, tot ab inſidijs hominumq́; canumq́;*
T *ot facibus circumuentus, licet improbus ira,*
D *iſcedit tamen, & mœſtus ſub prima diei*
L *umina deſerto redit in ſua luſtra bouili.*
S *ic* Aiax *circum uenientibus undiq́;* Teucris
M *œſtus abit, retroq́; dolens ueſtigia torquet,*
Iterũ aſino cõparatur Aiax: id quod nonnulli reprehendunt, ut Vidas. E *t retrò* Argiuûm *de nauibus anxius ibat.*
S *icut ubi ingreſſum pueri ſata læta molarem*
F *uſtibus exercent aſinum. ſic tergora bruti*
C *ædentes, ut flagra etiam roburna fatigent.*

Nec

N ec minus hoc agrum depaſcere pergit aſellus,
C ontemptis iuuenum ui, robore, uerbere, plagis.
N ec prius eijcitur, quàm pabula plurima paſtus
V entre domum redeat pleno: ſic maximus Aiax
T roiano incluſus, ſic circumuentus ab hoſte eſt,
S ic illum pariter ſocij Troesq; ſequuntur,
C ædentes clypei medium, quem ſpicula contra
I ngentem obuertit uenientia ab hoſte. ſed Aiax
V irtutis memor ipſe ſuæ conuerſus, ab acri
I nſtantes curſu cohibebat. ut ocyus autem
C onceßit, ſecum rapit agmina tota ſuorum,
V nà omnes fugere retrò, nauesq; petebant.
A tq; ita cedentum Danaûm, Troumq; ſequentum
I n medio incedens ibat, quæcunq; feroci
M ittebant Troiani animo ſucceßibus iſtis
E xcepit clypeo ingenti, cui plurima in orbe
H ærebant medio, præterq; uolantia quædam,
A ut ictum fruſtrata, ſolo defixa ſteterunt.
I llum ubi ſic telis Euæmonis inclyta proles
A udijt Erypylus preſſum, mox præpete curſu
T endit ad Aiacem: cui poſtquam proximus ipſi
A dſtitit, emittens iaculum percußit in imi
I unctura femoris præclarum Apiſaona bello
P hauſiaden. quem ſic liquentem lumina uitæ,
C ollapſumq; ſolo, ſpoliat fulgentibus armis.
Q uod Paris aſpiciens, cladémq; inſignis amici
Ae gro animo patiens, neruum contendit, & arcu
E mittens certum non uano uerbere telum,
E urypyli femur afflixit ſic uulnere dextrum Vulneratur
I ngenti, ut teli confracta extaret arundo. Eurypylus.
H oc ictu Eurypylus ſic eſt affectus, ut armis
A biectis humero longè, ſpolijsq; relictis,
I n ſua caſtra retrò lentè conuerſus abiret,

Tardante

Excedit pugna Eurypylus.

T ardante inceſſum ſubita ui uulneris atri,
I nclamans ſocios ſic triſti eſt uoce loquutus·

Eurypylus græcos hortatur, ut Aiaci ſubueniant.

O animis rebusq; duces, ô pubis Achiuæ
D electi proceres, uerſi ſuccurrite magno
A iaci, quem ſubuerſum ſors aſpera belli
A ffligit, tot corporibus, tot & undiq; telis
O bruitur, uix ut ſperem hanc euadere cladem
P oſſe uirum, ſic & mortem præſensq; ſuperbi
E xitium intentant hoſtes. hæc uerba loquuto
E urypylo, coëunt armisq; animisq; parati,
L aturi auxilium ſocij. quibus obuius Aiax
C onſtitit, & uerſum ſeſe obuertebat in hoſtem,
T am fortes ſocios poſtquam ſibi adeſſe uidebat.
T alia per campos uaria dum ſorte geruntur,
N eſtora quadrupedes bello eripuere quadrigæ,
F luminis inſtar equis ſudantibus. huic comes ibat
F ilius Aſclepi, clarus uirtute Machaon.
Q uos ita uadentes puppi proſpexit ab alta,
I n qua conſtiterat ſpectans triſtiſsima belli
M unera, & inſanum duro ſub marte laborem,
F ilius æquoreæ Thetidis generoſus Achilles,
E t mox unanimem Patroclum accerſit amicum
V oce uocans: ille audita clamantis amici
V oce, domo exiliens celer aduenit, haud ita multum
M arti diſsimilis: ſed & illi hæc cauſa malorum
P rima fuit. tunc ſic prior eſt affatus Achillem
F ilius illuſtris generoſa ab ſtirpe Menœti·

Patroclus Achilli.

N um quid Achille iubes? qua me ratione uocatum
A ccerſis? operá ne aliqua tibi fungar amici?
C ui præſtans animis & ad omnia promptus Achilles·

Achilles Patroclo.

Dic Menœtiade, huic animo gratiſsime noſtro,
N unc puto ſe noſtris genubus poſtrema rogantes
A uxilia aduoluent Danaï, ſic numine læuo

Perſe-

P erſequitur miſeros iam non tolerabile fatum.
T u uerò celeri magnum pete Neſtora curſu,
E t quem nam diro confectum uulnere, pugna
E xtulerit, ſecumq; ad naues duxerit altas,
P ercontare ſenem. cum noſtris namq; carinis
N on procul hinc ueherentur equis, curruq; citato,
N on licuit nouiſſe auerſi lumina uultus.
A ttamen à tergo uidiſſe Machaona diuum
C redo Aſclepiaden, ſic namq; ſimillimus illi
T erga humerosq; fuit. dicenti talia amico
P aruit Aemonius iuuenis, curſuq; citato
A uolat ad pictas Danaûm tentoria naues.
I nterea ingreſſi tentoria Neſtoris illi,
S tabant digreſſi de curribus, ut pede terram
C ontigerant. famulo tum Neſtoris Eurymedonti
M andarunt, ut ſoluat equos, currumq; reponat.
A tq; ita ſudorem ſiccabat uterq; fluentem
V eſte ſua, ſtantesq; undoſi in littore ponti
D efeſſis gelidas captabant uultibus auras.
P oſtquam introgreſſi tentoria nota ſubibant,
C onſedere ambo: quibus ægra & languida feſſis
C orpora, miſcebat potum formoſa Hecameda, — *Hecameda*
Q uem Cyceona uocant. Hecameda hæc filia magni — *Neſtoris fa*
A rſinoï, Tenedum cùm deuaſtaret Achilles, — *mula.* Cyceon po-
C eſſerat in prædam Nelidæ tradita forti, — tus ex uarijs
A rgiuûm reliquis ea dona ferentibus illi, — ſpeciebus cõ
C onſilijs melior quod habendis omnibus eſſet. — poſitus. In-
terpres.
T um menſam appoſuit mulier pulchram atq; decoram,
C um cepis mordacibus, ut præſentia potus — *Cepæ potus*
C ondimenta forent. quibus attulit addita mellis — *condimen-*
M unera grata noui, ſacroq; ex farre placentas. — *ta.*
I ntulit hinc menſæ calicem tam pondere grandem, — *Neſtoris po*
Q uàm multa egregium uirtute atq; arte magiſtri, — *culum.*

Quem

Q uem patria ſenior ſecum aſportarat ab alta,
D iſtinctum auratis clauis, cui quattuor aures
S upremam decorant oram, quarum ordine iuxta
V namquanq; ſuo tanquam proiecta uidentur
E x auro geminæ depaſcere grana columbæ,
I nnixum pedibus diuerſa ex parte duobus:
T anta mole grauem, uix ut ſuſtollere menſa
C onuiuarum aliquis repletum nectare poſſit.
Q uem ſenior facile attollens admouerit ori
N elides, quando poturo cunq; liberet.
H oc igitur miſcens mulier quæcunq; parandum
A d Cyceona ualent, affudit Pramnia uini

Pramnium uinum.

M unera, caſeoloſq; addens è lacte caprino

Caſeoli è lacte caprino.

Ae rato ſecuit cultro, tum grana minuti
P ollinis aſpergens commiſcuit, atq; bibendum
A ppoſuit Cyceona. auidè potantibus ipſis,

Nam ſitis ... medium ... dicit interpres.

P rotinus extincta eſt ſitis arida. mutua deinceps
V erba reſumentes ſeſe oblectare uolebant,
C um celer ecce aderat Patroclus ad oſtia pulſans,

Obſeruanda hoc loco eſt ueterum frugalitas circa conuiuia.

O ra oculoſq; deo ſimilis: quem Neſtor euntem
A duerſum aſpiciens, thalamo aſſurrexit, & ipſi
O buius, apprenſumq; manu reſidere iubebat
I ntrò perductum: ſed rennuit ille uiciſſim,
T alibus excuſans. Nunc non uacat inclyte Neſtor

Patroclus Neſtori.

V t ſedeam, nec tu me pergas cogere, miſſum
A' magno Aeacida, qui te percontor iniquæ
Q uem modò ſubductum pugnæ perduxeris haſce
A d naues: quem non opus eſt oſtendere, poſtquam
I pſe Machaona conſpiciam. nunc munere functus
H oc ego, dicturus mox cuncta reuertar Achilli.
I pſe etenim noſti, quàm ſit procliuis in iram
I lle uir, & culpa quàm culpet ſæpe uacantes.
I lli uerba ſenex reddebat talia Neſtor.

Q uo tandem ergò animo Danaos euertit Achilles, Neſtor Patroclo.
C ur miſeros perimi patitur? cur mactat Achæos
H ectoreis manibus, qui nunc è cæde cruenta
E lapſi, pars magna iacent, & ſaucia lugent
C orpora, præcipue proceres, primiq; uirorum,
N auibus illati celſis, & ab hoſte cruentis,
V ulneribus fœdati omnes, iacet inclytus armis Vulnerati,
T ydides, iacet infractæ uirtutis Vlyſſes, Diomedes. Vlyſſes.
A rmipotens iacet Atrides dux magnus Achiuûm, Agamemnō.
O rmenius iacet Eurypylus, iacet ecce Machaon, Eurypylus. Machaon.
Q uem uix ereptum pugnæ hæc in caſtra reduxi,
P ercuſſum grauiter contrà ueniente ſagitta.
T alia fata uidens Danaûm nec curat Achilles,
N ec miſeratur opem præſtans. an fortè manebit
D onec ab hoſtili conflagrent igne carinæ
A rgiuûm, nobis inuitis omnibus ipſi
L ittore in hoc miſera confecti morte cadamus.
S ed mea nunc ualidæ languentia corpora uires
D eſtituunt, nec robur ineſt iuuenile, grauatis
A nnorum ſerie membris, utinamq; reuertens
M e mea reſtituat uirtuſq; repubeat omnis
P riſtina, qualis eram iuuenis quo tempore bellum
E leos contra geſſi, quando Itymoneum Garrula & loquax ſenū ætas: quod & in ſuo Euandro pulchre obſeruauit Virgilius.
I ngentem hac cæſum dextra ſub tartara miſi
V ictor Hypeirochiden, qui tunc habitabat in alta
E lide, diues opum, locuples & bobus opimis,
C ui nos intulimus bellum, quod credita nollet
R eddere, nec præſtare fidem quo iure decebat.
H unc ego confeci iaculo ſtridente, ſoloq;
P roſtraui abiectum. quod cum uidiſſet agreſtis
C ætera turba uirûm, totos effuſa per agros:
N os igitur totis populati uiribus oram,
D uximus ingentem regione ex diuite prædam,

Q uinquaginta boum, totidemq; armenta trahentes
L anigerarum ouium, totidemq; immunda uorantum
P orcorum, totidem ſcandentum ſumma caprarum,
O mnia multorum capitum, quæ uentre ferebant.
P ræterea attulimus flauentum grandia equarum
C orpora, quæ numero ter quinquaginta fuerunt.
O mnes hæ grauidæ uentres, & plena ferebant
V bera: pars etiam lactantes plurima pullos,
S ponte ſequuturos in paſcua noſtra trahebant.
H æc adducta domum tot belli præmia Neleus
C onſpiciens ſenior, noua gaudia pectore, uultu
L æticiæ noua ſigna dedit, tum diuite præda,
T um uirtute mea motus, qui plura dediſſem
M ilitiæ documenta nouæ, quam noſtra tuliſſet
A ut ætas, ueniens aut primis uſus ab annis.
N octe igitur Pylon ingreſsi, cum poſtera ſolem
R edderet orta dies, præcones ire uocatum
R ex iubet ad prædam, quibus Elida cunq; ſuperbam
Q ui ciues habitent deberent credita, quorum
C opia magna fuit: quibus omnibus ordine certo
I nde ſatisfactum eſt, quantum ſua cuiq; tuliſſet
D ebita ſors. ſic in Pylios pars maxima prædæ
D iſpertita fuit, cauſas cognoſcere iuſsis
P rincipibus procerum quæ debita cuiq; fuiſſent.
E t Pylijs certè debebant plurima Epeï,
N os pauci numero, qui tum Neptunia Nelei
T ecta colebamus, uacuatam ciuibus urbem,
E t male multati, & preſsi potioribus armis.
N am memini (iam longa ætas, iam fama uetuſta eſt)
I pſe Iouis ueniens inuictis filius armis,
M onſtrorum domitor, patriam, noſtroſq; penates
E uertit, uictorq; uiris ſpoliauit & armis,
M e ſolum è numero bis ſex de ſemine Nelei

Natorum

N atorum minimum natu, puerumq́; reliquit,
O ccidens alios omnes, populumq́; trucidans,
V ſq; adeò ut paucis habitandam traderet urbem.
T um nos iniuſtis inſectabantur Epeï
L udibrijs, & iniqua mouebant arma ſuperbi,
T ale nihil meritis. & ob hoc ſibi plurima Neleus
S uſtulit è præda captiua, armenta boumq́;
A tq; gregres ouium, numero de quolibet uno
T ercentum capita, adiunctis paſtoribus horum.
D ebebantur enim ſibi plurima ab Elide celſa.
Q uattuor aſſuetos pernici uincere curſu
M iſerat ad certamen equos pater, Elida ad altam
D ona relaturos tripodem, quos ductor Epeûm
A ugeas ſibi detinuit, cum curribus omnes,
T urpiter auriga ſine equis curruq́; remiſſo.
Q uæ tum (ſicut erant indigna atq; impia factu)
I ndigna èccipiens genitor, ſibi plurima ſeruans,
C ætera diſtribuit populo de diuite præda,
N e Pyliorum aliquis lucri diſcederet expers.
H æc ubi legitimo perfecimus omnia ritu,
E t ſacris etiam patrijs luſtrauimus urbem,
T ertia iam roſeos reuehens aurora iugales
R eddidit orta iubar mundo, rebusq́; colorem,
E cce tibi Eliades (licet ipſe uocaris Epeos)
I nnumeris adſunt inſtructi uiribus omnes
A rmatis equitum cuneis, peditumq́; maniplis.
D ucentes Molium, tum caſtra inimica ſequutum.
C ui puerilis adhuc ætas, & inutilis armis
T um fuit, & paruæ primæuo in corpore uires.
V rbs eſt alta ſitu Thryoëſſa, prope Elidis amnem
A lpheum, procul à nobis, noſtri ultima regni:
H anc circumueniunt, hanc cingunt robore toto
M ilitiæ, certantq́; armis euertere promptis.

Augeas Epeorũ rex, cuius ſtabulum repurgauit Hercules. meminit et Theocritus.

Deſcriptio temporis.

I ſthæc ad Thryoeſſan agi, Tritonia nobis
N unciat, æthereas noctu delapſa per auras.
E xcitat & Pylios, capere arma, exire uolentes
O rdinibus iubet inſtructis tum ducere in hoſtem.
Q uæ dum cuncti agerent alacres, me talia ſolum
N e facerem, uetuit durus pater, & ſimul omnes
T ollit & abdit equos: quòd diceret eſſe minorem
Q uàm qui tanta manu gererem, tam mollibus annis.
S ed neq; ſic potuit prohibere exire uolentem,
Q uin pedes exierim. ſic me iam cæſia Pallas
L audis & inſano belli inflammarat amore,
V nde decus peperi maius quàm quiſquis equeſter,
I pſe pedes, magnaq; domum ſum laude reuerſus.
E ſt fluuius propior, Minyeïon accola dicit,
I n mare præcipitans Arenen propter amœnam,
D uximus hic primam pubes Neleïa noctem,
V ſq; ſub auroræ croceum referentis honorem,
A gmina poſt paulo peditum uentura manentes.
I nde armis inſtructi omnes, teliſq; profecti,
T empore quo medio ſol eſt altiſsimus orbe,
V enimus Alpheï ſacrata ad flumina ditis:
I llic ſacra Ioui celebrauimus annua magno,
A lpheo taurum, taurum tibi maxime ponti
R egnator, bouis eximiæ ſacra terga Mineruæ.
P oſt hæc appoſita curantes corpora cœna
S edimus, & uiridi in ripa prope flumina ſtrati
C epimus effuſum defeſſa in corpora ſomnum.
M agnanimi interea ui nitebantur Epeï
E xpugnare urbem, quam circum fortibus armis
S idebant, celſo Thryoëſſan uertice tutam.
Virgilianum. P oſtera iamq; nouo luſtrabat lumine terras
O rta dies, nos uota Ioui, nos uota Mineruæ
D icentes, ipſis nos ſicut eramus in armis

Hoſtibus

H oſtibus inſtructos oſtendimus, atq; ita curſu
I nuecti celeri, aggredimur, pugnamq́; paratis
C onſerimus manibus. tum fortem uindice dextra
P rimus ego occidi Molium: gener ille ſuperbi
A ugeæ fuit. huic etenim formoſa Agamede
N upſerat, Augeæ natarum maxima, & idem
P ræfectus turmis equitum: qui pharmaca norat
O mnia, quæ tellus uel habere ſalubria poßit, Medicus.
V el mala producat. tamen hunc talem, hunc ego tantum
H aſta percuſſum grauiter de curribus altis
D eiectum terræ ſtraui, atq; in puluere merſi
I pſius in currum inſiliens, quem fida ſuorum
A gmina ſpectantes, meq́; ipſius alta tenentem
L ora iugi, pugnamq́; manu uictrice cientem,
M ultaq; per totam miſcentem funera campum,
D iffugiunt quà quiſq; poteſt, quà cuiq; licebat.
N on ſecus ipſe alacris nymboſæ more procellæ
I rruere in medios, fugientum cædere terga,
I nſtare auerſis, miſcere cadauera campo,
D onec quinquaginta iſto è certamine uictor
O btinui currus, & circa quemlibet horum
C orpora bina uirûm uiolenta morte peremi.
I n quibus Actorione ſati duo fortè fuiſſent,
Q uos ego ſtrauiſſem leto, terramq́; cruento
O re momordiſſent, Neptunus ni pater illos
N ube cana ſeptos media de cæde tuliſſet:
V nde mihi & Pylijs decus immortale dediſſet
I uppiter, & magno cumulaſſet honore parentem.
N os tamen immißis equitum pernicibus alis
O mnem cæde locum compleuimus, arma legentes,
E menſi Aſpideos edendo funera campos,
V ſq; ad Bupraſij fœcundam fertilis oram,

 Rupis

Rupis & Oleniæ fines, ad Aleſion altam,
Vnde urbs nomen habet. nos inde redire relicto
Bupraſio iubet alta Pyli ſub mœnia Pallas:
Namq; ibi deuictis ſtetit hoſtibus ultima cædes.
Sic ſumus ergo domum multa cum laude reuecti,
Dantibus ut ſuperis palmam tibi maxime diuûm,
Sic mihi prima uiris deuictæ nomina pugnæ.
Talis eram, talem geſsi me in fortibus armis.
Solus at has inter clades feriatur Achilles,
Improbus, & ſocijs uirtutem ſubtrahet iſtam?
Quem ſcio, ſi pergat tanto indulgere furori,
Et nos interea pereamus ab hoſtibus omnes
Confecti, immodicè doliturum clade ſuprema
Nominis Argiui, quod nunc ſeruaſſe licebat.
Quanquam ô, quò recidere tibi mandata paterna,
Quæ dabat è Phthia mittens te ad Atridea magnum,
Ille tuus pater, ille Menœtius inclytus heros?
Intereramus enim duo nos, diuinus Vlyſſes,
Atq; ego, qui claris audiuimus omnia uerbis
Quæ genitor mandata dabat tibi, quando per omnem
Venimus & circum fœlicis Acheïdos oram,
Excitum populos, regesq́; in bella futuros.
Quos inter præclara ſubiuimus atria Pelei,
Intra quæ patremq́; tuum, teq́; inſuper ipſum
Repperimus, magnum reſidentem propter Achillem.
Illo fortè die ſenior ſolennia Peleus
Sacra ferens, bouis ardentes adolebat ad aras
Viſcera toſta Ioui gaudenti fulmine miſſo,
Aulæ in parte ferens plenum cratera Lyæo
Aureolum, fundens ſuper hæc ardentia uina,
Vobis interea curantibus ilia pinguis
Toſta bouis, cum tu ſocium ſequereris Achillem.

Redit ad inſtitutã narrationem à tam longa digreſsione, & mox euagatur in aliam.

Talia

T alia nos inter uenientes ſacra, recluſas
A nte fores ſtetimus. quos ut conſpexit Achilles,
È cathedra exilijt ſtupefactus, noſq; prehenſis
D eduxit manibus, geminaq; in ſede locauit.
T um menſam appoſuit cœnæ regalis habentem
F ercula, ut hoſpitibus mos eſt dare munera gratis,
P oſtquam deinde cibo fuimus potuq; refecti,
E t reparati animis, & erat iam copia fandi,
S ermonem incipiens ego uos hortabar ut unà
I nclyta nobiſcum & famam paritura perhennem
B ella ſubiretis. quò cum uos ueſtra cupido
P romptaq; mens ageret, uobis mandata dederunt:
I pſe quidem nato genitor Peleus Achilli,
V t præſtare alijs, ut & optimus eſſe ſtuderet:
V erum quæ tibi iuſſa Menœtius Actore cretus
E didit, iſta fuere: Vides cariſſime fili,
T e prior eſt genere, & natalibus anteit Achilles,
I llum tu ſuperas ætate, at uiribus ille
T e multo eſt melior, tu illum debebis amicis
C onſilijs regere, & moderari feruida dictis
P ectora: namq; tibi parebit recta monenti.
H æc tibi mandabat ſenior, quæ tu omnia ducis
I rrita, & oblitus nihil horum tempore duro
E xequeris. ſed nunc age iuſſa hæc defer Achilli,
R ectorum admonito, ſi fors parere monenti
R ecta uolet. quis enim nouit ſi fortè remittat
I nſtinctu diuino iras, animumq; ferocem.
M ultum ſæpe ualet ueri exhortatio amici.
Q uod ſi relligione aliqua fortaſſe tenetur,
A ut Iouis abſterrent oracula, cognita mater
Q uæ Thetys attulerit, te mittat in agmina ſaltem,
I nduat arma tibi ſua, Myrmidonumq; phalangas

A ttribuat, ſi fortè ſalus aliqua inde reſultet
A rgiuis, ſpecie ut uana conterritus hoſtis
A bſtineat pugna, reſpiret Achæia pubes.
„ A uget enim uires breuis intermiſsio pugnæ.
T um ualidi uos, ac plenis iam uiribus aucti,
V el ſolo clamore ferum cohibebitis hoſtem,
D efeſſum pugna, à caſtris & nauibus hiſce
M œnia difficilis redigetis ad inclyta Troiæ.
H actenus iſta ſenex. quibus hic commotus, Achillem
A ſsiduo repetens curſu Patroclus, abibat.
I amq; uolans præter naues tranſibat Vlyſsis,
Q uas iuxta fora iudicijs cauſisq; referta
A tq; aræ ſtabant circum, ſortesq; deorum.
H ic illi Eurypylus uenit obuius, ilia telo
S aucius, huic niger effluxit de uulnere ſanguis,
T um caput atq; humeri multo ſudore fluebant.
I pſe pedes claudus de uulnere tardior ibat,
V erum mentis adhuc compos. quem ſeſe adeuntem
C omplorans, miſeransq;, his eſt affatus amicum.
Patroclus Eurypylo. H eu miſeram ſortem Danaûm regumq; ducumq;,
H æccine fata manent? uos'ne huc fortuna redegit,
V t procul à patria cæſi uelocibus eſcam
F erretis canibus ueſtra inclyta côrpora? uerum
H oc age, nunc mihi dic Euæmonis inclyta proles,
N unquid adhuc Argiua manus par, Hectora fortem
S uſtinet, an uicti pariter ſuccumbimus omnes?
H uic bonus Eurypylus ſuſpirans talia contrà
Eurypylus Patroclo. R eddidit. O Patrocle, genus qui ducis Olympo,
A fflictis iam nulla ſalus, non robur Achiuis,
N on ſpes ulla ſubeſt, omnes moriemur inulti
N auibus in noſtris. namq; & fortiſsima noſtrûm
S aucia turba iacet, proceres regumq; ducumq;

Vulnera

Vulnera curantes intra tentoria, Troum
In nos aßiduè uirtus uehementior auctis
Viribus inſurgit, roburq́; accreſcit eundo.
Sed tu me ſerues precor ad naualia ducens,
E femore incidas quod inhæſit ad ilia telum,
Inde laues calida de uulnere ſanguinis atri
Illuuiem tetram, tum mitia pharmaca plagæ
Aſpergas, quæ te docuit diuinus Achilles.
Illum etenim Chiron iuſtißima nubigenarum Chiron Achillem medicinam docuit.
Progenies, cuncta edocuit medicamina rerum.
Nam medici fratres Podalyrius atq; Machaon,
Alter hic ad naues iacet, & ſua uulnera curat, Podalyrius et Machaon medici.
Non aliena leuat credo: manet alter in armis,
Suſtentans campo durißima prælia Troum.
Talibus Eurypylus. cui reddidit iſta Menœti
Filius. O heros, quî poßint talia curæ Patroclus Eurypilo.
Nunc licuiſſe meæ, cum ſint mandata ferenda
Neſtoris Aeacidæ magno? ſic ille iubebat
Seruator Danaûm princeps, Neleïus heros.
Sed neq; neglectum patiar te, uulnere tali
Affectum. hæc dicens, medium complexus, & amplis
Imponens humeris, tulit in tentoria nota.
Quod cernens famulus, ſubſtrata pelle bouina
Concinnat thalamum. cui, poſtquam hunc intulit audax
Patroclus, femore ex imo mucrone reſectum
Eduxit telum, lauitq́; à uulnere tetram
Sanguinis eluuiem calida: tum deniq; quandam
Radicem, tritamq́; manu, triſtemq́; ſapori, Ariſtolochiam hanc fuiſſe putat Interpres.
Sed quæ ui propria leniret uulnus acerbum,
Appoſuit, per quam dolor eſt ſedatus, & unà
Conſtitit in ſicco compreſſus uulnere ſanguis.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XII.

SIc apud Eurypyli curandum uulnus amicum
Et medicā Patroclus opē dū præſtat egenti,
Interea totis concurſum eſt uiribus inter
Troianos Danaosq́; : ſed hos incluſa tenebāt
Munimenta noui nuper circundata muri :
Sed nec foſſa ſatis Teucros prohibere ualebant,
Nec ſuperinducti noua propugnacula muri,
Quos circum lato duxerunt aggere foſſam
Perpetuam, ut naues tuta in ſtatione tenerent
Immemores Danaï diuûm, queis nulla tuliſſent
Sacra hecatombæo ſuperis gratiſſima ritu,
Ut naues intus celeres prædamq́; tenerent
Omnia tuta ſatis placato numine diuûm.
Quæ dijs inuitis nunc munimenta pararant,
Atq; ideo interitura breui, nec longius ullos
Duratura dies, quàm donec maximus Hector
Uiueret, & maneat Graijs iratus Achilles,
Et ſenior Priamus, Priamiq́; arx alta, manerent
Pergama, nec triſtem ſentiret Troia ruinam,
Starent & muri, & foſſa, hæc opera inclyta Graiûm.
Poſtquam autem cecidere duces, & maxima Troum
Una ſalus Hector, Danaûm pars maxima partim
Cladibus abſumpti belli, partimq́; relictis
Eſſe ſuperſtitibus, quibus & fortuna pepercit
Hi decimo demum patriam rediere ſub anno,
Tunc primum unanimes Neptunus & acer Apollo
Murum euerterunt, totumq́; à ſedibus imis
Luctabantur opus reſcindere, pluribus undis
Labentum celſæ fluuiorum è montibus Idæ
Immiſſis, Rheſi, Heptapori, Rhodij, atq; Careſi,

Neptunus & Apollo murū Græcorum euerterunt.

Nomina fluuiorum Troiæ.

G reníci,ſed & Aeſepi,flauiq; Scamandri,
E t Simoëntis aquas,ubi tot conduntur arena
S cuta uirûm,galeæ,& fortia corpora leto Virgilianum
T radita,nunc horum fluuiorum magnus Apollo
O ſtia detorſit retrò.namq; ille diebus
T er tribus huic operæ deus inſtitit,in quibus ipſum
I n murum pleno torquebat flumina curſu.
I mbribus & pluuia torrentes Iuppiter auxit,
Q uo citius populentur opus,murumq́; reſoluant.
N eptunus muros,magnoq; emota tridenti Virgilianum.
F undamenta quatit,truncosq; & ſaxa reuellens,
O mnia quæ magno Danaï ſtruxere labore,
N eptunus refluum iaciebat in Helleſpontum,
I pſe operis princeps,tandemq́; euertit in ipſo
Q uicquid erat poſitum ſpacioſò littore muri,
E t ſuper inductis flauentibus abdit arenis.
O mnia deinde ſuos reuocauit flumina in alueos,
H unc finem ſtatuere operi,poſt pauca futurum
T empora,dij Graijs neglecta ob ſacra maligni,
D e quo tunc dubijs decertabatur in armis
V ſq; adeò,ut turres tabulataq; ſumma ſonarent
I ctibus aſſiduis,dum murum irrumpere Troës
C onantur,Danaï defendere,Iuppiter ipſis
I ncuſſo terrore animum detraxerit omnem,
N auibus incluſi metuentes Hectora fortem
F racti animi Danaûm ſeſe intra tuta tenerent.
H ector at ante alios pugnam,ſociosq; ciebat,
T urbinis in morem,aut quatientis cuncta procellæ.
S icut ubi immanem circumuenere leonem
T urba uirûm uenatorum,comitantibus ipſos Hectorem procellæ et
I nnumeris canibus,confiſi in mutua plures leoni com-
A uxilia,inijciuntq; feræ uenabula,& ipſum parat.
V ndiq; circumdant canibus,teliſq; laceſſunt.

Conſcia

C onſcia at illa animi, nullos terretur ad ictus,
T ela nec ulla timet, ſed ſe conuertit, & ultro
Q uò ſe cunq; mouet ſecum trahit arma, uirosq́;,
A tq; canes. Sic magno animo fortiſsimus Hector
I n quaſcunq; tulit ſe tota per agmina partes,
E t ſocios ſecum atq; hoſtes conuertit, & illos
A udacter prompteq; iubet tranſcedere foſſam.
Munitiones Græcorum oppugnat Hector.
S ed iam nulla uiris audacia profuit, æque
S icut equis crebro hinnitu teſtante timorem,
T am foſſam ſuperare altam, quàm ſcandere uallum,
N ec facile inſiliiſſe fuit, nec ſtare in iniquo
A ggere, præcipiti quando eſſet ad omnia lapſu.
N am ſuper extabant ab utraq; crepidine foſſæ
A ſperitate ſudes & acuta fronde timendæ,
Q uos magnos craſſosq́; ſuis ut grande locarant
P erfugium Danaï, quos currus nulla trahentum
V is ſuperarit equûm, ſed tantum fortè pedeſtres
S i foſſam tranſire queant tentare licebat.
H æc animaduertens, adit Hectora, talibus orſus
P oulydamas: Hector bello inuictiſsime, uosq́;
Polydamas Hectori cõſilium ſanũ dat.
T roianorum alij, uos qui ſocia arma tuliſtis,
S tulta & inepta uia eſt, ratio peruerſa, per altam
D ucere equos foſſam, firmatosq́; aggere palos:
A rdua nam res eſt, nec finem habitura petitum,
P ropter & inſertos præacutos undiq; palos,
D eſuper & ductum longa compagine murum,
V t nec eò demittere equos, nec ſtare queamus
P ugnatens loco in anguſto, qua clade repulſi
N oſtra aliqua, potius referamus uulnera, quàm nos
H oſti inflixerimus. Quod ſi male cogitat illis
I uppiter altitonans, & nobis conſulere æquum
C enſet, & auxilio eſt, iuſtis ante omnia uotis
O ptarim procul à patria hic & dulcibus Argis.

Mactari,

M actari, & noſtris deleri uiribus hoſtes,
E t monumenta ipſis ſine nomine fœda relinqui.
S in minus, atq; ipſi uerſa uice Martis iniqui
N auibus à proprijs conuerſi, nos quoq; turpi
V ertere terga fugæ cogant, & in iſta profundæ
I ncidere & latæ metuenda pericula foſſæ,
N emo relinquetur credo qui nunciet iſthæc
D e nobis, ita nos delebunt funditus omnes.
Q uare agite, & noſtris omnes accedite dictis.
A urigis tradamus equos, curruſq; tenendos
P ro foſſa, nos armati pediteſq; ſequamur
H ectora. ſic Danaos, nequaquam noſtra ferentes
A rma, repentino nec adhuc præuiſa tumultu
E uertemus, & in totum delebimus hoſtes.
T alia Poulydamas: cuius ratione probata
H ector, ſicut erat curru ſublimis ab alto
D eſilijt. quem cum peditem prodire uiderent,
D eſiliunt ab equis reliqui quoq; Troës, equoſq; — Troes in pedes inſiliūt, Polydamantis ſequuti conſilium.
Q uiſq; ſuo dedit aurigæ, quos deinde tenerent
P ro foſſa inſtructos, & ad omnia iuſſa paratos.
H inc omnes peditum cuneos in quinq; redacti,
N on tamen æquati numero, ſed fortibus armis.
P rima acies etenim numero præſtabat, & ipſam
P ars melior populi inſignem faciebat, & Hector
P oulydamaſq; duces: his maxima uota fuerunt,
E uerſo ad celſas muro pugnare carinas.
H is quoq; Cebriones dux tertius additus ibat.
N amq; alium qui ſeruet equos ſubiecerat Hector
C ebrioni, minus audacem, minus arma ferentem.
S igna ſecunda duces Paris, Alcathouſq;, & Agenor,
S eruabant. Heleno parebat tertius ordo,
D eïphoboq;, ſatis Priamo. quibus additus ibat — Duces & ordines Troianorū.
A ſius Hyrtacides, quem diues miſit Arysba,

Ducentem

Ducentem eximios fortéſq; in bella caballos,
Ad Troiam fluuio de Selleente profectum.
Quartam ducebant aciem uir maximus armis
Aeneas Anchiſiades, Antenoridæq;
Archelochuſq; Acamaſq;, feri duo fulmina Martis.
Quintum agmen, quod erat fultum auxiliaribus armis,
Sarpedon ducebat agens, cui Glaucus, & unà
Aſteropæus erant comites, quos legerat omni
È numero ſociorum, ut erant ex omnibus ambo
Præcipui. Sic ergo animis armiſq; parati,
Et clypeis conſerti omnes audacter in hoſtem
Contendunt, excelſo animo, ſpe deniq; certa
Per murum penetrandi, & in ipſis nauibus hoſtem
Mactandi. nam conſilio, quod & utile & audax
Pulydamas dederat, parebant Troës, & ipſis
Vnanimes ſocij. ſolus parêre negabat
Aſius Hyrtacides. non ille relinquere currus
Aurigæ uoluit, ſed equis confiſus ad altas
Tendebat naues: demens nec enim amplius unquam
Ad celſæ rediturus erat ſacra Pergama Troiæ,
Sed miſer ad naues fato periturus acerbo,
Deucalidæ Idomenei manibus, teloq; cruento.
Ergo uiam ſecat ad naues à parte ſiniſtra,
Qua Danaûm currus & equi remeare ſolebant
È campo, portæq; ſeras inuenit apertas,
Et ualuas omni dimoto uecte patentes:
Scilicet ut ſi qui uel adhuc in puluere campi,
Vel pugna è ſocijs agerent, redeuntibus illac
Eſſet iter, ſeu fortè fuga, ſeu ſponte redirent.
Hac igitur rectà inuectus, confiſus equorum
Virtuti, ſimul & ſocij tam grandia adortum
Cœpta ſequebantur, magnis clamoribus auras
Rumpentes, uictos non poſſe reſiſtere Graios,

Quos

Q uos ipſi in proprijs cæſuri nauibus eſſent
P erſuaſi. ſed falſa animis perſuaſa fefellit
C redulitas, ſiquidem portam reperere patentem,
N on tamen incuſtoditam. duo namq; tenebant
I nſignes uirtute, animiſq;, & robore fratres,
P irithoo geniti, Lapitharum belligerorum
P rincipe, magnanimus Polypœtes pectore forti,
A tq; Leonteus miſcenti homicidia Marti
P erſimilis. portas hi ſtabant ante patentes,
Q uales aëriæ quercus in montibus altis
C onſurgunt geminæ, radicibus infera nixæ
P rævalidis, ſtant immotæ, forteſq; reſiſtunt
I mbribus & pluuijs, & agentibus aëra uentis:
S ic illi uirtute, manuq; & robore freti,
A ſion irrumpentem animo conſtante manebant.
Q uem circum ſocij, Iamenuſq;, & fidus Oreſtes
A ſiades, Acamaſq;, Thoon celer, Oenomauſq;.
H i rectà ad murum tendentes, alta leuarunt
S cuta ſuper capita, & pugnam clamore laceſſunt
I ngenti. in porta Polypœtes atq; Leonteus
S uſtinuere uiros, donec commune periclum
S entirent ſocij, propereq; à nauibus altis
F errent auxilium. qui poſtquam irrumpere murum
T roianos didicere, metus clamorq; uirorum
C aſtra per & naues oritur concurſus ad arma.
A t duo pro portæ pugnam ſtatione trahebant,
P irithoo geniti, ſimiles ſylueſtribus apris.
Q ui poſtquam aduentare uirûm ſenſere tumultus,
E t uocem audiuere canum, ſua luſtra feroces
E xiliunt, ſyluamq; ruunt, & aperta petentes
E xpectant, dentes acuunt, forteſq; reſiſtunt
D onec telo aliquis coniecto, & uulnere fixo

Tales facit Virgilius Pandarum & Bitiam.

Exanimet:

E xanimet: frendente ſonat nemus omne tumultu.
H aud ſecus illorum reſonabant arma fragore
T elorum ingenti, ſuper ærea ſcuta cadentum.
Q uos primum ipſorum uirtus, tum deſuper altis
E' muris populus ſpectans, animabat ad hoſti
F ortiter audendum uirtute reſiſtere tota.
N am ſimul & ſaxis hoſtem de turribus altis
A rcebant, cum pro ſocijs, tum nauibus ipſis,
P ro caſtris quoq; ſolliciti: nec nubibus atris,
Q uas inſana coëgerunt luctamina uenti,
V ellera plura niuis ſpacioſa in rura feruntur,
Q uàm tunc miſsilium citroq; ultroq; uolabant
A' Teucris ſimul & Danais: ſonuere iubatæ
A fflictu lapidum galeæ, clypeiq; rotundi.
Q uapropter ſubitò percuſſus ad ilia telo
A ſius ingemuit, tollensq; ad ſidera uultus,
T alibus incuſat torquentem ſidera uerbis.

Iouem incuſat Aſius iā iam moriturus.

I uppiter omnipotens, & te quoq; uana profari
D electat: tua ſumme pater promiſſa ſequutus,
C redebam fore, ne noſtros heroës Achiui
I nſultus poſſent tolerare, aut deniq; noſtris
V iribus eſſe pares, nobis'ue reſiſtere uicti.
I am nunc ſicut apes, & habentes ſpicula ueſpæ,
M ellea quæ poſuere cubilia ad arcta uiarum,
M ellilego ſubeunte aliquo, non ipſa relinquunt,
S ed remanent, ſtimulisq; uiros pungentibus arcent
P ro natis, maluntq; mori quàm deſerere ipſos.

Aptiſsima ad rem comparatio.

S ic tantum duo pro muris uirtute reſiſtunt
I nuicti, maluntq; mori quàm cedere uicti.
S ic ait: at duras auertit Iuppiter aures,
C ertus ut hanc magnum conferret in Hectora laudem.
I nterea ad portas alias diſcrimine multo
P ugnabant alij, quas omnes dicere pugnas,

E t quo quæq; loco, quo ſit diſcrimine geſta,
R eddere non modò difficile eſt, ſed prorſus iniquum
V iribus humanis: fuerit labor ille deorum.
P aſſim etenim muros iuxta per caſtra uideres
C ollucere faces, flammaſq; ardere crepantes,
A' quibus Argiuis ſaluam defendere claſſem
M axima cura fuit, dolor anxia pectora ſolus
I lle fatigabat. quæ diui cuncta uidentes
F autores Danaûm, contriſtabantur & ipſi.
Q uorum numinibus Lapithæ iam uiribus aucti,
S uſtinuere grauem collato robore pugnam. Polypœten & Leonteũ intellige.
H ic ualidam torquens Polypœtes impiger haſtam,
M iſit in aduerſum Damaſum, galeamq; comantem
P erfregit mediam: ſtetit imo fixa cerebro
H aſta tremens. ſic ille uirum prius omnia promptum
P erdomuit, uomit ille atro cum ſanguine uitam.
I nde duos fratres necat, Hormenon atq; Pylonem,
A ntimacho genitos. tum natus ad arma Leonteus
H ippomachum ferit, intorquens ſub cingula telum.
T um uacua ſtrictum uagina diripit enſem,
E t primum Antiphaten iugulat. cadit ille ſupinus,
M embra ſolo ſtratus. ferit inde Menona ſuperbum,
A dijcit Iämenon, ſocijs tum iungit Oreſten,
S trauit aceruatos omnes. quibus omnibus arma
V ictores cum detraherent pulcherrima uictis,
I nterea populi pars plurima & optima Troum
H ectora ducentes & Poulydamanta ſequuti,
V i tota hoſtilem certant irrumpere murum,
A rreptiſq; manu flammis incendere naues.
Q uod ne perficerent, quod ne ſucc ederet ipſis,
P ro muris Danaï reſtabant fortiter altis,
C errabantq; truces ſuperanda auertere foſſa.
H æc inter ſuper ecce uolans Iouis ales, acutis.

Auguriũ aquilæ ſerpẽtem ferentis.

V nguibus inuolens maculoſum terga draconem,
I mmanemq́; & ſeminecem, qua parte ſiniſtra
T roiani hoſtiles certabant uellere muros
C ircuit. ille ferox conuerſo gutture retrò,
I mprimit in ſummo raptricis pectore dentes.
I lla dolore amens, reſolutis unguibus anguem
I n medios Troas demiſit, & inde uolatu
Q uàm potuit celeri ſe proripit ales in auras,
I ngenti clangore ſonans. hæc monſtra uidentes

μείουρον hic habet Homerus, qui citatur & uertitur ab Terentiano. Mihi non libuit mutare rationem Latini carminis.

T roiani trepidare animis, & credere læuum
A ugurium Iouis eſſe. ergo Priameïus heros
H ectora Pulydamas adit, atq; hæc uerba profatur.
T u ſiquidem dictis Hector me ſemper acerbis
O ptima ſuadentem reprimis, ceu te popularem
N on ſatis obſeruem: cum ſit tamen utile factu,
S iue domi, ſeu militiæ de rebus habemus

Polydamas Hectori augurium interpretatur ſuadetq́; ut ab oppugnandis munitionibus deſiſtat.

C oncilium, uireſq; tuas augere, decuſq́;.
N unc quoq; depromam, quæ factu eſſe optima credam
V lterius ne pergamus reſcindere muros,
A ut rapidum captis immittere nauibus ignem.
N on etenim quicquam puto perficiemus: ut iſthæc
A les, ad exemplum quæ nobis prodita uenit,
(S i modò uera fides) maculoſum terga draconem
V nguibus inuoluens, modò nos à parte ſiniſtra
C ircuit, & morſu penè exanimata cruento
D emiſit, nec ferre ſuis implumibus eſcam
F iliolis potuit: ſic nos quoq; robore magno
P ortas & muros iſtos capiemus Achiuum.
V erum in nos iterum Danaïs uertentibus arma
I nde repellemur, fugientes turpiter, illa
S trata remenſuri qua uenimus antè uiarum,
C æde relicturi deperdita plurima Troum
C orpora, quæ ferro Danaï atq; hoſtilibus armis

Abſument.

Abſument. Sic ille deûm ueriſſimus augur,
Ex his quæ docuit præſens uentura monebat.
De populo quem nemo loqui non uera putabat:
Solus ob hoc animo turbatus & anxius Hector,
Toruis inſpiciens oculis, dehinc talia fatur:
Pulydama, nec grata mihi, nec uera loquutus, Hector Polydamantē
Non ſentis ea quæ loqueris, nec uelle uideris redarguit,
Vera magis quæ ſint, atq; his meliora profari. ut uanum.
Si tamen ex animo tibi ſunt hæc dicta, profectò
Dij tibi peruertunt mentem, uerìq; tenacem
Eripuere animum, qui ſic Iouis edita ſummi
Spernere me iubeas oracula, ab ore profecta
Ipſius, atq; tuis cupias accedere uanis
Augurijs: quæ ſperno equidem, quia ſtulta uidentur. Auguriorū
Quæ ſic humanas fallunt ludibria mentes, “ fidem elu-
Seu dextra ſpectentur aues Phaëtontis ad ortum, “ dit.
Siue ſiniſtra petant obituri limina ſolis, “ No[illegible]om
Nil rationis habent, cum ſint ratione carentes. “ ni[illegible] c in græco.
Qui iuſſit ſperare, Ioui nos fidere oportet,
Quem penes eſt hominum diuûmq; æterna poteſtas.
Augurium tamen eſt quod præualet omnibus unum, “
Pro patria pugnare, armis defendere ciues. “
Aut cur nam tanta trepidas formidine? quid' ue
Arma perhorreſcis? pugnam fugis, acria uecors
Bella times, ſi fortè alij ſub nauibus altis
Argiuûm Troës nos occidamur, & omnes
Hauſerit atra dies. non ſcilicet ergo uerendum eſt,
Tu quoq; ne pereas, ne noſtræ cladis & ipſe
Efficiare comes: nec enim tam pectore forti es,
Nec tanto præſtas animo, nec robore polles.
Quod ſi fortè tuis aliquem deſiſtere pugna
Seductum uerbis, uel te quoq; conſpicer ipſum,
Hac animum talem dextra cum ſanguine fundes,

P rotinus & linguæ pœnas dabis augur ineptæ.
S ic fatus proceſſit, cum clamore ſecundo
S igna ſequebantur peditum: tum Iuppiter acrem
V im rapidi flatus alta commouit ab Ida,
Q ui uerſus naues & in ora ferebat Achiuûm
P ulueris obſcuram nubem, quo triſtibus illi
A fficiebantur curis, ſpe prorſus adempta,
A ddita quæ Teucris acceſſit maior, & ipſis
E rexit reſides animos audacia, & aucta eſt
G loria: præcipuè decus Hectoris extulit. ergo
C onfiſi & uirtute ſua, monitisq; ſecundi
N uminis, inſiſtunt muros perfringere, turres
D eijcere, inde gradus conuellere, proruere imis
F undamenta locis, & propugnacula pinnis
N udare, & fixas moliri cardine portas:
N ec minus iccirco Danaï reſtare, gradu'ue
D etrudi, ſed ſtare loco, defendere ſeſe
O biectis clypeis, & propugnacula celſis
T urribus impoſita, & ſubeuntes illa ſupernè
A rcere, & contis detrudere grandibus hoſtem.
H ic gemini Aiaces per turres, perq; locorum
S umma ferebantur, paſſim atq; ſine ordine, nunc hos
N unc illos, ut quoſq; uident, hos mollibus, illos
H ortantes uerbis grauioribus, atq; monentes.
Aiaces græcos hortantur. O ſocij, quiq; eximij uirtutibus eſtis,
E t genere atq; opibus, mediæ & qui ſortis habetis
P ræmia, uos etiam quos conditio infima ducit:
„ N on etenim in bello paribus licet omnibus eſſe:
H ic tamen, hic omnes labor aduocat, expetit unus,
S icut in hac fortuna omnes cognoſcitis ipſi.
N emo hinc ad naues fugiat, clamore minarum
T erritus hoſtili: ſed & ipſi huc ite, aliosq;
A dmoneatis idem faciant, ſi fortè uoluntas

Annuat

A nnuat alma Iouis, pulſo hoc diſcrimine, ut hoſtis
C edamus terga, Iliacam fugientis ad urbem.
T alibus Aiaces exhortabantur Achiuos,
E t fortes animos in bella gerenda monebant.
N ec plures niuium cecidere ex aëre flocci Cōparatio.
H yberno, tumidos cohibet cum Iuppiter Auſtros,
B rumalemq́; diem uentis uacua aura ſerenat
O mnia, præter aquas maris abſorbentis & ipſas
S icut cuncta, niues, albent candore niuali
I ntonſi montes, iuga, promontoria, colles,
H erbida prata aliàs, rapido læta arua ſub æſtu,
L ittora amœna, humiles ripæ, portusq́; remoti:
Q uot tum ſaxa manu uolitabant miſſa uirorum,
H inc atq; hinc Danaos inter Troasq́; ſuborto
C lamore ingenti, tantæ ad certamina pugnæ
A d murum turresq́;, & propugnacula foſſæ.
N on tamen aut Hector, quiſquam aut ex agmine Troum,
A ut Troiani omnes potuiſſent uiribus ullis
E t muros capere, & portas effringere, & intrò
R umpere: ni de ſe genitum Sarpedona magnum
I uppiter immiſiſſet, ut in pecus ire leonem
A rmentale boum ſi quis putet. ipſius autem
I ngentem clypeum magnorum terga iuuencûm Clypeus Sarpedonis.
B is tria texuerant, quem lamina deſuper omnem
F errea contexit circum oras, aureus orbis
A mbijt. hunc læua obtendens, & ſpicula dextra
B ina manu quatiens, animo uadebat in hoſtem
I ntrepido, ceu ſæpe leo nutritus in altis
M ontibus, impaſtusq́;, fame uiolentus & acer,
I rruit in caulas ouium, quantumlibet altas
M unitasq́; manu. quas ſi canibusq́; uirisq́;
R epperit obſeptas, ſe per media arma uirosq́;
I ngerit, irrumpitq́;, aut prædam aut uulnera tergo

C erta relaturus. Sic tum Sarpedona dium
F eruida uis animi ſtimulans inuexit in hoſtem,
V t murum caperet, portasq; aperiret Achiuûm
T roianis, & caſtra auidis irrumperet armis.
S ed properans, Glaucum prius his affatur amicum,
Sarpedon H ippolocho genitum. Cum nobis Glauce priores
Glauco. A ttribuant, cum nos uenerentur honoribus omnes
M agnanimi Lycij, ſeu cœtus forſan habentur
N obis prima loco ſedes datur, inter edendum
N obis apponunt eſu pinguiſsima carnes
E ximias, & plena meraci pocula uino
P ræ reliquis, cum tot Xanthi flauentis ad oram
P oſsideamus agros, tot iugera pinguia, partim
C onſita, partim etiam frumentis apta ſerendis:
E t quos præcipuè ſibi ducant eſſe uerendos
I nſignes Lycij, cur nos non prima pericli
O btineamus & in bello loca, prima obeuntes
S i qua obeunda ferant ſeſe diſcrimina belli?
V t ſint è noſtris qui uerè dicere poſsint,
N oſtri nunc reges ſe dignos eſſe profectò
D eclarant, queis præcipuos tribuamus honores
I n cœtu, ac menſis carnes ponamus opimas,
V ina propinemus dulciſsima, talia poſtquam
T amq; ſtupenda gerunt duri certamina martis.
Q uanquam ſi tanti defunctos munere belli
E xpertem ſenij ætatem uitamq; perhennem
V icturos nos ulla foret ſpes, non ego certè
A nte alios pugnare uelim, nec te iſta iuberem
V t faceres, quæ laude uiros & rebus honeſtant
E ximijs, unde & decus immortale paratur.
" N unc cum mille modis obnoxia corpora morti
" S imus, & huc illuc uerſent nos fata laborum
" I ncerta ſerie, quæ non datur effugere ulli,

Irrumpamus,

I rrumpamus, ut aut nobis decus inde paremus,
A ut alijs ipſi tribuamus ſanguine noſtro.
D ixerat. at Glaucus ſicut nihil annuit, æquè
A bnuit iſtorum nihil, & comitatus euntem eſt. Glaucus Sarpedonē ſequitur.
T urba ſequebantur Lycij fortiſsima utrunq;.
Q uos ita tendentes ad ſe cum fortè Meneſtheus
C onſpiceret, Petei proles, turrimq; petentes,
C ui præfectus erat, timuit, cum mente uideret
Q uantam illaturi cladem, quæ damna uenirent,
C olluſtrans oculis circumſpicit omnia, ſi quem
F orte ducum uideat, qui ſe è diſcrimine tanto
C um ſocijs leuet. Aiacem conſpexit utrunq;
S tantes pugnæ auidos, & adhuc à cede rubentes.
T ertius his Teucer, qui tunc à nauibus ibat,
A cceſsit ſocius: qui cum ſe uoce uocantem
(P ræ ſtrepitu fremituq́; armorum hominumq́; ruentum
C aſtra, pylas, muros, turres, tabulata, fragore
I ngenti) non audirent, nec uerba uocantis
P erciperent, mox præconem uocat ipſe Thooten, Thootes præco mittitur ad Aiaces.
P ro ſe dimittens, & ituro talia mandat.
C urre Thoota, uoca Aiaces huc protinus ambos,
S i modò, quod malim, nobis ſuccurrere uterq;
P oſsit, & auxilio ſubeat, ſeruetq́; periclo
Q uod Lycij intentant reges, extrema minantes
E xcidia, expertis quàm præſtent fortibus armis
A ntè ſatis. quod ſi non poſsit uterq;, quod iſthic
F orte etiam labor incumbat, Telamonius Aiax
H uc ſaltem ueniat cum Teucro fratre citatus.
H æc præco mandata ferens, feſtinus utriq;
A iaci expoſuit, ſicq; eſt ad utrunq; loquutus.
A iaces Danaûm primi, uos clara Meneſtheus
P rogenies Peteï rogat, ut ſibi adeſſe uelitis Thootes Aiacibus.
A uxilio, contra Lycios, extrema minantes

E xcidia,atq; ambos,quod malit,ſi qua laborum
F ortè ſinat requies: ſin hoc minus,& labor idem
H ic quoq; uos retinet,ſaltem Telamonius Aiax
C um fratre adueniat Teucro præſtante ſagittis.
T alibus accedens uerbis Telamonius Aiax,
M ox ad Oïliaden eſt talia uerba loquutus·
Aiax,tu remanens hic cum Lycomede potenti
V rgete ad pugnam ſocios,& ducite in hoſtem,
D um propero laturus opem poſcentibus illam,
D umq; hinc huc redeo,mox huc rediturus,ab illis
Q uàm citò propulero inſtantis diſcrimina pugnæ.
D ixit,& auertens ſeſe Telamonius Aiax
C um Teucro,& claro Pandione tela ferente,
A tq; arcum Teucri.qui poſtquam ad tecta Meneſthei
E t turrim uenere,ipſum tum tela parantem,
A tq; uiros,quibus arceret iam ſumma tenentes
V ictores Lycios ſummi faſtigia muri,
A duentu auxilij renouatus ad æthera clamor
T ollitur,& totis concurſum eſt uiribus,illis
Q uæ iam contigerant retinere,his pellere muro
C onatis hoſtem.Sed ibi tum maximus Aiax
P rimus Epicleum ſtrauit uirtute ferocem,
P ræclari comitem Sarpedonis,intulit autem
M armor in aduerſi galeam rude,nactus in ipſis
C ulminibus, quod ferre manu uix poſſet utraq;
Ae tatis uir adhuc in flore & robore pollens,
Virgilianum. Q ualia nunc hominum producit corpora tellus.
I pſe manu facili ſublatum,uiq; rotatum
I mmani,aduerſi in galeam contorſit Epiclei,
I pſa ut diffracta,contuſiſq; oſsibus intus
I ctu tam ualido confunderet omne cerebrum.
I lle cadens alti præceps de culmine turris,
V rinatori ſimilis,cum ſanguine uitam

Fudit,

F udit, & in bibula iacuit reſupinus arena.
T um quoq; pugnantem ſumma ad ueſtigia Glaucum
C onſpiciens Teucer, pugnantis nuda ſagitta
B rachia confixit celeri, quo ſaucius ictu
G laucus ab incœpto pugnæ feruore quieuit.
D iſsimulat tamen & uulnus ſæuumq; dolorem,
N e quis id aſpiciens inſultet inanibus hoſtis
L udibrijs. ille è turri clàm deſilit alta;
M ox ipſum quoq; digreſſo Sarpedona Glauco
(D igreſſum cognouit enim mox) ira dolorq;
A ggreßi ſubiere, ſed haud diffiſus in hoſtem
F ertur, & inuadens Alcmaona conficit ictu
T heſtoriden certo: cuius de corpore telum
E ducens, illum exanguem pronumq; reliquit,
P rolapſum in faciem. tum propugnacula muri
C onuellens manibus, fragmenta ſequacia traxit,
N udauitq; locum, muriq; in parte ruinam
S trauit, ut ingreſſus multis per aperta pateret
R udera. cernentes iſtæc Telamone creati,
A ggreßi pariter Sarpedona, Teucer acuta
C onfigens clypei retinacia lora ſagitta,
N on tamen exanimans: nam Iuppiter obſtitit, illo
N olens fata loco carum ferre impia natum:
A iax inſiliens longa tranſuerberat haſta
I mmanem clypeum Sarpedonis, acriter ipſum
C oncutiens, retroq; uiros ipſumq; coëgit
C edere. nec tamen ipſe loco rex prorſus abibat,
S ed magis inclamans Lycios hortatur: Adeſte
H uc, ait, ô fortes Lycij, quid ſicut inertes
S tatis? & ignauis ſimiles? huc ite iuuatum
M e ſocij, nec enim (quantumuis pectore promptus,
P ræualidusq; manu) ſolus reſcindere murum,
A d naues aperire uiam, non deniq; poßim

Sarpedon ſuos hortatur ut ſibi auxilio ueniant.

M ilia tot ſuperare unus, nunc uiribus ergo
C ollatis huc ite, acremq; capeſsite pugnam.
„ M agna etiam plures leuiora negocia reddunt.
T alia uerba ducis ueriti, ſimul agmina denſent
R egis utrunq; latus cingentes acriter hoſtem
I nuadunt. contrà Danaï firmare phalangas
N unc alias, aliasq; intus ſubmittere turmas
S ub muro, quia præſentis res tota pericli
I ſta uidebatur. Sic nec depellere Graios,
N ec Lycij potuere uias aperire cremandis
N auibus, aut Danai Lycios arcere ruina,
Q uam ſemel inſtiterant murorum parte reuulſa.
C eu duo contigui certantes finibus agri
L ineolas tendunt, dimenſaq; funibus æquis
C onſignant ſpacia, & diſcordes digladiantur
D e parte exigua tandem, telluris arandæ.
S ic illi alternis certabant cladibus, ambo
M agnanimi populi, ueſtigia quiq; tenentes
I n quibus inſtiterant: hi propugnacula forti
D efenſare manu, depellere turribus illi
C onantes, ſcutis omnes parmiſq; rotundis
C onte̋cti, atq; ideo cum plures terga reuerſi
N udarent, ipſis retulerunt uulnera tergis:
P lures per clypeos longis penetrantibus haſtis
E xanimabantur: iam propugnacula muri,
I am celſæ fuſo manabant ſanguine turres.
A tq; ut quæ manibus uictum paupercula quærit,
Cōparatio à libra. V nde ſuis poſsit uictum conquirere natis,
A ppendens lanam, tenet omni à parte ſtateram
L ancibus æquatis, trutinæ conſtante labello:
S ic tunc Marte pari pugnabant Troës & acres
A rgiui, ſorsq; illa diu ſtetit inter utroſq;.
D onec iam magnum transferret ad Hectora laudem

Iuppiter,

I uppiter, ut primus muros aperiret Achiuûm
I nſiliens in caſtra, ſuos clamore uocabat.
H uc agite, eſte uiri Troës, uiolenter in hoſtem
I rruite, & muros perfringite, rumpite telis
C lauſtra, parate uiam, celſas incedite naues.
T alibus exhortantem omnes qui uerba loquentis
A udierant, ſed & audierant quicunq; ſub armis
T roes erant, uno ipſum omnes ardore ſequuti,
C ondenſi inuadunt muros, haſtasq; ferentes
F erratas, manibus prætendunt ſcuta ſiniſtris.
H ic Hector ſaxum, manibus quod fortè iacebat
P ro porta, inferius latum, prægrande, & acutum,
Q uod duo non facile in plauſtrum ſuſtollere poſſent
Q uales nunc homines uitali luce fruuntur,
H oc facile ille manu commouit ſolus, & una
(N am uires dabat has illi Saturnia proles)
T am facile à terra, quàm ullus paſtor ouillum
F ert manibus, nec tali oneris ſub mole grauatur,
S uſtulit, alta ferens ad clauſæ limina portæ.
H uius erant geminæ craſſa compagine ualuæ,
R obuſtæ atq; altæ, clauſæ intus obice bino,
A mbo claue una reſerandæ. huc maximus Hector
A ccedens propius, connixus uiribus amplis,
E t pedibus firmans ueſtigia, ualidior ictus
N e fieret, medias percuſſit pondere ualuas
I mmani, rupitq; fores, ſtrauitq; ruina
C ardinibus motos poſtes: fragor intonat ingens
I llius ingenti rumpentis pondere ſaxi
L imina cum portis. quas tunc ſua tela ſequutus
I nſiluit ferus Hector, & intrò irrupit in armis,
N octurnæ aſſimilandus aui, lucentibus aura
T erribili. cum bina ferens haſtilia, flammas
C eu ſpirans oculis, hominum quæ nemo, deorum

Hector murũ capit, & ſuos hortatur.

Viribus

V iribus exceptis, potis inde arcere fuiſſet.
T alis hic exiſtens, conuerſus ad agmina Troum
R upturos in caſtra iubet tranſcendere muros.
I lli morigeri, & facientes iuſſa, per altos
S candunt pars muros, pars portis intrat apertis.
T um Danaï dant terga fugæ, nauesq́; relictas
N unc repetunt, ſeseq́; intra tentoria condunt.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XIII.

H E ctor ut irrūpens nutu Iouis, agmina Troum
N auibus admouit Danaûm, curaq́; relicta
I llis, ut gererent inter ſeſe impia Martis
P rælia ſanguineï, ærumnoſumq́; laborem,
I pſe ora auertens, oculos defixit in agris
T hracum equitum, & grauibus pugnantū comminus armis,
M yſorum, ſoloq́; Abiorum uiuere lacte
A ſſuetæ gentis, quod plenis mulget equarum
V beribus, quæq́; innocuam iuſtiſſima uitam
T ranſigat. ergo oculos cum nuſquam ad littora Troiæ
F lecteret, externis auerſus Iuppiter oris,
H aud fore coniectans ut quiſquam auderet Achiuis
A uxilium ferre, aut Teucris, de gente deorum:
N on tamen hæc latuit Neptunum occaſio, qui tunc
F orte Samothracis nemoroſi in uertice montis,
Q uò ſe contulerat progreſſus ab æquoris imo,
C onſidens, unde Ida, atq; omnis Troia uideri,
E t caſtra atq; uiri potuere. inde omnia certo
L imine ſpectabat uariæ diſcrimina pugnæ,
A rgiuos miſerans, admirans agmina Troum.
E rgo Ioui infenſus, mox alta cacumina montis
D eſeruit, domitor maris, immortalibus illi
S ub pedibus tremere & ſyluæ, monteſq́; ſupini.

Abiorum gens iuſtiſſima atq; innocentiſſima.

Neptunus Græcos miſeratur.

T er conatus erat medijs in fluctibus Aegas
I mpoſitas petere, hic ipſi de marmore templum
S acratum eſt, hic arma tholis immania pendent
A urea, ſacra ipſi, ſed & immortalia, ſoli
T er conatus eò diuertere, ter pede preſſo
R eſtitit, at quartò mora temporis omnis adempta eſt.
Q uò poſtquam peruenit, equos adiunxit ad axem
Ae ripedes, celeres, crine auricolore comantes:
A urea deinde ſibi deus induit arma, manuq́;
C onſpicuum geſtans atq; auro atq; arte flagellum,
C onſcendensq; leues currus ſuper æquora fertur,
T am ſuſpenſa leui peragans ueſtigia lapſu,
V t nihil aut currus, aut tingeret unda iugales.
A gnouiſſe ſuum dicas maris æquora regem,
T am placidam ſtrauere uiam, tam plurima raræ
L ætitiæ noua ſigna dabant, tranquilla per alta
T um currum ſubiere ex alto immania cete.
E ſt ſpecus, immenſæ circumfluit unda paludis,
I n ſpacio medij Tenedon maris inter & Imbron,
H ic ille æripedes currumq́; reliquit inanem,
A' curru religans & ſoluens uincula equorum:
A ltera, quæ celeres cohiberent aurea plantas
V incula manſuris addit, non uiribus ullis
D iſſoluenda uirûm. tum iuſſit ut ipſius illic
E xpectent reditum, dehinc ponens pabula dulcis
M iſcuit ambroſiæ, notam immortalibus eſcam.
I pſe abit inde Argiua petens afflicta ſub armis
A gmina Dardanidum. quæ poſtquam contigit, ibant
H ectora Troiani ductorem in bella ſequentes,
O buia perſimiles populantis cuncta procellæ,
A ut flammæ indomitæ, ſperantes nauibus ignem
S eſe iniecturos Danaûm, cunctosq́; ſub ipſa
C laſſe perempturos. Tum terræ uiſcera ſæuo

Equi Neptuni.

χειρεταρία

Neptunus ad exercitū Græcorū ſe confert.

Ima

I ma tridente mouens Neptunus imagine ſumpta
T heſtoridæ Calchantis, & ora ſimillimus ipſi,
I pſius & formamq́; gerens, uocemq́; canoram,
H ortaturus adit Danaos in prælia: utroſq;
P ræcipuè Aiaces, quibus hæc iam ſponte paratis,
Neptunus Aiaces hortatur.
M agnanimi Aiaces, inquit, uirtutis auitæ
E t ueſtræ memores, ſeruate à clade ſuprema
A fflictas Danaûm uires, res, corpora, naues.
M ittite degeneris uiliſſima ſigna timoris.
H oſtis habet murum, ſubeunt in caſtra phalanges
T roianæ, hinc metuo: nihil eſt aliunde pericli,
O mnia tuta tenent iuxta cuſtodia Graiûm.
H inc tantum metuo, ne quid patiamur acerbi,
V nde ruunt totis in nos conatibus hoſtes,
Q uem ferus oppugnat cuneis ſtipantibus Hector
F eruidus atq; furens, rapidoq́; ſimillimus igni.
Q ui nunc ſe Iouis enatum de ſanguine iactat.
V obis opto aliquis deus adſit, & excitet iſtas
P ræſtantes olim generoſa in pectora uires,
I nſpiretq́; animos, ut ſtantes fortiter hoſtes
S uſtineatis, & exemplo moueatis amicos,
H ortantes alios etiam iubeatis ut iſtum
Q uantumuis præfractum animis armiſq́; furentem
C laſſe repellatis, dirumq́; à nauibus ignem:
D et licet huic uires, & Olympius excitet ipſum
I uppiter. Hæc dicens deus æquora glauca gubernans,
C ontigit inde ambos ſceptro, quo robora membris
I ndidit, & uires animis: tum præpete paſſu
A uolat, accipitri ſimilis, qui culmine præceps
A ërio demiſſus, auem ſectetur, & uncis
Aiax Oïleus Aiaci Telamonio.
V nguibus arreptam laniet. tum protinus Aiax
N atus Oïleo, Telamone (ait) edite magno
N unc nos è ſuperis aliquis hortatus ad arma,

Et

E t monet hoſtili claſſem defendere ab igne,
N on aliquis nobis hæc digerit omina Calchas, Vulg...
M entita ille tamen Calchantis imagine uenit,
O s uocemq́; uiro ſimilis, quicunq; deorum
I lle fuit. nam membra dei fugientis apertè
C ognoui, plantasq́; pedum, ſurasq; nitentes.
N am facile eſt nouiſſe deos, ſi corpora ſpectans «
N oſtra uoles conferre deis. Quin ſentio uires «
M aiores animo iniectas, ardore teneri
P ugnandi immenſo, ſæuiq; cupidine Martis.
H uic ita reſpondens retulit Telamonius Aiax.
E t mihi tale aliquid nunc contigit, omnia ſurgunt Aiax Telamonius A.
F eruidiora animo, manus utraq; prurit ad haſtam, Oilco.
S tare loco pedibus nequeo, ſatis impetus urgens
I ncitat, inuitatq́; animum iam ſponte ualentem,
P oſcere Priamiden ſolum in certamina, ſoli
C onſeruiſſe manus, laudem decernere ferro.
T alibus Aiaces inter ſe plurima dictis
V oluebant, alacres animis, pugnæq́; parati.
I nde alios pergit terræ commotor Achiuos
H ortari, & renouare animos, & reddere uires,
Q uorum animos pugnæ labor attenuauerat ingens,
E t domiti circum tentoria plena iacentes
L axabant ciris animos, & me[illegible]ra labore.
H i poſtquam hoſtiles [illegible]rumpere caſtra maniplos,
E t muros tranſiſſe uident, mœroribus ægri,
D eſperati animis, lachrymis cum uoce fatentes,
I am non exitium præſens rationibus ullis
A uerti, nec poſſe inſtanti clade leuari:
H os ſic attonito ſtupefactos pectore totos
F luctipotens Neptunus adit, renouatq́; uigorem
M entibus, & defeſſa nouas in corpora uires
S ubijcit: ante alios præſtantes fortibus armis,

Præfectosq;

Neptunus reliqs quoque principibus uires et ardorem pugnæ immittit.

Plena ātriũ & eloquentiæ Neptuni oratio.

Præfectosq́; alijs, Teucrumq́;, & Leïton acrem,
Pyneleumq́;, Thoantaq́;, Deipyronq́; ferocem
Merionem, ſed & Antilochum, fortiſſima bello
Pectora: ad hos tali ſic eſt ſermone loquutus.
Non pudet ô Danaûm proceres? prò dedecus ingens,
Detrectare manu pugnam, formidine captos
Deſpondere animos. ego uos & fortibus armis
Aſſuetos, & magnanimos defendere naues,
Et potuiſſe manu, atq; animo uoluiſſe parato
In prima iam ſtare acie, iam pellere Troas.
Ocia nunc teritis: quæ ſi non rumpitis, omnes
Exitio miſero tota cum claſſe perimus,
Ne lux hæc noſtris illuxerit ultima rebus
Quàm metuo, pudor ô ingens, quæ monſtra? quid autem
Nunc uideo nouitatis? at hæc me haud eſſe putaram
Viſurum, nec ſuſpicio fuit ulla timoris
Huius inauditi, muris irrumpere Troas,
Caſtra penetrare, ád delendam currere claſſem,
Qui nunquam antè manus nobiſcum conſerere auſi,
Sæpe fuga turpi certam petiere ſalutem:
Non ſecus ac cerui imbelles, qui deuia tantum
Luſtra petunt, ſyluasq́;, nec ulla ex parte reſiſtunt
Pantheris, pardis'ue, lupis'ue, alijs'ue ferarum,
Sed tantùm in prædam cedunt, & pabula fiunt.
Nunc etiam ad naues tam longè à mœnibus urbis
Decertant, quæ cauſa ſubeſt? ignauia nempe
Et ducis, & populi ſocordia. namq; recuſant
Regis in inuidiam pugnare, & uincere bello,
Læſerit offenſum quoniam furioſus Achillem,
Atq; ideo naues ſeſe patiuntur ad altas
Morte trucidari miſera. ſed culpa nocentis
Iſta ſit Atridæ, nunc uos mora nulla retardet
Quo minus in pugnam redeamus, & incita forti

A rma retractemus dextra, placemus & iras
I nter & Atriden & magnanimum inter Achillem.
N am facile eſſe ſolet placabilis ira bonorum.
H æc etiam iuſtæ nos detrectatio pugnæ
A fficit opprobrio: uos nunc qui prima tenetis
N omina militiæ, cur ſic ceſſatis ab armis?
M e quem tarda gelu prohibet pugnare ſenectus,
C onſeruiſſe manus nolim: uos odero forſan,
N on tamen immeritò, quos ſic quondam inclyta uirtus
D eſerit. ô animis ignaui, ô frigida bello
P ectora, adhuc cunctabimini? cunctatio uobis
I ſta malum pariet pòſt immedicabile. uos nunc
D edecus hoc oculis proponite, perſpicite æquis
S enſibus hanc ignominiam, nunc ecce reuulſis
P ortarum foribus, motis è cardine firmo
P oſtibus, ad naues pugnantes incitat Hector,
P ugnat & ipſe manu, nec uos pudet eſſe quietos.
T alibus Argiuûm dictis Neptunus agebat
I am reſides animos, atq; in fera bella ciebat.
C um ſubito Aiaces circum ſe denſa coëgit
T urba fremens animis, iam nil niſi prælia poſcens,
V ſq; adeò ſibi fidentes uirtute phalangas,
V t ſi Mars etiam uideat, non ipſe laceſſat,
N on etiam dea bellorum Tritonia Pallas.
S tabant præcipui ſpirantes robur Achiui,
H ectora, & elatos Troas ſucceſſibus iſtis
I pſi nunc reparata animis uirtute manentes:
S ic denſi, ut clypeis clypeos, haſtilibus haſtas
C oncuterent, ſcutis hærerent ſcuta, uir uir,
E t galeæ galeis, ipſi fulgentibus alta
C riſtati pennis capita, exitioſa minari
B ella uidebantur. Sic ergo inſtructa ſub armis
S tabat Achiua phalanx: cui ſe ferus intulit Hector

Iterum confligūt acies. C um ſocijs, Trowmq; manu: quibus arma uiciſſim
O bijciunt Danaï, atq; haſtas & ſpicula uibrant.
Cōparatio. A c uelut excelſo reſoluta è uertice cautes
V i torrentis aquæ, per ſaxa, per ardua montis
P ræcipitat, ualidoq; rapit ſecum omnia lapſu
S ubſiliens, ſed nulla queunt obſtacla morari
S trage data nemorum, latè fragor intonat ingens.
Q uæ tamen in ſubiecta cadens, campiq; iacentem
P laniciem delata, nec impete fertur eodem,
N ec ſonitu, tandemq; morata in ualle reſidit.
S ic Hector Danaos per, & agmina tota, per arcta
T ela ferebatur, ſe littora ad ipſa minatus
V enturum, nauesq; citas, & Achaica caſtra.
T andem cum Danaos nondum impegiſſet in hoſtes,
I n quos delatus ſtetit, impactoq; cateruis
A rgiui tela inijciunt, gladijsq; laceſſunt
A duerſum Danaï, longisq; haſtilibus arcent.
T am pede conſiſtens preſſo, curſuq; retento,
C eſſantes magno ſocios clamore uocabat.
Hector ſuos hortatur. M agnanimi Troēs, Lycijq;, & Dardana pubes,
S tate uiri, mihi adeſte, alacres conſiſtite, donec
H os ſuperem: non iſta diu mihi namq; reſiſtent
A gmina, quantumuis denſo ſeſe ordine cogant,
E t glomerent turritæ acies. quas hac ego dextra
P ropellam, ſtratasq; dabo, ſi uera loquutus
I uppiter, auſpicio nec me fruſtratur inani.
T alibus incendit cunctorum pectora dictis.
Q uos inter ſe Deïphobus ſublimis agebat
S ub clypeo, quod grande manu prætendit, in hoſtem
M agno animo uadens, pedibus confiſus anhelis.
I n quem Meriones loca quæ potiora feriret
O bſeruans oculis, haſtam contorſit acutam,
Q uæ nec aberrauit, clypeum ſed contigit ictu

Tam

T am ualido, ut ferrum taurino ambone repulſum
F rangeret. ipſe retrò tanto perculſus ab ictu
D eïphobus, retulit ſeſe, atq; in tuta recepit
E xcuſſo clypeo. mox & ſua Gnoſius heros
A gmina concedens repetit, duplicíq; dolore
P ectora turbatus fremuit: quòd & hoſte relicto
I ncolumi, fruſtra tantum contenderit ictum,
S piculáq; oblongæ ualidiſſima fregerit haſtæ.
A tq; ideo properans, ſua ſe tentoria & altas
C ontulit ad naues, alia allaturus in hoſtem
S picula, quamq́; illic paulo antè reliquerat haſtam.
N ec minus interea reliqui conſerta cruentis
P rælia committunt dextris, Martemq́; laceſſunt.
I ngruit armorum fremitus, clamorq́; cadentum.
T eucer ibi ante alios generoſo Mentore cretum
I mbrion interimit, Pedæon hic antè paternam
I ncoluit, quàm regna prius Troiana petiſſent
C laſſes Argolicæ. iam ducta Medeſicaſta
I pſe notha Priami, gener officioſus adhæſit
P artibus Iliacis, digreſſus ad Ilion altum
E' patrijs laribus, Priamæïa tecta colebat,
N on minus ipſe ſeni carus, quàm ſi editus eſſet
C oniuge legitima. cui poſtquam Teucer ad aurem
V ulnus agens manibus contortam educeret haſtam,
C um ſonitu armorum terræ defluxit, ut ornus
N ata in conſpicuo præcelſi uertice montis,
C um ramis ſucciſa manu procumbit agreſti.
H unc ita proſtratum longè radiantibus armis
A ggreditur ſpoliaturus Telamone creatus,
I n ſe torqueri dum cernit ab Hectore telum
D eſtitit, & motu uitauit corporis ictum:
E xcipit Amphimachus defixum in pectore telum,
Q uod ueniens uacuo uitauerat aëre Teucer,

(Amphimachus locupletis filius Actorionis,
Nuper is in bellum fatis adductis iniquis
Venerat) hunc ſua collapſum ſuper arma, ſubibat
Hector ut exueret galea. quem maximus Aiax
Conijciens telum arcebat, nec uulnere corpus
Perſtrinxit, ſic totus erat fulgentia ferro
Corpora contectus: ſed tanto robore ſcutum
Percuſsit medium, ut propelleret Hectora retrò.
Tum duo cæſorum rapuere cadauera Graij,
Amphimachum Stichiusq; ualens, acerq; Meneſtheus,
Primi Cæcropidum, Danaûmq; in caſtra tulerunt:
Imbrion Aiaces, magni duo fulmina Martis.
Ceu duo magnanimi multa uirtute leones
Eripuere canum retinaci ex ore capellam,
Suſpenſamq; ferunt, & in abdita luſtra recondunt.
Sic gemini Aiaces ablatum hoſtile cadauer
In ſua caſtra ferunt: quod ubi armis expoliarunt,
Succiſum latis humeris caput abſtulit illi
Fortis Oïlides, mortem indignatus acerbam
Amphimachi. poſt hæc conuerſus ad agmina Troum,
Auulſumq; rotans dextra caput egit in hoſtem,
Abiecitq; manu: quod ad Hectora protinus ipſum
Delatum, ante pedes iacuit, fera bella cientis,
Puluere fœdatum turpi. tum uaſta tridenti
Littora concutiens, & cærula regna gubernans,
Ipſe quoq; indigna commotus morte nepotis
Amphimachi, & mœrore animi confectus & ira,
Ad naues iter intendit, mala plurima Teucris
Ærumnasq; ferens, & plura pericla minatus,
Si Danaûm reliquos in pugnam atq; arma re ducat,
Idomenea petens: qui tum ueniebat eunti
Obuius, affecti linquens tentoria amici,
Quem tunc difficili confixum uulnere ſuram

Duo Aiaces duobus leonibus ſimiles.

Caput Imbreij in hoſtem proijcit Aiax.

Extulerant

E xtulerant pugna ſocij, tunc arte fouendum
I domeneus medica linquens, ad bella redibat
D ecertandi auidus: quem ſic Neptunus euntem
A ggreditur, uocem ſimilis uultumq; Thoanti,
E t corpus reliquum, præclaro Andræmone nato,
Q ui totam Pleurona potens ditione tenebat,
T otius imperium retinens Calydonidos oræ,
Ae tolum populis princeps. Age maxime Cretum
I domeneu, quò nunc iræ, uocesq; ſuperbæ? Neptunus
Q uò in Teucros abiere minæ? quò ue illa receßit Idomenco.
E ffera uis animi? Contrà Gortynius heros.
N ulla equidem generoſe Thoa manifeſtior uſquam Idomeneus
C auſa ſubeſt, quam fortè ſciam: nec culpa uirorum eſt, Neptuno.
M ilitiam detrectantum. nam fortiter omnes
P ugnamus, nec item trepida formidine capti
A gmina deſerimus, nec ſegnia bella gerentes
D eficimus: ſed noſtra Iouis premit arma uoluntas,
C ui placet, ut procul à patria, atq; à dulcibus Argis,
L ittore in hoſtili, decoriſq; & laudis egeni,
M orte occumbamus miſera, ſine nomine uulgus.
T u tamen ô generoſe Thoa, qui ſemper ad arma
P romptior, & reliquis dux in fera bella fuiſti,
P erge age, nec reliquos hortari deſine pugnam
R eſtituant, arma atq; animos in bella reſumant.
I lli hæc reſpondens eſt uerba tridentifer orſus.
I pſe autem Idomeneu, quicunq; hoc ordine rerum Neptunus
V iribus & uirtute ualens non pugnet in hoſtem, Idomeneo.
I mprecor ut nunquam redeat, patriamq; reuiſat,
S ed cadat hoc altæ lachrymoſo in littore Troiæ,
P ræda feris catulis, & edacibus eſca futurus
V ulturibus. nos nunc ſumptis properemus in armis,
S i quibus auxilium (quamuis duo) ferre queamus.
M ultum pollet enim uirtus coniuncta uirorum,

" Quamuis imbelles fuerint. ſed nos ſumus olim
Fortibus aſſueti pugnare, & uincere fortes.
Hæc fatus Neptunus, abit, pugnamq; reuiſit.
Idomeneus ſua tecta petens ſeſe induit armis,
Spicula tum quatiens dextra, & tentoria linquens
Egreditur, longè radios mittentibus armis: Idomeneus armatus fulguri comparatur.
Quale ſolet fulgur uibranti mittere dextra
Iuppiter in terras è ſummi uertice Olympi,
Oſtendens rapido ſignum mortalibus igni:
Tale erat ærato fulgens è corpore ferrum.
Obuius huic Molides uenienti à nauibus ibat
Meriones, qui ſumendam ueniebat ad haſtam:
Cui rex Idomeneus uerbis ita fatur amicis.
Orte Molo pede Meriones celer, inter amicos Idomeneus Merioni.
Optime, quid uenias ediſſere, quid'ue relinquens
Prælia ſic fugias? an fortè alicuius ab haſta
Vulnus habes, nec fortè queas perferre dolorem?
Nuncius an'ne uenis afflictis rebus ut eſſes,
Sponte tua qui me cupias confligere Teucris,
Quàm reſidere domi, poſitisq; agere ocia curis?
Ad quæ Meriones: Curetum maxime ductor Meriones Idomeneo.
Idomeneu, uenio telum laturus in hoſtem,
Si quod fortè tibi eſt reliquum. mea namq; refracta eſt
Haſta, in Deïphobi clypeum contorta rebellem.
Cui bonus Idomeneus, Dictææ gloria gentis:
Non unum mihi telum aliquod ſupereſſe, ſed unum
Et bis dena domi inuenies, quæ poſtibus adſtant. Idomeneus Merioni.
Omnia de Teucris equidem mihi ſumpta peremptis,
Sunt clypei totidem, galeæ tot poſtibus hærent,
Thoraces totidem: quæ cui ſunt, nolit opinor
De longè pugnare, atq; eminus impetere hoſtem.
Cui ſic Meriones iterum: Sunt & mihi cæſis Meriones Idomeneo.
Hoſtibus exuuiæ, galeæ, tela, arma, ſagittæ,

Compluresq́; haſtæ: ſed quæ mihi longius abſint,
Quàm nunc ut manibus capiam. nec pectoris eſſe
Me puto tam ſtupidi, quin ſemper in agmine primo
Conſuerim pugnare, ubi uis eſt maxima pugnæ.
Nec quemquam è ſocijs ſolitum ſpectare ferentem
Auxilium, quin te hæc melius ſcire omnia credam.
Reddidit Idomeneus & adhuc: Scio qualia præſtes, *Idomeneus*
Et quanta uirtute animi, quo robore dextræ *Merioni.*
Præualeas. ſed enim quid commemorare neceſſe eſt
Nunc ea? quin potius ſi qui ſumus ordine primi
Ante rates coëamus, & agmina condenſantes
In Troas pugnemus. ibi tum uiuida uirtus
Oſtendet fortes, timidos ignauia bello.
Non etenim ſibi conſtat iners, ſed pectore uecors “ Ignaui deſcriptio.
Nunc huc nunc illuc fertur. timet omnia, nunquam “
Certa quies illi, ſemper trepidante uacillat “
Pectore, nunquam animum miſera formidine ſoluit, “
Subſiditq́; pedi metuens innixus utriq;, “
Palpitat attonitum pectus, cor deficit amens, “
Inſtabiles pauido crepitant ſub gutture dentes. “
Vir conſtans animo nunquam titubante uacillat, “ Fortis uiri qualis.
Sed fortem ſe præſtat, & omnia fortiter audet. “
Non adeò metuit congreſſus ille uirorum, “
Non timet inſidias: quas ſi tamen incidit, optat “
Quamprimum conferre manum, miſcerier acri “
Conflictu. tali ipſe loco ſi fortè uel enſe, “
Vt telo feriare alio, te nemo timoris
Arguerit, non ignauum te dicere quiſquam
Audeat ex animo, dum non ea uulnera tergo
Accipias, aut auerſa ceruice, ſed ipſo
Pectore in aduerſo, cum ſcilicet hoſtibus infers
Ante pedem, non inde refers, cum prima capeſſis
Non poſt prima lates uexilla. ſed hactenus iſthæc

D ičta ſatis fuerint, pueri ne ſicut inertes
C ommoda inutilibus perdamus tempora dičtis,
N e'ue quis inſultans reprehenderit iſta malignus.
T u nunc introiens, telum cape, deinde redito.
D ixerat Idomeneus, celeri tentoria curſu
M eriones petit, inde manu rapit utile telum,
E t redit, aſſequiturq́; ducem: tum fortibus ibant
Idomeneus et Meriones in pugnam redeunt. A mbo in bella pares animis, non uiribus æquis.
Q uales Marte ſati cum patrem in bella ſequuntur,
B ellipotens Craterus, ferroq́; timendus Atarbes,
D um petit aut Ephyros bello, aut è Thracibus oris
I n Phlegyas mouet arma uiros: illi agmina circum
E t per eunt, nec ſe præſtant utriſq; benignos,
S ed parti inclinant uni, cui præmia laudum
V ičtrici faueant. tales hi fortibus ibant
R obora ſpirantes animis, ſic deinde profatur
Meriones Idomeneo. M eriones prior. Idomeneu quæ prima petemus
C ornua? num dextrum? num læua à parte ſiniſtrum?
A n mediam pugnæ faciem? nam forſan ab omni
P arte laborantes nos inueniemus Achiuos.
Idomeneus Merioni. A d quem Deucalides. Medio (inquit) in agmine fortes,
S unt alij qui defendant, hoſtemq́; morentur,
P ræcipuè Aiaces gemini, Teucerq́; ſagittis
M iſſilibus, tum pugna idem certare pedeſtri
E ximius: facile hi ſatiabunt Hečtora, pugnæ
Q uantumuis auidum. ſit ut ille acerrimus armis,
G rande opus hoc ipſi fuerit tamen, & labor ingens,
T ales poſſe uiros deuincere, deinde carinis
V ſturas inferre faces, niſi Iuppiter ipſis
I nijciat ſpiſſæ fumoſa incendia flammæ.
Laus Aiacis. N amq; uiro non eſt ſimilis Telamonius Aiax
M ortali, Cereris qui ducat munere uitam,
Q uem ferrum quem ſaxa queant uiolare, uel haſtæ,

Vſq;

V ſq; adeò magno non ceſſerit unus Achilli,
P ræcipuè cum collatis ſtant agmina ſignis.
D e uolucri nam nulla pedum contentio curſu eſt.
Q uare age uade, & ab hac cornu pete parte ſiniſtrum,
M ecum unà ueniens, ut quamprimum experiamur
Q uem decus hoc maneat, num nos, aut quemlibet horum
I n quos nunc pugnare animus mihi geſtit & ardet.
T alibus Idomeneus tacuit, ſolatus amicum.
I lle deo ſimilis, qui bella cruenta gubernat,
S trennuus arma ferens præit, & contendit in hoſtem.
Q ui iam perſimilem flammæ Idomenea uidentes,
I pſumq; aurigam longè radiantibus armis
C onſpicuum, mox agglomerant ſe Troës, & ambos
T ota acie circumſiſtunt. concurſus utrinq;
E xoritur, curuæ qua tangunt littora puppes,
A c uelut aduerſi reuoluto turbine uenti — Cōparatio.
P uluercam certant educere in aëra nubem,
P lano aliquo in triuio: Sic tunc pugna aſpera ſurgens,
M utua miſcebat duro certamina ferro,
E rexitq; animos, & inhorruit undiq; crebris
V ulneribus, ſtrages oritur miſeranda cadentum,
O bfuſcant oculos radijs fulgentia longè
A rma uirûm, galeæ, clypei, thoraces aheni,
P ugnantum ſimul, ut ſi quis certamina talis
V idiſſet pugnæ, ex aliqua regione locorum
T utior, haud fuerit pauidus timiduſq; futurus,
N on ultrà ulla timens duri certamina Martis.
H uius cladis erant duo dij, qui partibus eſſent
A uthores. Danaos malebat ab Hectore uinci, — Iuppiter & Neptunus, ille Troianis, hic græcis fauores.
N on tamen extingui diro propè Pergama bello
I uppiter, hoc Thetidi tribuens, ut ferret Achilli
H oc decus eximium, qui ſolus & Hectora poſſet
E t Troas ſuperare alios. Neptunus Achiuis

I mmeritam miſerans ſortem, cladémq; malignam,
I ndidit & uires animis, membriſq; uigorem,
I ndignè arma ferens Teucris Argiua domari,
A tq; ideo infenſus uelut ob facta improba fratri
C ondoluit. nam ambobus idem genus exit ab uno
P atre deo, genitrice dea. patria una duobus:
S ed prior æthereas in luminis editus auras
I uppiter eſt, & plura potens, rerumq; peritus
M ultarum. non ergo palàm Neptunus ab alto
P rodijt emergens, ſed uenit in agmina, furtim
I n pugnam Danaos animans urgebat, adaugens
V iribus & uirtute noua, quo pugna feroci
C rudior increuit certamine, ſæuit utrinq;
F errea ſanguineo circundata parca flagello.
C umq; utrinq; acies perrumpere conarentur,
V trinq; innumeri miſeranda cæde cadebant,
V trinq; immenſo maduerunt ſanguine campi.
H ic grauis & nondum caneſcens uertice toto
L yctius Idomeneus, ſocios hortatus in hoſtem
I rruit, auertitq; fuga, ſtrauitq; ſuperbum
O thryonea manu, qui nuper ab urbe Cabyſo
V enerat, inſano Caſſandræ incenſus amore
P riamidos, ſpecie inſignis, formæq; uenuſtæ,
I liacam ad Troiam, decoriſq; & nominis ergò
M arte parandorum, Priamo: qui pactus amatæ
C aſſandræ thalamos, etiam ſine dote, ſua ui,
E t uirtute ſua, Troiæ promiſit ab oris
P ulſurum Danaos, niſi ſponte abſcedere mallent.
T alibus ille ſenis promiſsis lætus in hoſtem
P ugnabat, multoq; animis audentior ibat.
H unc ferus Idomeneus obſeruans, perculit haſta
V entre tenus medio. nec enim licet æreus ictu
S uſtinuit thorax. illi ſuper arma cadenti

Is opinor Virgilio Chorebus eſt.

Cum

C um ſonitu, inſultans Cretæa rector ab Ida,
H umanis (inquit) te laudibus eſſe priorem
O mnibus Othryonee feram, ſi talia præſtas
Q ualia te præſtare olim promiſſa dediſti
P oſſe ſeni Priamo, pro queis tibi pulchra tyranni
F ilia deſponſa eſt. Tibi nos promittimus idem
F acturos, ut natarum pulcherrima forma
C onnubio tibi iungatur maioris Atridæ,
Q uam procul huc patrijs tibi producemus ab Argis,
T umodò qua poßis euertas Pergama dextra,
E t noſtris manibus contradas Ilion altum.
M e ſequere ad naues, ut de ſponſalibus illic
E t de coniugio coniunctis rebus agamus.
N on indigni equidem ſimus, queis credere poßis,
E t quos affines habeas. hæc ille loquutus,
C um pede correptum traheret, ſubit Aſius ipſum
V lturus, ſtans ante & equos currumq; ſequentem,
A uriga ducente, humeros, & proxima terga
I pſius afflantes domini. cui tela paranti
M ittere in Idomenea, ferit Dictæus heros
G uttura tam ualidè, ut ferrum ceruice ſupina
E xtaret. prolapſus humo cadit Aſius ingens,
N on ſecus ac quercus, folijs aut populus albens,
A ut abies pinus'ue uirens, quam doctus in uſum
N aualem faber excidit. ſic ille iacebat
C ollapſus, miſer ipſe ſuo ſe in ſanguine uerſans,
L enta uolutabat confuſæ murmura linguæ.
H oc auriga uidens, amens, & pectore fractus,
S tabat inops animi, non auſus ab hoſte fugaces
V ertere equos. quem ſic dubitantem pectora ſubter,
L ubrica qua medium conſtringit fibula uentrem,
V ulnerat Antilochus telo thoracis adacto
P er ferrum rigidi. qui poſtquam præpete curru

Idomeneus Otryoneo inſultat amarulēta irriſione, quā σαρκασμὸν uocant.

Exciderat,

Exciderat, iacuitq; animâ linquente ſupinus,
Ipſe abduxit equos magno Neleïde cretus.
Hoc tum Deïphobus caſu triſtatus amici,
Idomenea petit coniecta comminus haſta.
Ille uidens in ſe miſſam uolitare per auras,
Sub uaſtum clypei ingentis ſe colligit orbem,
Vt uel uitaret, uel miſſi ſpicula teli
Exciperet clypeo loris pendente duobus,
Taurinis texto è corijs lato atq; rotundô,
Extremum rigidi contexit lamina ferri.
Quem ſupra haſta uolans magno ſtridore per auras
Fertur in Hyppaſiden Hypſenora, cuius inhærens
Infixa eſt iecori ſubter præcordia. at illi
Mox genua inſolito motu reſoluta uacillant.
Deïphobus haſta inclamans ac uoce procaci,
Haudquaquam ô Danaï iacet Aſius, inquit, inultus:
Nunc habet ille etiam duræ ſolatia mortis,
Longè apud infernas Plutonia regna paludes,
Quò modò diuertit. gaudebit namq; quod ipſi
Inferias dederim. tam friuola uerba loquutus
Deïphobus, Danaos mœrore affecit, & ipſum
Præcipuè Antilochum, modò uulnus habentis amicum
Hyppaſidæ, cuius curam neq; uulnere lapſi
Abiecit, uerum accurrens & corpus amici
Semianime obtexit clypeo, & defendit ab hoſte:
Concordes donec iuuenes duo gentis Achiuæ
Meciſteus Echio ſatus, & diuinus Alaſtor,
Hoſtibus eripuere gementem multa dolore
Vulneris, ad pictas retrò abduxere carinas.
Idomeneus perſtare animo, nec mittere curas,
Pergebat turbare acies, urgere phalangas,
Hoſtibus aut inferre manu lachrymabile fatum,
Conſtituens aut ipſe pati, ſtat certa uoluntas.

Hunc uerſum & in Theocrito poſuimus Id. 1.

Stabat

S tabat Troianas acies atq; arma ſequutus
F ilius Aeſyete ſatus, uirtute manuq;
N obilis Alcathous, generum quem legerat heros
I pſe ſibi Anchiſes ſociata coniuge lecti
(M axima natarum quæ ipſi fuit) Hippodamia:
Q uam caram reliquis plus dilexere parentes,
Q uod forma, quodq; ingenio, quod cultibus eſſet
Ae quales inter præſtans, & uinceret omnes.
H as propter dotes animi coniuncta marito eſt,
Q uo non alter erat præſtantior incola Troiæ.
H unc modò Neptunus duro ſub marte domandum
O btulit Idomenee tibi, fera pectora mulcens,
P erſtringens oculos, per & omnia membra ſtuporem
I nducens, nulla ut poſſet ratione moueri,
M oliri'ue pedes, aut flectere inutile corpus,
A c ſi dura ſilex, aut ſtet fronde ardua quercus.
C ui grauidam dura loricam cuſpide rumpens
H aſta ſonans, per & arma & corpus adacta, reſedit — *Alcathous gener Anchiſæ interficitur.*
P ectoris in medio, & cordi eſt infixa tenaci.
C onſtitit illa tremens, corde aſſultante dolore.
I lle cadens bibula iacuit reſupinus arena,
I am linquente anima, cum ſic Dicteïus heros
I pſe quoq; inſultans ſublata eſt uoce loquutus:
D eiphobe, hoc'ne tibi dignum & par eſſe uidetur, — *Idomeneus Deïphobo.*
M e tres occidiſſe uiros, te ſcilicet unum
I mprobe, qui te ſic iactes, & uoce ſuperba
V erba loquare etiam uaniſſima? uerum age mecum
C ongredere, & propius conſiſtens conſere dextram,
V t diſcas quis ego, quàm ſim bellator in armis,
Q uàm Ioue dignus auo. namq; is Minoa ſuperbum — *Genus Idomenei.*
P rogenuit, centum Cretæ ſuper oppida regem:
M inos Deucaliona, patrem mihi, qui modo Cretæ
V rbibus & populis præſum rex omnibus amplæ,

H uc in perniciem Troumq́; tuamq́; profectus
N auibus à patria. Idomeneo hæc uerba loquuto
D eïphobus uoluens animo deliberat, an quem
A duocet è ſocijs, adoriri an ſolus in armis
A udeat Idomenea ferum. dum talia uoluit
A ddubitans animo, potior ſententia uiſa eſt
A ccire Aenean, quem poſt ſigna ultima ſtantem

Aeneas Priamo infenſus ob contemptum ſui.

R epperit, iratum Priamo, quod talibus auctum
V irtutum meritis, præſtantemq́; omnibus unum,
I lle minus digno ſe proſequeretur honore.
H unc prope conſiſtens uerbis affatur amicis.

Dĕïphobus Aeneæ.

M agnanime Aenea, conſultor maxime Troum,
S i nunc parte aliqua tangit te cura tuorum,
Q uod facit, & meritò, nec ſit mora longa, uenito
A lcathoo laturus opem. ſic namq; decebat,
Q uòd coniux illi ſoror eſt tua nupta, quòd idem
I n ueſtris laribus primis te eduxit ab annis.
H unc ferus Idomeneus uita ſpoliauit & armis.
T alibus Aeneæ turbauit pectora dictis,
I re tamen ſubitò ſæuum perrexit in hoſtem
I domenea petens. manet imperterritus ille,
M ore nec infantis pueri pauefactus abibat,
T erga nec obuertit fugiens: ſed ſicut in altis

Idomeneus apro comparatur.

M ontibus immanſuetus aper deprenſus, ut acres
S entit adeſſe canes, uenatoreſq; cruentos,
N on fugit, aut luſtris ſeſe ipſe recondit in altis,
S ed ſtat, & arrectis horret fera corpora ſetis,
D entibus infrendens, ardentibus igne rubenti
L uminibus, non ille uiros, non ille canum uim
P ertimuit, nunc hos arcens, nunc appetit illos.
N on ſecus expectans Aenean Gnoſius heros,
A duocat è ſocijs præſtantes uiribus amplis
Q uos uidet, Aſcalaphumq́;, Aphareaq́;, Deipyrumq́;,

Merionen,

Merionen, atq; Antilochum, quibus iſta profatur:
Huc mihi adeſte uiri, contra uiolenta ferocis
Arma uiri, uix namq; manus ego conſerere auſim
Solus Dardanio Aeneæ, cum robore firmæ
Floreat ætatis, uiridiſq; in flore iuuentæ,
Tempore quo uirtus ualidis eſt optima membris.
Tam celerem pedibus metuo, tam corpora dantem
Multa neci, cum ſit me forſan fortior ipſo.
Quod ſi illi æqualis ualidi ſim uiribus æui,
Protinus aut illi de me uictoria certa,
Aut mihi laus illo occiſo non falſa ueniret.
Talibus Idomeneus dictis ſocia arma uocabat,
Cui cuncti ex humeris clypeis de more reductis
Præſto aderant, animis in quæq; pericla paratis.
Nec ſecus Aeneas ſocios, quos fortè uidebat,
Præſentes uocat, in Danaos ſocia arma capeſſant,
Deiphobum & Pariden fratres, & Agenora fortem.
Illos (namq; duces fuerant) promiſcua uulgi
Turba ſequebatur. ſicut cum ſæpe ſequentes
Primus oues aries è paſtu ad flumina ducit,
Paſtoris tacitum pertentant gaudia pectus:
Sic Anchiſiades gaudebat pectore toto,
Spectans ſeſe alacres comitari in prælia turmas.
Ergo ubi ad Alcathoi peruentum exangue cadauer,
Protinus iniectis concurritur undiq; telis,
Spicula miſſa uolant, gladij franguntur & haſtæ,
Arma crepant ſonitu ingenti, dant uulnera telis
Mutua & accipiunt. duo tum dextriſq; animiſq;
Marti ipſi adſimiles, Aeneas, Idomeneuſq;,
Proſiliunt, haſtiſq; alacres in mutua ſurgunt
Vulnera, ſed prior Aeneas ferus irruit haſta
Idomenea petens. quam cum prudenter ab alto
Aëre ſtridentem uitaſſet Gnoſius heros,

Idomeneus ſocios aduocat.

Aeneas adhuc iuuenis qualem & Virgilius ferè facit.

Et ſuos aduocat Aeneas.

Atrox pugna circa Idomeneum & Aeneã.

Fixa

F ixa ſolo ſtetit ipſa tremens, delata ſine ictu.
S ed non Oenomaum fruſtra petit Idomeneus:
H uius enim iacta thoracem pertudit haſta,
I n uentrem medium torquens, atq; intima telo
V iſcera dilanians: quo collabente ſupinum
I n cubitum, iamq; extincto, teloq; reducto
I domeneus cum fortè armis ſpoliare iacentem
P ergeret, haud potuit, ſic denſis undiq; telis
O brutus eſt, & membra pedum iam laſſa trahebat,
E t genua immodico non ſufficientia curſu
D eſtituere uirum, nec ſe inde auferre, nec iſtic
S tare ſatis poterat. paſſu quem cedere lento,
P aulatimq; pedem retro atq; ex hoſte referre
D eïphobus cernens (ut erat malè ſemper in illum
A ffectus diuturno odio) contorſit in ipſum,
S ed quanquam ualidis deceptam uiribus haſtam,
N on fruſtra tamen. Aſcalaphi nam contigit altum
T raijciens humerum prognati patre Gradiuo.
I lle cadens, cubito conſperſam puluere terram
C ontigit. at nondum natum cecidiſſe ſciebat
M ars pater in pugna, tum ſummo in uertice Olympi
A uricomis reſidens in nubibus, ab Ioue ſummo
C um reliquis uetitus pugnæ ſuccedere diuis.
I ntereq; Aſcalaphum iuxta cum plura tumultu
P rælia conſererent uario, raperetq; comatam
D eïphobus galeam Aſcalaphi, fortiſsimus illi
M eriones longa traiecit bracchion haſta,
Deiphobus uulneratur. E xcuſsitq; manu prædam, dedit eruta raucum
C aſsis lapſa ſonum. tunc ſicut ab aëre uultur
I nſiliens, haſtamq; manu de uulnere traxit,
A d ſocios retrò fidos ſe deinde recepit.
D eïphobum fratrem germanus & ipſe Polites
C omplexum medium, mediæ certamine pugnæ

Extulit

E xtulit uſq; ad equos, qui poſt certantia ſtabant
A gmina, marte procul diro longeq; remoti
A uriga cuſtode, hic illam deinde paratæ
I mpoſitum rhedæ reuehi curabat in urbem,
E dentem crebros gemitus uertigine crudi
V ulneris, ex quo tum profluxit copia multi
S anguinis. Interea commiſti Troës Achiuis
I nſtaurant clamore acies, pugnamq; cruentant.
H ic ferus Aeneas Apharea Caletore natum
A duerſum ferit, & iugulum tranſuerberat haſta.
I s capite incumbens clypeo, galeaq; remiſſa
C oncidit, & dura reſolutus morte quieuit.
T erga hic Neſtorides obſeruans uerſa Thoonis,
Q ui ſimul opportuna oblata occaſio uenit
I nuadens data terga ferit, ſic uulnere ſæuo
V t uenam ſpinæ conciderit, alta tenentis
V incula ceruicis. retrò cadit ille, ſupinas
A d ſocios tendens palmas. mox arma iacenti
D etrahit Antilochus, circum tamen omnia ſpectans
N e quiſquam incautum feriat. nam Troïa circum
A gmina conſtiterant, & crebris ictibus amplum
P ulſabant clypeum: ſed fruſtra, & nulla ferentes
V ulnera. namq; aderat Neptunus, Neſtore cretum
Q ui facile eriperet, qui tutaretur ab omni
T elorum inſultu iuuenem, qui prælia nunquam
D efugiens, nunquam non tela minacia uibrans
A ſſiduè pugnabat, & aduerſum circum egit in hoſtem,
A rma ferens, oculis uigilantibus obſeruabat,
Q uem feriens iaculo, atq; alijs inuaderet armis.
N on tamen hæc faciens toties, Adamanta latebat
A ſiaden. is in Antilochum progreſſus, adegit
T elum ingens, medium clypei quod contigit orbem,
A tq; ibi Neptunus ferrum quod præminet haſtæ

Aeneas Apharеum interimit.

Y Reddidit

R eddidit obtuſum, ne quid perſtringere poſſet.
N am pars in clypeo uelut igne ſoluta remanſit,
P ars in humum cecidit, mox territus ille refugit
A d ſocios retrò, fugientem perculit haſta
M eriones, medium uentrem inter & ilia figens,
Q ua miſeros homines dolor atrociſsimus urget.
Meriones Adamantē conficit. V ulnus ad hoc Adamas obluctabatur, ut olim
B os ferus, inuito cui uincla iniecit arator,
A ut quem paſtores ducunt in montibus altis
F unibus arctatum ſtrictis: ſic ille reſiſtens
A ttentabat adhuc ſi poſſet uiuere, donec
C omminus accedens de corpore ſuſtulit haſtam
M eriones: tum nox illi denſiſsima texit
T orpentes iam morte oculos, & lumine caſſos.
T unc Helenus gladio prælongo, qualibus uti
T hracas & Hemicolas gentes mucronibus aiunt,
Helenus Deïpyrū interimit. D eïpyri galeam percuſſam fregit, & alto
E capite excuſsit. quam fœdo è puluere, lapſam
A nte pedes aliquis conatur tollere Achiuûm,
N ox æterna ruens morientia lumina clauſit
D eïpyro. cuius Menelaus morte dolorem
C oncipiens, ingentem animo tendebat in hoſtem,
V oce, manu, uultuq́; minax, haſtamq́; trabalem
I ntentans Heleno: qui tum ueniebat & ipſe
I ntento properans arcu. mox parte ab utraq;
E xcuſſere ſuum quod telum quiſq; tenebat,
A lter in alterius iaculantes corpora. uerum
I n fortem thoraca ruens confracta ſagitta eſt,
Q ua medius coit, & non ſecius inde repulſa
D eſilijt, quales tunicæ pelles'ue fabarum,
A ut cicerum paleæ, quas uentilat area purgans,
I n ſublime abeunt uentorum flatibus actæ:
S ic thoraca ſuper Menelai fracta ſagitta eſt,

Priamidæ

P riamidæ detorta manu. tum fortis Atrides
C onfixit mucrone manum reuocabilis haſtæ, Helenus à
Q ua tulit & precioſum arcum, pulchraſq; ſagittas Menelao
P riamides, ſic ut manu coniungeret arcum, uulneratur.
H unc illamq; uno penetrans grauis haſta uolatu.
T unc ſocios Helenus repetens, in tuta receſſit,
D euitans miſeri crudelia uulnera fati,
T ela manu confixa trahens, haſtamq; ſequacem,
V ulnere magnanimus quam mox eduxit Agenor,
E t manu fomenta leuis de uellere lanæ
A pplicuit, famuli quam funda rotatilis iſtum
(D eficiente alia in præſens) præbebat in uſum.
H ic etiam fato ductus Piſander iniquo,
R ectà in te Menelaë ruens, in fata ruebat.
P er te namq; fuit duro ſub marte domandus,
M orte ſoluturus pœnas. ergo acribus ibant
A mbo infeſti animis, & ſe per tela petebant
M utua. qui poſtquam propè conuenere, uiciſſim
C onijciunt haſtas, ſed aberrans fugit Atridæ
P ræteruecta hominem, Piſandri contigit orbem
A tridæ clypei, defixaq; in ære pependit.
N on tranſfixa tamen, ligno tenus haſta refracta eſt.
L ætus ſucceſſu ſe pro uictore ferebat
P iſander: qui cum Menelaum ſurgere in enſem
C onſpexit, ſeq; intento mucrone petentem,
I pſe quoq; eduxit. lateri quam ferre ſolebat
S ub clypeo appenſam, pulchramq; grauemq; bipennem.
H uius erant olea confecta manubria firma,
O blongo capulo, nitido, multa arte polito.
H oc ſe inuadentem fidens inuaſit Atriden,
D eq; comante iubas galea decuſſit equinas.
R ettulit illi autem Menelaus uulnus acerbum,
Q ua coëunt frons & ſummi tubercula naſi.

Pyſander à T um fracta attonito crepuerunt oſſa cerebro,
Meneldo cõ I n terram ante pedes oculi cecidere cruenti:
ficitur. V oluitur ipſe cadens, & in uda extenſus arena
Q uantus erat iacuit. quem calce in pectore preſſo
E xuit Atrides armis, & luminis aura.
T um ſuper exanimem ſtans, dicta ſuperba profatur.
P rofugite hinc Troës, Danaûmq; relinquite naues,
Inſultat Tro F œdifragi, infidi, genus inſatiabile bello,
ianis Mene Q uod ſolo ueſani animis clamore geratis.
laus. N on iterum me ignominia, non clade nefanda
A fficite, ô canibus peiores. credite tandem
N umen habere Iouem, quo iura fidemq; benigni
V indicet hoſpitij uiolata. is & Ilion altum
E xcindet, uos ſupplicioq; & uindice pœna
A fficiens, qui me clade affeciſtis acerba,
P er ſcelera & fraudes abducta uxore puella
C um multis opibus, qui uos & honore receptos
Q uàm potui eximio colui, fouiq; benigno
H oſpitio: nunc pontiuagas incendere naues
V erſat inaudaces animos ueſana libido,
H eroas Danaos delere & dedere morti,
I n noſtra immani properantes damna furore.
ἀποστροφή I uppiter (ingenio nam te præſtare loquuntur
ad Iouem. I mmortalibus, & mortalibus omnibus unum)
E x te hæc proueniunt, te fiunt iſta uolente
O mnia, ut iniuſtis hæc fiat gratia Teucris.
V t nunc noſtro etiam ſe gens auidiſſima bello
E xpleat, ac alijs quibus explet ſe omnibus horis
I ſta domi illuuies, & nunquam explenda uorago,
N empe iocis, uenere, ac uino, ſomnoq; diurno,
M ollia inutilibus conſumans ocia ludis.
H is ſiquidem poſſunt excellere Troës in armis,
T alibus aſſueti officijs, ad bellica inepti.

Sic

S ic ait, exuuiasq; tenens ex hoſte cruentas
T radebat ſocijs, media in certamina pugnæ
S eſe proripiens, abijt, loca prima capeſſens.
H ic illum aggreditur non æquo marte, ſed æqua
M ente Pylæmeneï regis pulcherrima proles
H arpalion, patre ad Troiam ducente profectus,
H audquaquam deinceps patriam rediturus ad altam.
I s tunc Atridæ medij loca concaua ſcuti
V ulnere percuſſit modico, ſed uulnere inani:
N on traiecit enim, mox retrò in tuta refugit,
D euitare necem cupiens: hanc namq; timebat.
N on tamen effugit. nam quamuis lumina circum
V erteret obſeruans, ne quis ſe uulnere inermem
I mpeteret, tamen haud uitauit arundinis ictum
M erione à magno miſſæ, quæ in fœmine dextro
I nfixa eſt, imáq; ſedens in pube remanſit.
E rgo loco mox deficiens ſubſidit eodem,
P oſt paulo proſtratus humi, ſtipatus amicis
S emianimis iacuit: ceu uermis languida multo
V erbere terga trahens, largus de uulnere ſanguis
P rofluxit: iuueni adſtabant fidiſsima turba
P aphlagones, luctúq; graues iam lumine caſſum
L ugebant, latumq; humeris, curruq; relatum
I mponunt, ſacræq; ferunt in mœnia Troiæ.
H unc ſequitur multo lachrymas humore profundens,
F ata querens pater infœlix duriſsima nati.
N on tulit æquo animo Paris hunc cecidiſſe, quod olim
H oſpitio acceptum ſemper coluiſſet amicum
H arpaliona Paris, cum multis fortia habentum
P ectora paphlagonum: quare ſua tela reſumens,
A tq; arcum pharetramq; parans, celereſq; ſagittas,
F ortè fuit iuuenis Polyido uate creatus
E uchenor, locuples, & pulchris rebus abundans,

Harpalion à Merione cæſus.

More ſuo leuandi tedij cauſa narratiunculã inſcrit.

I ndolis egregiæ, nec fati ignarus acerbi
I pſe ſui: nam ſæpe parens prædixerat ipſi
(M œnia qui bimaris coluit præclara Corinthi)
A ut per fœda domi longi contagia morbi,
M ilitiæ'ue trucis periturum cuſpide ferri.
I lle præoptabat bello cum laude perire,
Q uàm ſine laude domi, cum certæ mortis iniquo
D edecore immutans certæ quoq; mortis honorem,
H unc Paris impoſita in neruum ſtridente ſagitta,
V ulnus agens maxillam inter confixit & aurem.
I lli ob utrunq; graues tenebræ ſunt lumen obortæ.
A tq; ita pugnantum torrebant corpora ſolis
F lammantes radij, necdum cognouerat Hector
I n cornu Troas tanta pugnare ſiniſtro
M ole laborantes, & iam concedere Achiuis
E t decus & laudem. namq; hos Neptunus agebat
I nſtigans, uireſq; animis, roburq; miniſtrans
C orporibus. ſed adhuc erat his in partibus Hector,
Q uas primas irruperat inſiliens, portaſq; reuellens
P roruerat muros, fractis aciebus Achiuûm,
Q ua naues Aiacis erant & Protheſilaï
S ubductæ in littus, fragilis quas murus obibat.
S ed uis magna uirûm, manus hic aptiſſima pugnæ,
E t qui robora equûmq; equitumq; inuicta tenerent,
T endebant, Bœoti acres, & Iaones amplis
D iſtincti tunicis. Locri, Phthijq;, & Epeï.
H i ſimilem rapidæ quæ proterit omnia flammæ
H ectora, conniſi, quacunq; ope pellere retrò
N on poterant, quin irrueret, quin rumperet intro.
I bant Cecropidæ primi ſub rege Meneſtheo,
H unc Phidaſq; Biaſq; duces, Stichiuſq; ſequuntur.
I nde manu promptos ualida ducebat Epeos,
P hylideſq; Meges, Amphionq;, Draciuſq;,

Iaonas Ionas uocat, intelligit Athenienſ. Interp.

Ducum & populorum ad murū pugnantum nomina.

P hthios inde, Medonq;, Neoptolemusq; ualentes
A rmis & pedibus: quorum fuit alter Oïlei
F ilius, ipſe Medon, ſed pellice matre creatus:
F rater ob hoc Aiacis, eodem patre, ſed illum
E iectum patria extorrem procul eſſe coëgit
S ors mala. nam perimens Eriopidis ipſe nouercæ
G ermanum, quam legitimam retinebat Oïleus,
C eſſerat in Phylacem, hi tunc cum robore Phthiûm,
E t cum Bœotis à nauibus Hectora magnum
A rcebant: ſed Oïlides pede feruidus Aiax
N on aliqua Telamoniaden regione reliquit.
T empore non aliquo: ſed ſtabat, & adfuit illi.
A c ueluti duo curua boues ad aratra ligati, *Duo Aiaces duobus bobus ſimiles.*
C ornua depreſſi, ſudantes corpora ſulcos
E uertunt, agrumq; nouant, & prorſus eandem
S emper eunt redeuntq; uiam, iuga dura ferentes,
C oncordes animo, & tantum temone dirempti:
S ic gemini Aiaces animis concordibus, omnem
C orporibus uinctis belli tolerare laborem,
P roſpicere ordinibus, ſeſe obiectare periclis.
S ed Telamoniadæ fidiſſima turba ſuorum,
P ræſto aderant ſocij, qui feſſis cruribus ægrum
E xciperent, ſudore fluentia membra leuarent,
E riperent feſſo grauidum de pectore ſcutum.
S olus Oïlides Locrorum à gente relictus
P ugnabat. ſtata nam timuerunt prælia Locri,
Q uod galeis ferro grauibus, parmiſq; carerent, *Locri haſtis & miſſilibus ualentes.*
Q uod ualidis haſtis, ſolis decernere docti
A rcubus & fundis, quibus armis Pergama freti
C um reliquis petiere, quibus pepulere fugatas
T roianas acies. reliqui nam pluribus armis
A' fronte urgebant & Troas, & Hectora fortem.
P oſt acies Locri uelut in ſtatione latentes

S *picula mittebant adeò creberrima, ut hoſtem*
A *rcerent, ne iam pugnæ meminiſſe coactum,*
S *ed fugere, & retrò petere inclyta mœnia* Troiæ
N *auibus à celſis, caſtris muroq; relictis.*
F *ugiſſentq; etiam, niſi fortis ad* Hec*tora magnum*
P *ulydamas uerbis his uſus, ut antè, fuiſſet.*
Polydamas H *ector, ut alterius nimium parere recuſas*
Hectori. C *onſilijs, quæ ſæpe tamen tibi recta feruntur.*
N *am quia te deus armorum dedit eſſe peritum,*
V *is alios etiam ingenio ſuperare ſagaci.*
„ S *ed, mihi crede, uni non dat deus omnia, uerum*
„ D *otibus hos illis, alios his dotibus auget:*
„ N *ec ratione pari diſpenſat cuncta. uides'ne*
„ H *unc belli præſtare alijs uirtute gerendi?*
„ I *llum magno animo per aperta pericula ferri*
„ I *ndeuictum? alios ueloci excellere curſu?*
„ N *onnullos citharæ neruis, atq; arte canendi?*
„ D *iuerſis ita diuerſas dat Iuppiter arteis.*
„ A *t quos conſilijs uoluit ſuperare ferendis*
„ M *ortales alios, & ſana mente ualere,*
„ H *i ſunt præcipuè qui poſſunt eſſe ſaluti*
„ V *rbibus, & populis, & rebus ſæpe gerendis,*
„ I *nſuperabilibus multorum uiribus uni.*
S *icut & ipſe magis (quia ſint uera omnia) noſti.*
N *unc igitur quæ fert animus tibi promere certum eſt,*
O *ptima quæ factu mihi (ut & ſunt) eſſe uidentur.*
P *rincipiò tua ſigna uides hoſtilibus armis*
C *incta premi, teq; anguſta ratione teneri*
I *ncluſum, Danaos recidentibus undiq; telis*
I *ngruere: &* Troianæ *acies aut ocia ducunt,*
A *ut pugnant, poſtquam muros cepere. ſed ipſi*
C *um multis pauci circum tentoria, circum*
P *ontigradas naues palatim, atq; ordine rari.*

Conſiſtunt.

C onſiſtunt. nunc ergo iube tota agmina Troum
A d te huc conueniant: nam conſultare neceſſe eſt,
P ræſtet utrum, pictas iterum'ne inuadere naues,
S i deus hanc tribuat palmam fortaſſe benignus?
A n ſit commodius, ſine noxa hinc cedere retrò.
N e (quod adhuc metuo) nobis heſterna rependant
D amna, ſuæ memores cladis, cum proximus adſit
I lle uir eximius bello, qui nolit opinor
A pugna & grauibus ceſſare diutius armis.
T alia Pulydamas. cuius ratione probata,
H ector obærato longè reſonantibus armis
D eſilit è curru, dehinc fatur talia fratri.
P ulydama, tu perge duces proceresq; manentes,
N e quóquam hinc abeant, cohibere & ſiſtere, donec
H inc abeo, ſocijs occurrens, iuſſaq; portans,
M ox rediturus, ubi hæc perfecero, maxima factu.
S ic ait, arma ferens monti aſſimulanda niuali,
A uolat, inclamans Troum ſociûmq; phalangas.
Q ui mox audita magni uoce Hectoris, omnes
P ulydamanta ad Panthoïden uenere uocati.
I pſe Hector primos procerum ſatis anxius ægra
M ente requirebat, nec in agmine repperit uſquam
D eïphobum'ue, Helenum'ue, Adamanta'ue, magnanimum'ue
A ſiou Hyrtaciden. uerum illi aut alta tenebant
M œnia, uulneribus confecti, aut morte iacebant
C onſumpti in caſtris Danaûm. mox parte ſiniſtra
L ugubris pugnæ Pariden inuenit, ad arma
H ortantem ſocios. in quem conuicia probris
C ominus accedens coniecit turpibus Hector.
D yſpari, non Pari, compoſita pulcherrime forma,
I mprobe, plene dolis, muliebri perdite flamma,
D eïphobusq; Helenusq; ubi ſunt? quò ſe abſtulit autem
A ſiades Adamas? quò'ue Aſius ipſe profectus

Hector conſilium Polydamantis approbat.

Requirit amicos interemptos Hector.

Paridem cõuicijs inceſſit Hector.

 Hyrtacides?

Hyrtacides? quibus Othryoneus latet abditus oris?
N unc Troia eſt exciſa, ruit nunc Ilion altum.
C ui Paris ora deo ſimilis formoſa, profatur.
H ector (ait) quia dulce tibi eſt inceſſere uerbis
P robroſis omni uicio culpaq; uacantem,
O biurgato aliâs ubi detrectare uidebis
M ilitiam, uel quicquid erit Mauortis in armis
A udendum, ſi me timidum cognoueris unquam.
N amq; nec ignauum genuit me mater opinor:
D onec enim naues tu pugnas Hector ad altas,
I pſe nihil ceſſans totis hic uiribus hoſtem
S uſtineo: proceres autem quos ipſe requiris,
O mnes morte iacent conſumpti, & cæde cruenta
I n caſtris Danaûm, præter duo corpora fratrum
D eïphobiq; Heleniq;, quibus nunc urbe receptis
V ulnera curantur, quibus eſt affectus uterq;
I n manibus, ſed quiſq; ſua, prægrandibus haſtis.
Iuppiter è fato præſenti exemit utrunq;.
T u nunc ergo prai quò te fert prona uoluntas,
N os te prompti animis quò duces cunq; ſequemur.
T u ſiquidem præſtare uoles nos uiribus omnes,
S ed tamen ut ſua cuiq; dabit ſua quæq; facultas,
V t modus ipſe etiam rerum pro uiribus adſit.
» N am plus uelle manu quàm poſsis, prorſus ineptum eſt,
» P ræcipuè in bellis, quibus eſt modus æquus habendus.
H is fera magnanimi permulſit pectora fratris.
I bant ergo pares, ubi pugnæ maximus ardor
I nualuit, prope Cebrionen, & Pulydamantem,
P halcenq;, Orthæumq;, & dijs ſimilem Polyphetem,
P almynq;, Aſcaniumq;, Morymq;, ſatum Hippotione,
D iuite ab Aſcania paulo uix antè profecti:
M ox in bella ierant: fuit hæc Iouis alma uoluntas.
E rgo ibant alacres, & Troës in arma parati,

Paris Hectori ſe expurgat.

Inſana

I nſanæ ſimiles uento graſſante procellæ,
Q uæ mixto tonitru, Ioue fulmina rauca ciente,
I mmenſo ſtrepitu terram campoſq́; iacentes
S tagnaq́; lata ferit, uaſti maria alta profundi
V erberat, & refluos torquens ad littora fluctus
I mbribus effuſis furit, æſtuat, erigit undas,
E t premit erectas: rapidis ſic Troës in armis,
Q uiq́; ſuis ducibus confiſi, in bella ruebant,
F erratis latè radios iacientibus armis,
H ectore ſub magno: quia dux fuit omnibus Hector.
I s rapidum forti ſpirans ſub pectore Martem,
L atiuago præ ſe clypeum tulit orbe rotundum,
C ompoſitum tergis bubulis, & robore multo
I nuicti chalybis. circum caput addita celſum
S plendida caſſis erat: totas ſic ille phalangas
C ircumibat, tentans ſi pars perculſa timore
C ederet ulla loco. ſed nec terrebat Achiuos
S ic quoq́;, quem ſpectans his magnus prouocat Aiax.
I mprobe, qui te inferre putas ſic poſſe timorem — Aiax Hectorem prouocat.
P ectoribus Danaûm, refer huc te, & conſere mecum.
N on etenim iccirco, bello quia ſimus inepti,
C oncidimus paulo antè: Iouis ſed triſte flagellum
N os domuit. nunc tu noſtras excindere naues
O mnino cupis, & ſolum hoc optare uideris.
S unt tamen & nobis in fortia prælia uires,
R obuſtæq́; manus, quibus illum arcere furorem
P oſſe tuum uideamur, & in te uertere eundem,
V oſq́; ipſos, ueſtramq́; euertere funditus urbem.
Q uin etiam tibi uenturum, nec iam procul illum
A uguror eſſe diem, quo tu tua mœnia uerſus
V ota Ioui fugiens facies, reliquisq́; deorum,
V t curſu accipitres uincant, quibus ipſe ueheris
P uluerulentus, equi, qui te ſuper ardua ſiſtant

Pergama,

P ergama.ſic fato,à dextra regina uolucrum
P ræterlapſa bono auſpicio eſt: tum lætus amico
O mine,ſucclamant exercitus omnis Achiuûm.
H ector at Aiaci reſpondens: Falleris,inquit, (Hector Aiaci reſpondet.)
A iax uane,leuis,iactator inepte.quid autem
T e iuuat iſta loqui,tam falſa & friuola? at ô ſi
T am mihi ſit generis diuini Iuppiter author,
T am ſibi me Iuno natum uelit eſſe,pariq;
E t Phœbo,& glaucæ dignentur honore Mineruæ,
V t uos illa dies manet hoc in littore Troiæ,
Q uæ uos corripiet,quæ uos funeſta uidebit
P aſcere corporibus ueſtris fœdasq; uolucres,
I mmundosq; canes,quorum tu garrule noſtro
A ugebis numerum confoſſus pectora telo:
N i tamen antè cadas,& ſic mea tela peremptus
E ffugias,uel ſi nec noſtræ robora dextræ
S uſtineas. Sic fatus,in agmina fida ſuorum
S e recipit: quem tota manus comitatur euntem
T roiugenûm,celſum ferit ingens æthera clamor,
Q uem certanti utræq; acies ardore tulerunt,
V irtutis memores Danaï Troiana manebant
A rma ſatis præſenti animo,non ulla timentes.

ILIADOS HOMERICAE
LIBER XIIII.

I N terea dum ſic acies armantur utrinq;,
V ertentem dulci pleno crateras Iaccho
T uta ſuper poſitis intra tentoria menſis
N eſtora,non turbatæ acies,non ille fefellit
C lamor,ab armatis ſublatus in aſtra duobus
D iſcordans populis.his ergo Machona uerbis (Neſtor Machaoni.)
C onuiuam alloquitur. Iuuat ire,& uiſere quid nam
A cciderit,quæ cauſa noui clamoris Achæas

Orta

O rta ſit ad naues: tute hæc ad uina maneto
H ic reſidens, hæc plena meri bibe pocula Bacchi
O ptime Phœbigena, dum noſtra Hecameda calentem
I gne pararit aquam, qua uulnera cruda lauentur
I ſta tibi, abſcedatq; cruor, qui multus inhæret.
I pſe loca aſcendens altiſsima, protinus omnes
E xplorabo oculis cauſas, caſusq; meorum.
S ic ait, & multo confoſſum uulnere ſcutum,
A bieĉtumq; ſolo nati Thraſymedis, & ergò
I llius in patria caſtrorum ſede relictum,
(N am patris ipſe tulit iuuenis) prægrandibus aptat
S icut & arma ſenex humeris alia: inde coruſcam — Armatura Neſtoris.
P arte ſui prima ferri inſuperabilis haſtam
S umit, & egreſſus tentoria talibus armis
T aliter armatus, uidet indigniſsima rerum
F acta geri, uarioq; uices diſcrimine uerſas,
T urbatas acies, ruta propugnacula muri,
T urribus & foſſa ſuperatis cedere Graios,
A criter inſtantes Troas, iam caſtra tenentes.
A c uelut inſanis orituros flatibus Auſtros — Elegans & aptiſsima cōparatio.
S entiat, attonitis tamquam ſe motibus alti
P urpurat unda maris, necdum ſe attollere fluctus
I ncipiunt, uada ſalſa tacent, nutantq; trementi
T erga ſuperficie, donec Ioue miſſus ab ipſo
F ortior incubuit Boreas, aut Eurus, & unam
P artem aliquam cogit certos ſe immittere fluctus:
S ic Neſtor uarijs curarum fluctibus actus,
I n partes animum geminas rapit, addere pugnæ
S e ſocium, præſtet ne Agamemnona adire uolentem.
H æc alternanti potior ſententia uiſa eſt, — Virgilianum.
E rgo iter ad regem celerat. pugnatur utrinq;
F ortiter interea, miſeris nec cædibus ullus
E ſt modus. interimunt ſeſe, atq; in mutua paſſim

Vulnera

V ulnera ſponte ruunt. hi pugnant eminus haſtis,
C ominus hi gladijs, & quæ ſors proxima cuiq;
T ela dabat, fragor armorum per tota reſultans
C aſtra ferebatur: tum plurimus undiq; clamor,
E t gemitus reſonant duro ſub marte cadentum.
N eſtor ad Atriden properans, fit regibus unà
O buius egreſsis tentoria, uulnera paſsis,
A tq; ideo pugna eductis: hi nempe fuerunt,
Neſtor uulneratis regibus obuius. M aximus Atrides, Diomedes, fortis Vlyſſes.
S tabant à pugna naues pleræq; ſeorſum
S ubductæ in ſiccum uix primi in littoris ora,
I nde aliæ atq; aliæ uelut ordine longius actæ,
I n terram firmis innixæ baſibus omnes,
L atius ut populi metantes tendere poſſent
Locus caſtrorum & naualia. C aſtra loco, quamuis ſpacioſo in littore totum
H oc tamen impleſſent (numero tot) mille carinæ,
N i primæ trabibus ſuffultæ in littoris alga
H eſiſſent. nam poſtremas, longeq; remotas
Ae quora cingebat ſpectans campeſtria murus.
V iſuri hinc igitur pugnæ diſcrimina reges
T res ſimul exierant, haſtilia ſingula habentes
I n manibus: uehementer enim confuderat omnes
C lamor ab Argiuûm ſublatus nauibus altis.
P lus aliquanto etiam Neſtor conterruit. illum
M aximus, ut uidit, ſic eſt affatus Atrides.
Agamemnō Neſtori. O Neſtor Neleïade, laus inclyta Achiuûm,
Q uid tu igitur pugna ancipiti, ſocijsq; relictis
H uc mihi te confers? quid ad hæc naualia tendis?
Q uàm metuo, ne quod cœtu quandoq; frequenti
H ector inaudaci nobis eſt uoce minatus,
N on prius alta ſuæ rediturum in mœnia Troiæ,
Vergilianum. Q uàm nos extremo exitio nauesq; dediſſet,
I d re perficiat: quod dij prius omen in ipſum

Conuertant.

C onuertant. nam cuncta nimis nunc uera loquutum
E xitus ipſe docet, miſerum me terq; quaterq;
Q uem Danai infeſtis animis odere, nec ultra
N unc noſtras à clade uolunt defendere naues,
S icut & heu nimium nobis iratus Achilles.
I lli reſpondens Pylius ſic reddidit heros·
V era equidem Atrida loqueris, ſic res habet, huius — Neſtor Agamemnoni.
I uppiter eſt autor cladis, nos ipſius urget
D ira uoluntatis ratio, iacet eruta muri
D eiecti moles, quem nos extruximus ipſis
N auibus auxilium, qui nos defenderet ipſos
H oſtis ab inſultu, qui non ſuperabilis ulli
E ſſe uidebatur: iacet ecce, pericula noſtri
A mbigua ad naues obeunt, pugnæq; laborem
V ix tolerant, nec ſigna ſatis mihi certa uidentur
Q uam magis in partem cedant, & ab hoſte premantur:
H oſtibus immixti ſic ſunt, ſic undiq; multa
C æde trucidantur, ferit aurea ſidera clamor.
N os tamen hic etiam ſtatuamus quid ſit agendum,
Q uæ uel in hoc miſero caſu ſint optima factu.
N am neq; conſultum fuerit, nos credere pugnæ
P ræſenti, cum præteritæ incurata morentur
V ulnera, nec poßint ægri tolerare laborem.
M aximus huic Danaûm reſpondens rex Agamemnon·
N eſtor, quandoquidem ad celſas pugna ultima naues — Agamemnō Neſtori.
C onſtitit, & muri deiecti, æquataq; foſſæ
F undamenta iacent, quæ nobis eſſe futura
A uxilio ſpes certa fuit, claßiq; paratum
S ubſidium, nunc uerſa Iouis ſententia retrò
O mnia præcipitat: cui pulchrum hoc eſſe uidetur,
N os procul à patria ſub iniquo marte perire,
I gnotos. namq; ut nobis ille antè fauebat,
S ic nunc cum reliquis dijs immortalibus hoſtes

Adiuuat,

A diuuat, & nobis uires, animiq; uigorem
E ripit. ergo meæ quæ ſit ſententia mentis
A ccipite, & dicto cuncti parēte uolentes.
P rincipiò naues quæ ſtant in littore primæ,
I n mare deducamus, & eiectis religemus
D entibus, & nos ipſi intus remanebimus uſq;
S olis ad occaſum: tum ſi ceſſauerit hoſtis
A' pugna, reliquas omnes ſuper æquoris altas
D educamus aquas. neq; enim quis turpe putarit "
P erniciem uitare fuga, ſub nocte ſilenti "
P ræcipuè: & meliore loco eſt qui euaſerit acri "
F ata inimica fuga, quàm qui fugiſſe recuſans "
I nciderit miſeræ metuenda pericula uitæ. "

Deſperatio nis plena ſententia.

H unc toruè inſpiciens ſic eſt affatus Vlyſſes:
A trida, quod nunc tibi dedecus excidit? ecquod
N unc igitur uerbum lingua es titubante loquutus?
P ernicioſe, & longè alias digniſsime gentes
I mperio regere ignauas, & nullius uſus:
A tq; utinam minime nos, qui tua iuſſa peroſi
T am ſcelerata nec accipimus, nec ducimus eſſe
D igna etiam, quibus accedat mens recta bonorum,
E t quibus hoc proprium tribuit Iouis alma uoluntas
R es magnas gerere, & bello laudemq; decusq;
E xpetere, & primis uirtuti aſſueſcere ab annis.
T un' poteris ſalua hinc igitur diſcedere Troia?
Q uam propter tantos terraq; mariq; labores
P ertulimus, ferimusq;? ſed iſtam nunc age linguam
C omprime, ne populi uox hæc uulgetur ad aures,
N e'ue quis accipiens regum tam friuola, uulgo
S uadeat, indignum tot milibus eſſe regendis,
Q uot tibi nunc parent. Sed & ô te pectora cæcum,
E t ratione omni uacuum, qui talia nobis
N on uereare loqui, quibus haud ſibi gratius hoſtes

Vlyſsis acerrima ad Agamemnonem oratio.

Optarint

O ptarint aliud, qui nos deducere claſſem
I n mare ueliuolum ſuades, dum uiribus æquis
P rælia adhuc gerimus, dum ſtant & in agmine Teucris
O bluctantur adhuc Danaï. qui ſi iſta uidebunt,
Q uæ ſuades agere, & deducere littore naues,
N on ultrà tolerare aciem, non amplius arma
V lla tenere uolent, ſed protinus omnia turpi
T erga dabunt auerſa fugæ. ſic omnia retrò
T e duce labentur, ſic euertetur Achiuûm
C onſilio res tota tuo: ſorsq; inuida Graios
Q uæ prius euexit, nos trudet ad ima relapſos.
H uic ita magnanimus reſpondit filius Atrei·
Q uàm ſtimulo me nunc acri perſtringis Vlyſſe
V erborum? ſiquidem iamdudum hæc ipſa uolentes
H ortabar, toto deducere littore claſſem.
S i tamen hic aliquis ſit, qui meliora futuris
C onſilia expediat rebus, ſeu grandior æuo
S eu minor exiſtat, nunc prodeat ille benigna
P ace loquuturus noſtra, quæcunq; loquetur.
A d quem reſpondens Oenidæ filius infit·
N on procul hic uir abeſt, nec longo tempore nobis
Q uærendus, ſi fortè fidem mereatur, & ipſi
N emo mihi inuideat, quia ſum minor omnibus æuo·
S um uir ego ille etenim genitus patre, cuius & actis
G lorior, & uirtute animi, uictore malorum
T ydeo, qui Cadmeæ ſub mœnibus urbis
O ccubuit· nam tres generans de coniuge Portheus
L egitima pueros tulit, Agrion, atq; Melantem,
Oe neumq; patrem Tydeï, quo me ipſe parente
G lorior eſſe ſatum. ſed enim uirtutibus Oeneus
O mnibus ante alios excelluit. ille paterna
A diuncta Pleurone, altam Calydona colebat.
I n patria remanens Tydeus habitauit in Argis,

Agamemnõ Vlyſſi reſpondet.

Diomedes Agamemnoni.

Alij Porthaonem uocant.

Z Extorris

E xtorris patria (ſic dij uoluere) relicta,
A draſto genitam ducens: ibi multa deorum
M unere poſſedit, præterq; domeſtica multis
S plendida diuitijs, fundosq; & prædia, campi
I ugera latiuagi, partim bene culta ferendis
F rugibus, arboribus partim bene conſita fœtis,
F ructibus ad uitam quibus eſt opus omnibus. illi
N octibus innumeri pecorum ſub aperta redibant
T ecta greges, ut ne dicam quibus ille potentes
A rmorum Danaos ſuperauerit artibus omnes.
Excuſat digreſsionem. H æc ideo in præſens mihi commemoranda fuerunt,
V t ne me abiecti generis, natalibus ortum
V ilibus, ignari rerum ſi forte putetis,
C onſilium cunctis quod ſum dicturus Achiuis
V obis diſpliceat. quod enim nunc reſtet agendum
N on aliud uideo, niſi ut ipſi corpora quamuis
V ulneribus fracti, quia ſic uis ultima cogit,
A rma reſumentes redeamus ad agmina Graium,
(E xtra coniectus telorum tuta tenentes)
A tq; illic, ſi nil aliud, moneamus ad arma
V t redeant, qui deſeruere, & iuſta retractent
P rælia, ponentes iras quibus antè fuerunt
I mpliciti, & nobis placati hæc omnia donent.
T alia Tydides, placuit ſententia cunctis.
E rgo ibant alacres, quos præcedebat Atrides.
H unc Neptunus adit, cuſtos non ſegnis Achiuum,
E ffingens habitumq; uiri ſenioris & ora,
T um propius regem accedens, dextraq; prehenſa
Neptunus Agamemnoni. T alibus alloquitur: Secum nunc gaudet Achilles,
L æticiamq; capit, ſpectaclo hoc cædis Achiuum,
D egenerisq; fugæ, ſæuus, crudelis & amens.
S ed pereat ſic ille ſuo cum pectore ſæuo,
I nfeſtosq; habeat diuos, quos tu experiere

Nec

Nec tibi difficiles, nec non tua facta probantes.
Troës enim ueſtris fugient à nauibus omnes
Cum ducibus, totaq; manu peditumq; equitumq;
Per campum, per puluereas fracto ordine nubes,
Alta laborantis repetentes mœnia Troiæ.
Ne dubita, nam uera loquor. ſed & ipſe uidebis
Omnia ſic fieri hæc, & me tibi uera loquutum.
Sic ait, & celeri curſu ſuper æquora campi
Plana ferebatur, tam clamans uoce ſonora,
Quàm uel dena nouenà ue milia poſſe uirorum
Pugnantum clamare putes, qua uoce uigorem
Et uires animis cunctis iniecit Achiuûm,
Non modò pugnandi, ſed & inceſſanter in omnem
Pugnandi euentum, & diſcrimina ſumma laborum.
Tum Iuno ſummi ſpectans è uertice Olympi
(Illic ſtabat enim) per caſtra, per agmina fratrem
Continuò agnouit, uerſantem atq; omnia agentem
Pro rebus Danaûm. ſed ut hunc gauiſa uidebat,
Sic animo contrà indoluit, quia uidit in Ida
Irrigua reſidere Iouem. mox omnia ſecum
Euoluens animo circumſpiciebat acuto,
Qua ratione Iouis captos auertere ſenſus
Poſſet, & obſtrictum ſibi falleret arte maritum.
Tum ratio hæc uiſa eſt præſtare, ut & ipſa relinquens
Aethera, fontifluam ſeſe demittat in Idam,
Si captus fortè illecebris & imagine formæ
Miſceat uxori ſeſe, tunc illa ſoporem
Inter & amplexus & mutua gaudia blandum
Irriget, inducatq; oculis, animumq; reſoluat.
Ergo intrans thalamum Iuno, quem filius illi
Fecerat ignipotens, foribusq; & poſtibus æreis,
Quas claue arcana niſi Iuno aperire deorum
Nemo alius queat: hoc ergo ipſa cubile ſubintrans,

Iuno ſe præparat ad inſidias Ioui ſtruendas. Tethyomenõ unguentum.

A mbroſia primum corpus, ſpecioſaq; membra
T ingit odorifera, mendas cutis abluit omnes,
O blinit inde oleo ſe ambroſio, atq; ſuaui
V nguento, quod uoce uocant Tethyomenon apta.
I llius unguenti tanta eſt fragrantia, ut alto
E ſolio Iouis in terras pertingeret auræ
D ulcis odor, quo tunc artus corpusq; comasq;
O bleuit, nitidas, pulchras, qualesq; dearum
C onuenit eſſe deæ. quas poſtquam pexuit, aptè
D iuinis manibus, palla tum corpus amicit,
D iſtinctam uaria quam fecit imagine Pallas,

Cultus Iunonis elegantiſſimus.

A urea quam ſupra claudebat fibula pectus.
T um formoſa habili præcingit corpora zona,
A ureolis uario pendentibus ordine bullis.
P oſthæc tergeminas utrinq; appendit inaures,
C rines reticulo nectens, uelansq; decoro
A tq; nouo, qui ſolem ipſum candore referret.
P oſtremò pedibus crepidas & pulchra uenuſtis
S andalia adnectit, tali inſtructiſſima cultu
E greditur thalamo, Veneremq; ex ordine diuûm
S euocat, & retrò abductam, blandeq; rogatam

Iuno Veneri.

T alibus alloquitur. Nunc hoc mea filia paruum
O bſequere, & munus da quod te flagito, quamuis
I nuita obſequeris, quando tu Troïca bello
C aſtra foues, ego plus miſeris inclinor Achiuis.

Venus Iunoni.

C ui uenus, ô magni Saturni filia Iuno,
P rome animo quod habes, quod me tibi cedere munus
P oſſe putes. nec enim tibi morigera eſſe grauabor,
D um nec dedeceat, nec me non poſſe putaris.

Iuno callidè à Venere amorem petit, et eius artificium.

A d quam Iuno animo ſimulato, & fraude referto
D a mihi nunc (inquit) quo tu omnia uincis, amorem,
D a placidos pueri luſus, da mollibus artes
I ncluſas laqueis, da tela ignita uenenis

Inſuper-

I nſuperabilibus: quia nunc proficiſcar ad orbis
T errarum extremas partes, lateq; ſonantem
O ceanum, diuis genus unde eſt omnibus unum,
V iſura & matrem Tethym. quo tempore namq;
I uppiter atra patrem Saturnum in tartara truſit
S ub terras & aquas, hi me de matre recepta
E rudiere Rhea, primiſq; aluere ſub annis.
H os cur nunc cupiam quæras inuiſere? cauſa eſt,
V t quod diſſidium longo iam tempore durat
I nter eos, ſoluam tandem, redigamq; ſub unum
(V t quondam fuerant) thalami ſocialis amorem.
Q uæ ſi fortè meis ego conſequar omnia uerbis,
M unere deinde tuo poſthac me ſicut alumnam
S emper uterq; colet, uenerandam ſemper habebit.
T alia dicenti ſic eſt Venus orſa uiciſſim.
Q uæ petis, illa tibi nulla ratione negare
M e decet, aut æquum fuerit. quæ ſola dearum
E t ſoror & coniux Iouis alta cubilia ſeruas.
S ic ait, & uarium ſoluit de corpore ceſton,
Q uo præcincta fuit, quem circa pectus habebat.
S unt in eo ueneres, omneſq; Cupidinis arteis,
I nſunt illecebræ, ſunt blandæ uerbera linguæ.
S unt ioca, ſunt riſus, ſunt gaudia, iurgia, fraudes:
I nſunt incautas capientia pharmaca mentes
O mnia, mortiferis ſunt pocula plena uenenis.
H unc cum blanda Venus Iunoni traderet, inquit.
I n tacito data dona ſinu facito iſta recondas,
H is facies quæcunq; uoles, his omnia uinces,
H is quoſcunq; uoles tibi conciliabis amores.
R iſit ad hæc Iuno, ceſtonq; recondidit intus,
A tq; abit, in Ioue prima doli factura periclum.
I am delapſa polo, paribus iam conſtitit alis
P ieriam ſuper excelſam, tum præpes amœnam

Venus Iunoni.

Ceſton Iunoni tradit Venus, cuius hæc eſt pulcherrima deſcriptio.

Quæ loca Iuno attigerit è cœlo deuolans.

D euolat Emathiam, ſupra Thracumq́; niuales
M arte creatorum nemoroſa cacumina montis
T ranſuolat, ut pedibus terras non tangeret ullas.
T um ſe miſit Atho uaſti ſuper æquora ponti,
E t Lemnum uenit, egregij tecta alta Thoantis.
H ic Somnum Mortis fratrem conuenit, & adſtans,
D emulcetq́; manu, blandaq́; ita uoce precatur.

Iuno Somnũ Mortis fratrem alloquitur.

S omne deûm rex atq; hominum, domitorq́; ferarum,
S i mea ſunt unquam tibi uerba audita, rogantem
N unc precor exaudi, blando perfunde ſopore
L umina feſſa Iouis, ſimul ut nos uideris ambos
C omplexu in medio, dulciq́; in amore iocantes.
P ro tali merito, nullo non tempore grates
I pſa tibi referam, ſolio te ſcilicet aureo
D onatura, quod ignipotens mihi filius olim
F ecerit, æternum, pulchrum, quo ſe ille probarit
A rtifici faber ille manu quàm præſtet: & addam
S cabellum, non materia, non arte minoris
I ngenij, precij'ue, pedes cui imponere pulchrè
I llos molliculos, inter conuiuia poſsis.

Somnus Iunoni.

H uic ita reſpondit demulcens tempora Somnus.
I uno Saturno genitarum maxima natu,
Q uemuis cœlicolum malim tibi fune ſoporis
D euincire alium, licet ipſa ad flumina magni
O ceani, diuis unde eſt genus omnibus unum,
Q uàm Saturnigenæ Iouis inclyta lumina magni,
N i pater ipſe uelit: qui uix quoq; iuſſus amico
T am uigiles oculos auderem fallere ſomno,
E xemplo edoctus quondam, mihi ſemper habendo

Fabula de Hercule per digreſsionẽ inſerta.

A nte oculos animi. nam ſcis, quando ipſius olim
F eſſa ſoporifero quaſſarim tempora ramo,
C omplexus totum longo dulciq́; ſopore,

Eripui

E ripui mentem diuûmq; hominumq; potenti.
I llius ipſa doli inuentrix tu namq; fuiſti,
Q uando reuertenti poſt eruta Pergama nato
I pſius Alcidæ, quem totum diua uolebas
E xtinctum, tumidos inſanis flatibus Auſtros
N auibus immittens, ipſum feriente procella
N auibus abreptum reliquis, petere inclyta Coï
T ecta coëgiſti, miſero triſtiq; rotatum
N aufragio. poſtquam ſed tales Iuppiter arteis
I am uigil intellexit, acerbam uerſus in iram,
O mnes quotquot erant per uaſti culmen Olympi
P ulſabat diuos, & per ſua limina paßim
P roſternens, altis deiecit ſedibus: ipſum
M e me præcipuè clamans, ſolumq; requirens
M e trepidum, ſolaq; fuga ſperare coactum:
C epiſſetq; etiam, ſummiq; à uertice cœli
I n mare præcipitem dextra omnipotente dediſſet,
N i mihi Nox, domitori hominum, diuûmq;, ſaluti,
C onfugienti ad ſe turbata mente, fuiſſet. Somnus ad Noctē confugit.
I uppiter hanc ueritus, domitricem nempe deorum,
A bſtinuit, tumidaq; uolens abſceßit ab ira.
E t me nunc tantis obiectum diua periclis
S ponte uenis, iterumq; iubes nocitura ſubire?
G randibus hunc oculis ſpectans dea, talia reddit·
S omne, quid his animum curis generoſe fatigas?
Q uid ue times, ne tanta Iouem ueneratio Troum
A ut cura afficiat, quanta haud de ſemine natum
I pſe ſuo quemuis alium dilexit, ab ipſo
H ercule. non tanti ſtolidæ diſcrimina Troiæ
P erpetuò faciet, quanti Herculis. ergo & inanes
M itte animo curas, & ades mihi, nempe daturæ
V nam de Charitum numero tibi, coniuge dignam
T e tali, formoſa etiam te coniuge dignum,

Vnam Gratiarum uxorem pollicetur.

 Paſithea,

P aſithea, totum quæ tecum tranſigat æuum.
S ic ait. at Somnus gauiſus pectore toto,
P er Styga iura (inquit) fluuium mihi, ut altera terras,
A ltera iurantis teneat manus æquora ponti,
V t tua teſtentur mihi iuramenta ſub imis
T errarum quicunq; dei nigra tartara ſeruant
Somnus gratiam amat. S aturno ſocij, te ſcilicet eſſe daturam
P aſithean, mihi de Charitum potioribus unam,
P ræſtantem forma reliquis, quam ſemper amaui.
S ic ait. at Iuno iurat per numina diuûm,
N omine quemq; uocans, qui ſubter inania terræ
R egna domos Titanes habent. poſtquam omnia uerbis
S unt rata concœptis, & Somno facta fides eſt,
L emnon, & excelſam turritis mœnibus Imbrum,
A ëris obſcuri contecti nube relinquunt,
Ae quore digreſſi, atq; alis pernicibus Idam
F ontibus irriguam ueniunt, matremq; ferarum,
E t primum è magna rupem quæ prominet Ida
A ſcendunt Lecton. pedites hinc ire remotis
I ncipiunt alis, quibus incedentibus altis
A rboribus tremuere comæ, frondesq; loquaces,
S tabat acuta abies procera, & uertice nutans
A ërio, ſummisq; attingens æthera criſtis.
H uc ſe proripiens cônſcendit Somnus in ipſis
A rboris excelſæ latiturus frondibus, unde
P roſpiciens oculos Iouis obſeruaret, & ora,
I n ſpeciem conuerſus auis, quam Chalcida paruam
V ocalemq; uocant ſuperi, mortale Cymindim
A ppellant homines genus. At pulcherrima Iuno
Iuppiter in Iunonis amorem exardeſcit. P aſſibus haud tardis in Gargara ſumma profecta
C onſtitit ante Iouem. quam mox ut uidit, amorem
C oncipit haud modicum, notosq; exarſit ad ignes.
N on minus ac olim, quo primum tempore amantes

Con-

C oncordesq; animis lectum uenere in eundem,
L egitimo carorum obliti in amore parentum.
I lli igitur ſurgens deus aſtitit, atq; ita fatur·
  Q uò Iuno, quò pergis? iter quò tendis, Olympo
D elapſa? aut quid habes in tanta negocia cauſæ?
C um nec equos habeas, quibus hinc atq; inde feraris?
  C ui dea plena doli, ſimulantia uerba profatur·
V ltima terrarum uenio uiſura, patremq;
O ceanum, diuis unde eſt genus omnibus unum:
V iſura & matrem Thetym, puerilibus ambo
M e quia ſuſceptam placidè fouere ſub annis.
C ur hoc? ut longo diſcordes tempore, tandem
C oncordis redigam ſub mutua fœdera lecti,
S i prius huc ad te ueniſſem, nempe petitum
H anc abs te ueniam, ne tu mihi forſitan olim
S uccenſere queas, ſi te ignorante fuiſſem
T errarum extremos fines, & regna profecta
O ceani patris, & genitricis Tethyos undas.
N am quod equos quæris, qui me terraq; mariq;
P ortarunt, mihi ſtant ante hæc nemoroſa relicti
C ulmina, tot fluuijs, tot amœnæ fontibus Idæ.
  H uic ita reſpondit genitor qui nubila torquet·
I ſthòc Iuno alio tibi tempore abire licebit:
N unc age præuertas, ut amori connubiali
D es mecum antè operam. nec enim maioribus unquam
M e flammis arſiſſe puto: non me acrius uſſit
S eu dea, ſeu fuerit mortali ſemine creta,
N on uxor formoſa Ixionis, illa ſuperbum
Q uæ mihi Pyrithoum genuit: non Acriſioniſ
F ilia, quæ pluuio Danaē mihi cognita furto
P erſea præclarum peperit: nec Agenore nata,
Q uæ mihi Minoëm dedit, & iuſtum Rhadamantem:
N on Semele, non Alcmene, Thebaïdes ambæ,

Iuppiter Iunoni.

Iuno Ioui dolose respondet.

Iuppiter Iunoni.

Quarum hæc Alciden peperit mihi pectore duro
Præſtantem, illa hominum pulcherrima gaudia Bacchum.
Non Cereris, non Latonæ ſic ardor amantem
Me tenuit: non igne tuo ſic perditus arſi
Vnquam aliàs antehac, ut nunc mea membra titillat
Summa libido tui. Cui pectore diua doloſo
Iuno Ioui. Reddidit hæc Iuno: Qualis nunc Iuppiter, inquit,
Excidit ore tibi ſermo? num'ne ergo uidetur
Res ea pulchra tibi, ſi me hoc in uertice montis
Compreſſam, exponas reliquis te meq; uidendos?
Si quis fortè deûm uideat, qui prædicet iſtuc
Cœlicolis alijs, nos ſimus fabula uulgo,
Nunquam deinde domum noſtram fuero auſa reuerti,
Complexu è tali ſurgens. quod ſi inſidet iſthæc
Res omnino animo, ſunt alta cubilia nobis
Vulcani fabricata manu, firmiſq; reuincta
Poſtibus, hæc intrare licet, foribuſq; recluſis
Legitimis operam dare nos complexibus ambos.
Iunoni Iuppiter. Huic ita reſpondit qui nubes denſat in arctum:
Iuno, nemo deûm nos hic hominum'ue uidebit,
Tam nos nube tegam denſa, tamq; aëre craſſo,
Tam nymbo ex auro rutilanti, ut nemo uidere
Ne Sol ipſe quidem poſſit, nos intus agentes
Quicquid erit, puro licet omnia lumine uincat.
Poſt hæc uxori cupidas circundedit ulnas,
Chriſtianis auribus prorſus indignæ nugæ. Quos ſubter molles florum genus omne per herbas
Fundebat genialis humus, ſuauiſſima lothi
Gramina, odoriferumq; crocum, mollemq; hyacinthum,
Illic coniugibus recubantibus aurea florum
Vernabant capita, in ſubiectos aurea nubes
Immiſit radios. cum ſic ergo ille iaceret
Iuppiter, & Somni & Veneris dulcedine uictus,
Letifer arborea deſcendens Somnus ab Ida

Labitur

L abitur ad naues Argiuûm,& proximus adſtans
N eptuno hæc loquitur· Nunc nunc Neptune phalanges
F ortius Argiuûm proprijs tutare ſub armis, — Somnus ad
Q uandoquidem in ſumma nunc dormit Iuppiter Ida. — Neptunũ.
D ormit enim dulci reſolutus membra ſopori,
N oſtra uictus ope. nam cum Iunone cubanti
O ffudi mollem per membra & pectora ſomnum.
S ic ait, inde tribus hominum petiturus abibat
N eptunus uerbis his confirmatus, Achiuos,
T alibus alloquitur· Præſtantes pectore Achiui, — Neptunus
E rgo'ne Priamidæ cedet uictoria, & illi — Græcis.
I ſta relinquetis uirtutum præmia, & Hector
A uferet à nobis decus hoc, ut laudis honorem
I pſe habeat, nos ignauos & pectore molles
P rædicet, & ueſtris immittat nauibus ignem?
Q uem ſe immiſſurum toto prohibente minatur
A rgiuûm populo, poſtquam eſt auerſus Achilles,
N ec redit in pugnam, nec nos defendere curat.
V erum non adeò eſt nobis optandus Achilles,
M utua concordes ſi ſcilicet arma feramus
A uxilio, feßis ſubeamus, nosq́; uicißim
S ubſidijs alacres alterna per arma leuemus.
Q uare agite, & quæ ſit noſtræ ſententia menti
A udite unanimes, & iuſſa capeßite læti.
Q ui ſunt è nobis tolerando ſtrennua bello
P ectora, mutemus clypeos, maiora ferentes
S cuta uirûm, quorum eſt bello minus inclyta uirtus,
E t galeas itidem, longißima quæq; ferentes
T ela manu, atq; armis apti melioribus omnes
C ontra hoſtem ueniamus, & huc agite ite frequentes
M e duce iam uobis uictoria certa futura eſt.
A uguror, haud dubius uates. Iam maximus Hector
I pſe pedem referet, retrò ad ſua mœnia, multa

Cæde

C æde repelletur, uictis nec ſtabit in armis
A mplius. unanimes hæc aſſenſere loquuto
I pſi etiam reges Agamemnon, diuus Vlyſſes,
T ydidesq; ferox, quamuis cruciatibus eſſent
V ulneribus tardi, tamen hic haud tarda nauabant
M unera militiæ, tribuentes arma uiritim
P ro uirtute ſua, ſua conuenientia cuiq;,
I gnauis peiora, bonis meliora dederunt.
T aliter inſtructi, ſpacium quod ab æquore ponti
N auibus & caſtris interiacet, agmine denſo
C omplentes ibant. duxit Neptunus euntes,
P rætendens manibus ſtrictum uictricibus enſem
C uſpide prælonga, præacutum, atq; igne micantem
F ulguris in morem rapidi, quo nemo feritur
M ortalis, nec enim fas è cœleſtibus ulli eſt,
S ed tantum arma ſuis aduerſa repellere in hoſtem.

Neptunus Græcos in Troianos ducit.

C ontrà ibant auidi ducente ſub Hectore Troës,
P rælia conſerere, atq; adoriri fortiter hoſtem,
S pirantes animis magnas atrocibus iras.
E rgo ſub ducibus Neptuno atq; Hectore, tanto
C oncurrunt ſtrepitu, tam iubila plurima cœlo
I nſonuere truci cantu, tantoq; boatu,
Q uanto nec fluctus maris in caua littora pulſi,
A ut Aquilone truci reſonant, aut fortibus Auſtris:
Q uanto nec flammæ crepitu ſonuere rapaces
M ateriam nactæ, cum ſæua incendia miſcent
M ontibus & ſyluis: nec quanto uentus in altis
M urmurat arboribus, ſtrepitu cum feruidus Eurus
I ncubuit, ſyluisq; ferit, ramosq; recidit.
H ector ibi ante alios aduerſa fronte ſub hoſtem
P roceſſit, telumq; manu (ſed inutile) magnum
T orſit in Aiacem. quem quo minus haſta feriret,
O bſtiterant duplicis circundata cingula zonæ.

Altera

A ltera nam clypeo fuerant aptata tenendo,
A ltera ſuſtinuere enſem. quo territus ictu,
Q uod fruſtra intulerit, retrò ad ſua ſigna receptus,
R ettulit inde gradum. ſed eum fortiſſimus Aiax
C onſequitur, ſaxoq; ferit, quæ multa iacebant
A nte pedes, ſicca ſtatuendæ claſſis in ora,
A pta miniſterijs. hoc illum pondere ſaxi
Q ua iugulo pectus coït, & pars ſumma cohæret,
P ercuſſit. ſtetit ille tremens, ceu turbo rotatus.
T andem excuſſa manu poſtquam cecidere remiſſa
A rma ſolo, nec iam clypeum retinente ſiniſtra,
N ec dextra gladium, galeam nec tempore utroq;,
I n terram labente genu prolapſus utroq; eſt,
N on alio ſonitu, quàm ſi Iouis arbor ab alto
F ulmine tacta cadat, quæ tetrum reddat odorem
S ulphuris: ut qui tunc teneant loca proxima, tactam
A ttonitis ſpectent animis. nam res metuenda eſt,
F ulmen ab arce Iouis ueniens. tum Graia iuuentus
C onſpecto quod humi iaceat fortiſſimus Hector,
E xclamant, ſimul accurrunt, iaciuntq; frequenti
T ela manu quæ quiſq; poteſt, ſpe pectora pleni
P oſſe potiri hominis reliquo, ceu lumine caſſi.
V erum ea ſpes mox in tenues euanuit auras.
N on etenim fas ulli hominum fuit Hectora magnum
A ut tetigiſſe manu, telo'ue ferire iacentem.
S ic Troum ſociûmq; manus fortiſſima bello
D efendere ducem. primi, certiſſimus augur
P ulydamas, pius Aeneas, & fortis Agenor,
S arpedon ductor Lyciûm, cum principe Glauco.
Q uid tamen enumerem reliquos, cum nemo tuorum
T e tam præcipiti in caſu neglexerit Hector?
V erum omnes, ut quiſq; ſtetit tibi proximus, uno
D efenſant animo, clypeoſq; & ſcuta ſiniſtris

Aiax Hectorem ſaxo ferit.

Cadit in terram Hector.

“ “

Obijciunt,

Obijciunt, & tela parant immittere dextris.
Tum fidi comites ſublatum è puluere portant
Ex acie uſq; ad equos, quos longè auriga tenebat
Extra tam uariæ diſcrimina maxima pugnæ.
Atq; ibi depoſitum, grauiterq́; dolore gementem
Vulneris, alta remiſerunt ad mœnia Troiæ.
Poſtquam autem ad ſteriles Xanthi flauentis arenas,
Quem genuit rex ipſe hominum diuûmq́; ſupremus,
Deuenere uiri, referentes Hectora magnum,
Depoſuere ſolo, & fluuio aſperſere ſalubri:
Tum uice reſpirans modica reſpexit, & auras
Captauit, nixusq́; genu, concreta cruoris
Fragmenta euomuit ructans, iterumq́; relabens
Vulneris immodico cruciatus membra dolore
Semianimis iacuit, tenebris ad lumina obortis.

At Danaï poſtquam ſenſerunt Hectora pugnæ
Subtractum, magis audentes, iam uiribus hoſtem
Omnibus urgebant, iam pugna incruduit atrox:
Aiacis Oïlei uirtus. Quos inter longè uirtus Aiacis Oilei
Eminuit. namq; inſiliens ferit eminus haſta
Satinon Enopidem, quem natum Naïde nympha
Enopus eduxit, prope flumina Satinoëntis,
Conſectans armenta boum lectiſſima paſtor.
Hunc ubi iam propior factus percuſſerat Aiax
Ilia per, mediumq; in uentrem uulnere adacto,
Hunc circa noua pugna utraq; ex parte ſuborta eſt.
Pugnabant Danaï, pugnabant Troës, ut illi
Eripiant, hi defendant. hic inclytus armis
Pulydamas, poſtquam auxilio uenit ecce iacenti,
Magnanimum iacta Prothœnora uulnerat haſta,
Dextrum traijciens humerum, quem fortis in arma
Miſit Areïlycus genitor Prothœnora fortem.
Ille cadens, terramq́; petens ferit ore cruento.

O b quæ Pulydamas exultans facta, ſuperbum
E xprobrat. ô Danaï, non fruſtra exiſſe cruentum
P anthoïdæ dextra telum puto, corpore fixum
I mo hoc eſſe aliquo ueſtrûm, qui ſpicula ſecum
N oſtra ferat, iam regna petens Plutonis auari.
T alibus Argiuûm ſuccendit pectora dictis,
P ræcipuè Aiacem rabidam commouit ad iram.
E rgo abeunte uiro, celerem Telamonius haſtam
C onijcit: hanc paruo declinans corpora motu
P ulydamas uitans euaſit. at illa recepta eſt
C orpus in Archilochi, prognati Antenore magno.
H uic etenim fato fuit illa luce cadendum,
S ic ſuperi uoluere. illi haſta infixa pependit,
Q ua coït occipiti ceruix per guttura, utroq;
C onciſo neruo, queis collum uertebra firmo
C onnectit capiti, prius huic compage ſoluta
D efluxit caput, & terram prius ore momordit
Q uàm genua exciderent. hic Aiax Pulydamanti
D ic age Pulydama, nunquid retuliſſe uidemur
D igna ſatis ueſtris ſe uix capientibus auſis,
H oc cæſo, qui nec mihi de genere eſſe uidetur
O bſcuro genitus, ſed nec malus ipſe fuiſſe.
A c niſi ſigna uiri me fallunt indolis altæ,
A ut Antenorides fuit hic, aut proximus illi,
A ut frater, longa aut aliquis de ſtirpe nepotum.
H æc uox, hoc factum, Teucris ſociúmq; cateruis
M œſtitiam inuexit, perſtringens corda dolore.
P ræcipuè hic Acamas occiſi corpora fratris
D efenſans, Promachum Bœotion occupat haſta
C onficiens, iam membra manu correpta trahentem
A rchilochi. tum ſucceſſu gauiſus inani
E xprobrat inſultans Acamas, ac talia iactat
A rgiui, forteſq; minis, linguáq; ſuperbi,

Polydamas occiſo Prothoenore Danais inſultat.

Aiax Archilochum interficit.

Aiax Polydamanti uiciſſim inſultat.

Acamas Græcis inſultat.

V os quoq; contingit dolor & labor, & neq; ſoli
N os hic conficimur. uobis quoq; dira ruina
F ata ferunt, nunc ille mea proſtratus ab haſta
F orſan dormitet Promachus, nec fratris inulta
M ors manet iſta mei. ſic ergo, nec immeritò, quis
I actarit moriens fratrem ſupereſſe, futurum
F raternæ necis ultorem. Sic fatus, Achiuos
E xcitat indignis commotos pectora dictis,
P enelei in primis animum commouit in iram.
C uius poſtquam Acamas haſtamq; effugit, & ictum
L etiferum, Ilioneus excepit corpore telum
I pſe ſuo, Phorbante ſatus locuplete, quod illum
P ræ Troum reliquis Maia generatus amarit
M ercurius, rebusq; uirum deus auxerit amplis:
S ed qui non aliam gremio genitricis amatæ
S uſtulerit ſobolem. cui tunc Bœotius heros
M ortiferam infigens haſtam, per mollia ſummi
L abra ſupercilij, pupillæ clauſtra refringens
P er medium exegit reſoluti luminis orbem,
D onec ab occipiti iuncta ceruice cruentum
E xtaret ferrum. cum talem lapſus ad ictum
P rocubuiſſet humi, palmasq; extenderet ambas,
P eneleus gladio educto ac ceruice reſecta
C um galea caput abiecit, manibusq; leuatum
S icut erat fixum telo ceu molle papauer
H oſtibus oſtentans, fecit conuicia uerbis.
O Troës, poſtquam ipſe domum patriamq; reuerſus
C um reliquis Danaûm, Promachi narraro relictæ
V xori, Ilionea atræ poſt funera mortis
L ugeri, miſerosq; domi deflere parentes,
N on tamen illa uiro poterit redeunte potiri,
E x Troia Danais comitantibus omnibus alta.
S ic ait. At multa trepidi formidine Troës

Circum

C ircum nunc ſpectare fugam, qua cuiq; daretur
V itare exitium præſens, fugere ilicet hoſtem
G raiugenum, nec ſtare pedem, nec ſiſtere curſum.
D icite nunc Muſæ cœleſtia templa colentes, *Inuocat Muſas etiam in fine libri, quia dignus uindice nodus incidit, ut Horatius inquit.*
Q uæ loca prima fugæ fuerint, qua parte fugarit
N eptunus Troas, Danaûm quis primus in hoſtem
I nſiliens, alios uita ſpoliarit & armis.
P rimus, & ante alios omnes Telamonius Aiax
G yrtiaden ſubitis occiderat Hyrtion armis,
D uxerat hic Myſos: Phalcenq;, & Mermeron, acer
A ntilochus. ſed Meriones fortem Hippotionem,
E t Moryn occidit, Teucer Prothoona ſuperbum,
C um Periphete bono, minor hinc Hyperenora Atrides,
P ræſtantem populis, aduerſo in uentre cruento
V ulnere percuſſit, diſcerpens intima telo
V iſcera: nox oculis illi incubat atra, per ipſum
V ita loco cedens uulnus tranſire coacta eſt.
P lures præterea uirtus Aiacis Oïlei
P erculit, extinxitq;, pedes celer, ille ſequutus *Virtus Aiacis, pro, ipſe Aiax: quod hinc alibi & alijs Græcis uſitatum eſt.*
A gmina uerſa fuga, fugientem terga premebat,
I n curſum quoties rapidum Neptunus agebat.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XV.

S I c igitur trepido fugientes agmine Troës,
D um palos, dum ſaxa per, et fortiſſima foſſæ
M unimenta ruunt, multis de gente ſuorum
A miſſis, dum ſepta fugam ſub equeſtria ſiſtūt
E xangues, trepidi, palantes æquore toto
C ampeſtris ſpacij, iam ſummæ in montibus Idæ
I uppiter expulerat fallentem lumina ſomnum, *Iuppiter in Ida è ſomno exurgit.*
E xurgens thalamo nimium Iunonis amatæ,
T roas & Argiuos ipſa ſpectabat ab Ida.

H os data terga ſequi, fugere illos agmine fuſo,
N eptunum partes tutari & ducere Achiuûm,
H ectora ſublatum campo, uix ægra trahentem
V iſcera, uix animæ languentis ducere flatum,
E t quoties gemuit fluidum ructare cruorem
A dſtantes inter ſocios, ægrumq́; dolentes.
N am Danaos inter non inualidiſsimus, illi
I ntulit hunc ictum, & tam uulnere læſit acerbo.
H unc tali in caſu miſerans diuûm atq; hominum rex,
I unonem toruè aſpiciens, ſic deinde profatur.

Iuppiter Iunonē obiurgat, deluſiſſe ab ea intelligens.

O fœcunda dolis, ô fraudibus ebria ſemper
I nnumerabilibus. nec enim ueſana negaris,
Q uin opera hæc perfecta tua ſint omnia, ut Hector
A fflictus pugna abſtineat, formidine capti
D iffugiant ſocij. mihi crede hæc uera monenti,
S i me iſthac iterum deluſeris arte doloſa,
Q ua tamen antè etiam, loris tua tergora cædam.
P ectore adhuc memori retines' ne, prioribus annis
Q uas mihi commiſſo dederis pro crimine pœnas?
C um ſuſpenſa polo ſuper ardua nubila, longa

Iuno de cœlo pendula.

F une pependiſti, uinctas incude ligata
A d plantas gemina, palmas innecteret aurum
P onderis immenſi, cum te ſuper æthera diui
Q uotquot agunt, multa moti pietate uolentes
S oluere non poterant. quos ipſe, ut quemq; præhenſum
A rripui, ex alto deieci iratus Olympo,
D elapſi in terram uix ut ſatis ægra leuarent
M embra ſolo, penè exempti uitalibus auris.
N ecdum tota mei deferbuit ira furoris,
H erculis ob cladem, quem tu furioſa paciſcens
C um Borea, pulſum uento, fractumq́; procellis,
I n Coon undoſam pepuliſti, unde ipſe receptum
R eſtitui, patriumq́; reduxi rurſus ad Argos.

Multatum

M ultatum ſatis, atq; abs te mala plurima paſſum.
H æc libuit repetiſſe tibi, ne fallere pergas
T alibus inſidijs ultrà, nec fraudibus iſtis
M e circumuenias: ſimul ut cognoſcere poßis,
H oc ex concubitu quid lucri ſtulta reportes,
Q uem nunc non alia mecum ratione ſubiſti,
Q uàm qua deciperes, aliorum hic uſa deorum
C onſilijs. tantum effatus pater, inde quieuit.
G randibus hunc ſpectans oculis dea, talibus infit.
N unc per ego & terras, per & alti ſidera cœli, Iuno Iouiſe interpoſito graui iuramento expurgat.
P er Styga ſub tacito labentem flumine terris,
Q ua non rellìgio maior iurantibus ulla eſt
C œlitibus, per dulce tuum caput atq; uerendum,
P er connubia noſtra, per & concordia lecti
F œdera, quæ primis adeò ſeruamus ab annis,
F allere quæ nolim, tibi ſacra prophanaq; iuro
O mnia, Neptunum nec me ſuadente, nec ullo
C onſilio ueniſſe meo, Danaiſq; tuliſſe
A uxilium, ſed ſponte ſua, quia cladis Achiuûm
C ommiſereretur, quam paſſos eſſe uideret
A d celeres naues: & ob hoc ſic Troas & ipſum
H ectora multatos, pœna affeciſſe maligna.
I pſa equidem tua iuſſa uolenſq; libenſq; ſubibo,
A tq; ut idem faciat Neptunum inducere pergam.
O lli ſubridens hominum pater atq; deorum, Iuppiter Iunoni.
T alibus alloquitur. Poſt hac ſi te optima Iuno
P ræbueris mihi morigeram, mecumq; loquendi
S enſeris in cœtu reſidens atq; ordine diuûm,
T um facile accedet nobis Neptunus, & idem
O mnia nobiſcum conuerſa mente probabit:
S i tamen ex animo mihi nunc, & uera loquuta es,
I nunc concilium repetens, cœtuſq; deorum,
I nde uoca celerem uariamq; coloribus Irim,

E t Phœbum paribus uincentem cuncta ſagittis.
I llam ad Neptunum mittam, quæ nunciet, armis
A bſtineat, redeatq; domum, regnumq; reuiſat:
H unc ut ad affectum cruciatibus Hectora mittam,
V ulnera qui curet medica, ſedetq; dolores
A rte potens, uires inſpiret, ad arma reducat,
C ongreſſurum iterum Danais, ipſosq; recepto
M arte fugaturum, donec trepidante relicta
C aſtra fuga repetant, & ad uſq; ferantur Achillis
I mmunes uacuo ſtantes in littore naues,
I pſe ſuum trepidos miſeratus mittat amicum
P atroclum auxilio, quem protinus inclytus Hector
M ultis antè datis leto, multisq; cruentum
C ædibus, atq; etiam noſtri Sarpedonis atro
S anguine conſperſum, ſacræ ſub mœnia Troiæ
E uectum interimat, mox interimendus Achille
I pſe ſub irato. Poſt hæc à nauibus acti,
S æpe fuga repetent ſublimia Pergama Troës,
(S ic nam fata iubent, ſic fert mea magna uoluntas)
B elligeræ donec diuina Palladis arte
E uertant magnæ Neptunia mœnia Troiæ.
E rgo nec accipiet prius indignatio finem
H æc mea, qua Danaos multare, & perdere multos
C onſtitui, nec opem quemuis de gente deorum
F erre ſinam, quàm ſit ſatis indignantis Achilli
V ltus honos, illi à magno præreptus Atridæ:
Q uæ Thetidi promiſſa dedi, quo tempore noſtris
S eſe illa aduoluens genibus, promittere adegit,
E t capite annuere, hoc traditurum ipſius honori.
Iuno ab Ioue digreſſa cœlũ repetit. T alia dicenti, mox albens brachia Iuno
O bſequitur, linquens Idæi uerticis arcem
G argara, adit ſummi conuexa uolumina cœli
T am ſubito, quàm ſana uiri mens plura ſcientis,

Quiq; peragrarit uaſtæ loca plurima terræ,
Multa mouens animo nunc huc nunc auolat illuc.
Iamq; ingreſſa domos ſuperas, cœtumq; deorum,
Quos Iouis adſtantes inuenit in ædibus altis
Adſtitit, illi omnes aſſurrexere, ferentes
Obuia Iunoni dominæ ueſtigia, pro ſe
Quiſq; manu pateras, calicem tulit illa propinans
E' dextra Themidis, quæ uenerat obuia diuæ,
Præcurrens reliquos, uerbiſq; affatur amicis.
  Quid Iuno attonitæ ſimilis (ſic namq; uideris)
Huc feſtina uenis? uereor ne te tuus ille
Terruerit coniux uerbis. Cui regia Iuno,
  Ne Themi, ne quæras ea quæ prior omnia noſti,
Quàm ſit ſæuo animo, quàm fronte ſit ille ſuperba.
Tu uerò quæ iuſta paras conuiuia diuis,
Vade tuum facias ut opus, tua munia cures:
Auditura tamen cœtu aſſiſtente deorum
Quàm mala nunc peragat, quàm nunc indigna loquatur
Iuppiter, offenſura homines, diuoſq;, uolentes
Libera non triſti conuiuia ducere luxu.
  Poſtquam hæc effata eſt Iuno ueneranda, reſedit:
Turbatoſq; uidens Iouis alta per atria diuos,
Subriſit tenui diductis ſchiſmate labris,
Lætitiam nec fronte ullam teſtante redacta.
Hinc omnes dictis reprehendens talibus infit.
  O ſtolidos, ô uecordes, qui ſcilicet antehac
Conati ſumus, aut poſthac conabimur, ipſum
Propoſito reuocare Iouem, quod cœperit alto
Intuleritq; animo. nam qui diuerſa ſequantur
Se nihili facere affirmat, nec ducere curæ
Vt ſecum faciant, ſe uiribus eſſe priorem
Omnibus, & ualidæ metuendum robore dextræ
Tam nobis dijs, quàm reliquis mortalibus ægris.

A mente humana ſumpta uelocitatis cõparatio, qua et Virg. in ſuo Aenea utitur

Themis Iunoni.

Iuno Themidi.

Iuno dijs alijs.

Hinc mala uos urgent, hinc ſors inimica profecta eſt,
Quæ uos cunq; tenet, quæ uos mala cuncta tuliſtis.
Quos inter primus Mars eſt (ut opinor) adempto
In pugna Aſcalapho, quo nunquam carior ipſi
Filius alter erat. Subito hæc ad uerba dolore
Mars animum commotus, & ira accenſus, utraq;
Ilia dura manu feriens: Nemo, inquit, euntem
Me putet inuidia dignum, ad naualia Graiûm,
Ulturumq; nefas indigna morte perempti
Aſcalaphi, quamuis mihi ſit fatale triſulco
Afflatum igne Iouis, inter me fœda iacere
Occultum, & triſti concreta cadauera tabo.

Mars iratus.

Sic ait. Inde Metum tardum, ſtupidumq; Pauorem
Mandat iungere equos, ipſe hinc fulgentibus armis
Induitur: qua ſic ſi progrederetur in ira,
Magna deos contra Iouis ira exorta fuiſſet,
Indignaturi turbas mouiſſe feroces:
Si non & cupidum uindictæ Pallas iturum
E ſolio exiliens, galeam de fronte minacem,
Ex humeris clypeum, manibusq; ferocibus haſtam
Detraxiſſet, agens uerbis ita fata fuiſſet:

Metus & Pauor miniſtri Martis.

O ſtolide, ô ueſane animis, ô pectore demens,
Auribus ô brutis nihil auditure ſalubris
Conſilij, nec enim quæ dixerit inclyta Iuno
Iuſſa Iouis, capis aut animis, aut auribus hauris.
An cupis augeri quæ tot facis impia facta?
Ut fruſtra hinc abiens mox huc cogare reuerti,
Imò Iouem cogas te propter inepte reuerti,
Omnibus iratus qui mox aſcendet Olympum,
Interea Danaïs pugna Phrygibusq; relicta,
Diſsidium turbasq; ciens, nos puniet omnis
Inſontes ſontesq; ſimul. iubeo ergo quietus
Siſte pedem, nati ſimul obliuiſcere adempti.

Pallas Martē cohibet, id eſt, ratio affectum.

M ulti alij cecidere prius uirtute priores, "
P oſteriusq; cadent. quis enim de ſtirpe creatos "
H umana, morti eripiat? labor irritus ille eſt. "
S ic fata, in ſolio diuum locat armipotentem.
S euocat hinc Phœbum, celerem ſimul Irida Iuno,
E xponitq; Iouis mandata. ac talibus ambos
A lloquitur· Super excelſam uos Iuppiter Idam — Iuno Apolli ni & Iridi.
Q uamprimum properare iubet: nunc ergo uolantes
C urrite, abite, Ioui uos ſiſtite, iuſſa daturo,
F acturi quæcunq; uolet, quæq; ille iubebit.
D ixit, & in ſolio rurſus digreſſa reſedit.
I lli præpetibus lapſi per inania pennis,
A rboribus celebrem recta labuntur in Idam,
I llic inueniunt celſa ſuper arce ſedentem
(G argara nomen habent) diuûmq; hominumq; parentem,
N ubis odoriferæ puro circum aëre ſeptum.
Q uos ubi uidiſſet ſtantes, haud pectore quaquam
I ratus tumido (Iunoni namq; uolentes
P aruerant) tum ſic prius orſus ad Irida fatur·
V ade fer Iri uolans Neptuno talia regi, — Iuppiter Iridem ad Neptunũ mittit.
N omine iuſſa meo (nec eris mihi nuncia fallax)
C uncta fer ut iubeo, proficiſcere, præcipe, manda,
D iſcedat pugna atq; acie, propereq; deorum
A ut cœtum repetat, proprijs ſe aut condat in undis.
Q uod ſi contra ierit, nec pareat iſta iubenti,
S entiet antè ſuis meliorem uiribus eſſe,
Q uám me deſpiciat, qui ſum regno omnipotenti
F ortior, & patrijs maior natalibus illo.
S ed tamen ipſe ſatis iamdudum hæc omnia nouit,
N ec mihi ſe conferre ullis rationibus auſit,
Q uem diuûm chorus & reliquorum turba tremiſcunt.
I uppiter hæc. at iuſſa ferens Thaumantias Iris
E xequitur, ſubitaq; uolans ui fertur. ut alto

A ëre præcipitans uaga nix, aut grandinis imber
T urbine contractus Boreæ uiolentus in arua
D ecidit. Idæis ſic arcibus illa relictis,
N eptunum petit, atq; illi iam proxima dictis

Iris Neptuno Iouis mãdata exponit.

T alibus alloquitur· Maris alme tridentifer alti,
N uncia certa fero quædam Ioue miſſa iubente:
D ecedas pugna atq; acie, properéq; deorum
A ut cœtum repetas, proprio te aut æquore condas.
Q uod ſi contra ieris non parens iſta iubenti,
H uc ſe uenturum te contra in bella minatur:
D euiteſq; manus iubet ipſius, eſſe equidem ſe
V iribus & regno meliorem, deniq; natu
M aiorem, cum tu iamdudum hæc omnia noris,
N ec te ipſi conferre ullis rationibus auſis,
Q uem diuûm chorus & reliquorum turba tremiſcunt.
D ixerat. at grauiter deus indignatus aquarum,
R eddidit hæc· Grande ô facinus, quis nempe negarit
V iribus eſſe Iouem præſtantibus? ergo'ne uoces
E ſt operæ precium tam nos perferre ſuperbas?
Q ui mihi ſorte pari ſibi, prælia dura minetur.
T res uterini etenim ſumus uno è ſemine fratres,
S aturno & Rhea geniti, prior omnibus æuo
I uppiter, ipſe ego dehinc, & qui regit infima Pluton,
V nuſquiſq; ſuum regni ſortitus honorem.

In tres partes rerum ſumma diuiſa.

T res etenim in partes diuiſimus omnia rerum,
T um quam quiſq; ferat partem decernere ſortem
I uſſimus: illa mihi dedit æquoris alta profundi
P erpetuo regere imperio, loca ſubdita terris
P lutoni ceſſere, Iouem tulit ardua cœli
R egis pollentem dominum cum nubibus altis.

Terra nulli deo certa ſedes.

T erra aût omniparens, & qui tegit omnia Olympus, “
C erta deo ſedes non ſunt ex omnibus uni, “
S ed communis in his ditio eſt dijs omnibus horum. “

Iuppiter

I uppiter ergo ſua contentus ſorte quieſcat:
E tſi eſt prævalidus, ſibi tertia regna teneto,
M e uelut abiectum uerbis terrere ſuperbis
N e uelit, hæc nihili facientem uana minarum
N omina, queis potius natos natasq; tuliſſet
C aſtigare ſuos, quos (ſi parere recuſent)
C ogere ui poterat. Dicenti talia, tales
O re dedit roſeo uoces Thaumantia proles.
I ſta'ne uerba Ioui referam, pater inclyte ponti, Iris Neptu-
T am dura & prærupta iubes? an forte retractas. no.
P lurima ſæpe etenim ſapientes uerba retractant. "
S cis quoq; parendum natu maioribus eſſe, "
Q uorum ſunt etiam plectendi iura minores. "
H uic ita reſpondit rector Neptunus aquarum. Neptunus
R ecte equidem, & quod te decuit celer Iri loquuta es: Iridi.
E t tum res bene habet, cum prudens nuncius adſit. "
S ed dolor hic animum ſtimulat, cor adurit acerbum,
Q uod uerbis lacerat petulantibus immortales,
S orte etiam meritisq; pares, & honoribus ipſi.
N unc licet irati raro ſit cedere, cedam
S ponte tamen, teſtatus apud te hæc omnia certo
Q uæ loquar ex animo nunquam irrita uerba futura.
S i ſtatuit ſine me, ſine Pallade, ſi ſine cara
C oniuge, ſi ſine Mercurio, ſine principe fabro
P arcere Troianis, nec eorum funditus urbem
P erdere, & à magnis decus hoc auertere Graijs,
T um ſciat iratos nos perpetuò eſſe futuros.
S ic ait, atq; abiens ſe fluctibus abdidit altis:
Q uo cedente, duces contriſtabantur Achiuûm.
T um Phœbū pater alloquitur. Vade, Hectora magnū Iuppiter
A lloquere, & noſtris hæc dicito nuncia uerbis: Phœbo.
A lta tridentiferum rediſſe ſub æquora fratrem,
V itantem noſtrasq; manus, clademq; paratam,

S i perſtare manu contrà uoluiſſet inerti.
Q uæ res quanta trahat, quàm certa pericula ſecum,
I am plæriq; ſciunt alij, doctiq; fatentur,
E domiti manibus noſtris hoc robore diuis,
V t qui nunc Titanes habent loca ſubdita terris
I nfima, Saturnum circa ſine fine manentes.
V tilius fuit ergo opus hoc ipſiq; mihiq;,
V t licet iratus, tamen hinc auerſus abiret:
N e ſi congreſſus demens mihi fortè fuiſſet,
C oncideret dextræ domitus uirtute potentis.
T u nunc terrificam ſumens forti ægida dextra,
I ncute terrorem Danaïs, iaculator Apollo.
S ed tibi præcipuè curæ ſit ut inclytus Hector,
S ume operam, uires immitte, & eatenus ipſi
Q uatenus ad naues Danaos fuget, altaq; rurſum
H elleſpontiaci repetant maris æquora uicti.
C ætera quæ ſit opus fieri uerbis'ue, manu'ue,
I pſe ego curabo fieri, quo rurſus Achæi
R eſpirent ab eo pugnæ cladiſq; labore.
H æc mandata patris curans prudenter Apollo,
P ræpetibus pennis alta ſe miſit ab Ida,
A ccipitri ſimilis, quo non uelocior alter
V enatur timidas per conſita rura columbas:
Apollo accipitri ſimilis.
T alis Apollo uolans Priami defertur ad urbem.
I n qua magnanimum tunc repperit ipſe ſedentem
H ectora: non etenim iacuit, nec uulnere uictus
A mplius ingemuit, ſed compos mentis, & omnes
A gnoſcens ſocios, ipſum circum ordine ſtantes.
R eddiderat ſiquidem uires iam Iuppiter ipſi.
H unc prope conſiſtens ſic eſt affatus Apollo.
Apollo ad Hectorem.
H ector Priamide, quid nunc ita ſolus & æger
M embra ſedes? num triſte quid accidit? iſta loquuto
Ae gra trahens uocis ſuſpiria reddidit Hector.

O quem

O quem te memorem, uel tu quis es optime diuûm? *Hector Apollini.*
Qui nunc iſta roges ex me, num pondere ſaxi
Afflictum ingentis, neſcis? quod maximus Aiax
In mea detorſit præforti pectora niſu,
Ipſius ut ſocios dextra uictrice ſub altis
Nauibus urgebam ſternens. hinc illa gementis
Languida uis animæ, quæ nunc me nigra ſubire
Pene coëgiſſet longæui limina Ditis.
Huic iterum longè contorquens ſpicula Phœbus, *Phœbus Hectori.*
At tu (inquit) confide animo, me præſide tanto
Quæ nunc in ſumma reſidens Saturnius Ida
Me tibi demiſit curaturum omnia Phœbum,
Quæ tibi, quæq; tuis ſint cuncta ſalubria factu,
Qui te, qui patriamq; tuam deus antè propinquo
Exitio eripui, & præſenti à peſte redemi.
Nunc immitte equites, qui ſternant cuncta ruentes
Caſtra iterum uerſus Danaûm, quos ipſe ego ducam
Præcedens, ſternamq; uias, hoſtemq; fugabo.
Viribus, hæc dicens, animiſq; ingentibus implet
Hectora magnanimum. qui ſicut liber, & oci
Impatiens laſciuit equus, cum nactus apertam *Cõparatio; qua & alibi utitur.*
Planiciem, inſurgit pedibus, iam colla iugaſq;
Erecta ceruice quatit, uel nota requirens
Paſcua, uel fugiens aliquo ſe in flumine merſat,
Aut armenta petens in proxima fertur equarum:
Talis tunc pedibus ſublimis & impiger Hector,
Et genuum uirtute ualens, poſt edita Phœbi
Conſilia, & uires diuo aſpirante receptas,
Ibat agens equites uarijs in prælia dictis.
Atq; ut agreſte uirûm genus, atq; animoſa canum uis
Ardua præcelerem ſurgentem in cornua ceruum,
Hærentem'ue aliqua ſylueſtrem in rupe capellam
Sæpe petunt, nectuntq; dolos, & retia tendunt,

I lli ſe luſtris abdunt, & rupibus altis
D efenſant, ſi fortè leo uenantibus ipſis
S eſe atrox obiecit, in auia tuta relictis
R etibus effugiunt omnes, catuliq́; uiriq́;.
H aud aliter Danais urgentibus agmina Troum,
F œda ſparſa fuga, tum contigit, Hectora poſtquam
C onſpexere ſuos reuocantem in prælia dictis.
Terrentur *T um ſtetit attonitus gelida formidine ſanguis*
Græci uiſo *O mnibus, & pedibus uigor incidit omnis, & alti*
Hectore. *P ectoris atq; animi. tum ſic Andræmone natus*
Ae tola de gente Thoas iaculantibus armis
E gregius, calidaq́; bonus certare palæſtra,
V iribus eloquij pollens, ſi quando loquendo
D ecertent iuuenes, trepidos affatur Achiuos.
O ſocij, quæ nunc oculis miracula cerno?
Thoas Græ *Q uid monſtri hic uideo? quia quem modò lumine caſſum,*
cis. *D emiſſumq́; neci, tantum non certa fuiſſet*
S pes adeò nobis, Aiacis uulnere uictum,
E n uiuit, ſuperatq́;, ualetq́;, nec occidit Hector.
H uic res indubia eſt, aliquem fauiſſe deorum,
Q ui uitam uireſq́; ſimul, ſolitumq́; uigorem
R eddiderit. nec enim Iouis hæc ſine numine Teucris
E ueniunt, ut tanto animi nunc robore uictus
E xultet, cladem nobis, mortemq́; minetur.
Q ui uelut è noſtris iam plures lumine uitæ
D eſtituit, ſic nunc plures (ut opinor) ad umbras
D emittet. nunc ergo ſalubria adeſte monenti,
P arentes, popularem in caſtra remittere turbam
P ræſtiterit, nos hic meliores arte manuq́;
S iſtere, ſtare loco, & collatis uiribus hoſtem
V rgere: aut ipſum hic remorari, aut pellere retrò.
S ic aditu ſibi præcluſo, ſæuiſſimus Hector
S it licet, & ualidis quantumuis uiribus audax,

Non

Non tamen audebit perrumpere in agmen opinor.
Talia dicentem, placidis Argiua iuuentus
Audiuere animis omnes. tunc ergo uocatis
Primis Graiugenûm, per eos quos maximus Aiax,
Quos habuit ſecum Idomeneus, quos Teucer, & ipſi
Meriones Marti ſimilis, quæq; ipſe trahebat
Arma Meges, reliquo ad naues & caſtra remiſſo
Vulgari populo, ſe in prælia dura parabant.
Nec minus & Troës contrà, quos maximus Hector
Ducebat, quem præcedens anteibat Apollo,
Nube ſuperfuſa tectus, manibusq; ferebat
Aegida terrificam: quam denſis crinibus atram,
Terribilem fulgore ipſo, radijsq; minacem
Vulcanus dederat ſuperûm ſua munera regi,
Hoc ut monſtro hominum caperet formidine mentes.
Hinc utrinq; oriens defertur ad æthera clamor,
Et primum incipiunt miſſis pugnare ſagittis,
Mox fortes iaculari haſtas: pars maxima quarum
Conſtitit hoſtili defixa in corpore, quædam
Inter utranq; aciem uanis cecidere uolantes
Ictibus in terram, tum multa utrinq; cadebant
Corpora, multa ſolo recidebant ſpicula, donec
Aegida non quateret Phœbus. quam lumine toruo
In Danaos uertens poſtquam concuſſit, & ampla ui
Edidit inclamans uocem, formidine cunctos
Terruit inſolita, ceciditq; ferocia uaſti
Omnibus illa animi. ſolitæ tum deniq; facti
Immemores uirtutis erant, tum proxima fœda
Caſtra fuga repetunt, palantes æquore toto
Pulueris Iliaci, pro ut ſors ſua quemq; ferebat.
Non ſecus ac duo magnanimi de monte leones
Aërio digreſſi, in magna armenta feruntur,
Siue greges bouium nullo cuſtode per herbas

De hoc loco uide annotationes [redacted] in primum Iliados.

Rurſus conſligunt ambo exercitus.

Comparatio frequẽs huic poetæ.

Errantes,

E rrantes, properè inuadunt, campumq́; per omnem
D iſpergunt, paßimq́; fugant ſub nocte ſilenti:
S ic Danaïs turpemq́; fugam, Phrygibusq́; ſuperbam,
V ictricemq́; manum ceßit Ioue natus Apollo.
H ic ex hoſte aliquem ſibi Troum quiſq; peremit.
H ector & Aeneas binos: ſed maximus armis
P riamides, Stichiumq́; occidit & Arceſilaum,
I llum nempe ducem Bœota à gente profectum,
H unc à conſilijs fidum ſociumq́; Meneſtheo.
I äſan Aeneas clarumq́;, Medonthaq́; fortem:
H orum alter fuit Aiacis germanus Oilei,
E x patre, ſed tantum genitrice ex pellice natus,
E xtorris patria. nam poſtquam fortè nouercæ
G ermanum infœlix Eriopidis occidiſſet,
F ugerat in Phylacen: Sphelœi filius alter
B ucolidæ, princeps unus tum Cecropidarum
A gmina ducentum. Meciſten deinde peremit
P ulydamas, Echium pugnantem ad prima Polites
A gmina confodit. ſimili ſe more gerentem
D eiochum, Paris infixa ſic perculit haſta,
T ranſadigens humerum, medio ut de pectore ferrum
E xtaret. ſic occiſos, ut lumine uitæ,
S ic armis ſpoliant, & nuda cadauera linquunt.
Fuga effuſa T um Danai qua quemq; fugæ ſpacium ue locus ue
Græcorum. A bſtulit, effugiunt, & per decliuia foſſæ,
P er uallum, per ſaxa ruunt: ſic namq; coëgit
V is inuicta mali, ſaltem ut ſua caſtra tenerent.
V aſtum hic uociferans Hector, ſic uoce manuq;
I nnuit, ut ſimul exuuijs cæſisq́; relictis,
I mpete tantum uno ad naues & caſtra ferantur.
S i quenquam hic aliò tendentem à nauibus, inquit,
Hector Troianis. R epperero, ille loco mox extinguetur eodem
H ac dextra, nec quiſquam illi de ſanguine fratrum,

Non

Non ſoror aut genitrix aderit, qui debita ſoluant
Funera, ſed uolucres roſtris immanibus illum
Diſcerpent, fœdiq; canes ea uiſcera lambent.
Sic dicens, inſtigat equos, pungitq; flagello,
Vt curſum accelerent: aciesq; in prælia dictis
Excitat. illi alacres clamore feruntur in hoſtem
Immodico, turmæq; equitum, peditumq; cohortes,
Agminaq; effuſis in Achiua feruntur habenis.
Iamq; irrupturos in caſtra anteibat Apollo,
Aggeris extructi cumulos & cætera muri
Munimenta terens pedibus, coniecit iniquæ
In medium foſſæ ſuper æquans omnia, murum
Verſus: deinde uiæ tantum ſpacijq; reliquit
Cedentes inter Danaos Troasq; ſequentes,
Quantum miſſa uiri manibus, qui robore præſtet,
In longum tantumq; ſuperuolet haſta. per illud
Troiani ſpacium Phœbo duce, ſigna ferente
Aegidos horrificæ, totis in Achaica turmis
Caſtra ruunt, ſummi ſcandentes mœnia muri
Clamore horriſono, tranſcenſa labore ruebant
Tam facili, quàm quo puer alti in littore ponti
Fortè ſedens, opera è molli quæ ſtruxit arena — Cōparatio ad rem aptiſſima.
Diruit, & manibus quæ ſtruxerat antè reuellit:
Tam facilis fuit ille labor tibi Phœbe, ruinam
Et cladem Danaïs immittere, & agmina turpi
Primum ſparſa fuga, captis quoq; tradere caſtris.
At Danaï non antè fugam, non ſiſtere curſum,
Nuſquam ſtare loco, non antè reſumere uires
Quàm ſua ueniſſent in caſtra, ipſasq; carinas.
Tum ſe exhortari, & lugubri uoce ſupinas
Tollere in aſtra manus, uotis precibusq; uocare
Cœlicolas omneis, ante omnes Neſtor Achiuûm
Gloria, ſiderei ſuſpectans lumen Olympi,

Neſtoris ad Iouem in rebus deſperatis oratio.

E t tollens cum uoce manus, ſic deinde precatur·
I uppiter omnipotens, ſi quiſquam in Achæide terra,
A tq; Argo, eſt unquam te ſic ueneratus, opima
V t tibi terga boum ue ouium ue cremauerit aris
I nijciens, precibus uenerans ut in illa reuerti
I ncolumi liceat patriæ dulciſsima regna,
T uq; fauens precibus non irrita uota dediſti:
T e precor ô genitor, memor horum, reſpice noſtras
R es miſerè afflictas, atq; his ſuccurre periclis,
N e ſine ſub Phrygio Danaos ſic hoſte domari.
T alibus orantem non auerſatus, ab alto
I uppiter inſonuit uaſtùm, quod Troës in ipſos
V ertebant Danaos, perituroſq; omine tali
C redebant. atq; haud aliter quàm ſæpe procellæ
I ngentes uaſto in pelago uerrentibus Euris
Ae quora conuoluunt fluctus, & ſumma gementum
R oſtra carinarum feriunt aſpergine, & intrò
P er latera irrumpunt: ſic tum clamore ruentes
I mmani exuperant muros & mœnia Troës.
I amq; equitum turmis uſq; ad naualia uecti
P ugnabant, ab equis & curribus, acriter haſtis
V rgentes Danaos: hi ſe defendere certant
E ſummis ratium tabulis naualibus, armis,
C ontiſq; & ſudibus, tum ferro inſignibus haſtis,
Q ualia per naues iacuerunt plurima, bellis
A rma parata diu naualibus apta ſupellex.
I nterea Eurypylo Patroclus uulnera curans
A dſedit, uerbiſq; uirum oblectabat amicis,
D onec apud murum certatum eſt marte ſiniſtro
L ongè extra naues. ad quas ubi uiribus auctum
P errupiſſe hoſtem didicit clamore ſuorum,
E t gemitu fugientum, & uictos uoce fatentum,
T um primum ingemuit, ſortem miſeratus iniquam

Cõparatione & hac aliàs utitur.

Nominis

N ominis Argolici, manibus percuſſit utriſq;
T riſte femur, triſtiq; hæc uerba dolore profudit·
E urypyle, haud uacat ulterius conſiſtere tecum, Patroclus Eurypylo.
(E tſi forſan eges) ſic increſcente tumultu
M artis apud naues. famulum tibi amice relinquam,
Q ui te hic oblectet uerbis, & uulnera curet.
H inc me ego proripiam, magnum hortaturus Achillem,
S ubueniat feſſis. quid enim, ſi numine dextro
H unc ego permoueam, retrahamq; in bella uolentem?
N am monitus cari pollent uehementer amici. "
S ic ait, & pedibus celer auolat. agmina Troum
F ortiter interea arcebant inſtantia Graij.
P ellere ſed pauci tot non potuere phalanges
D ardaniæ, nec caſtra Phryges penetrare uiciſſim,
N ec naues Danaum: ſic ſeſe æquantis utrinq;
C onſtiterat pugnæ ratio, tam partibus æquis,
Q uam ſi forte faber (quem Pallas in illius artis
O mnibus erudijt ſtudijs) deliniet æqua
N aualem ratione trabem, ſeu formet amuſſi.
I amq; alijs alij certabant Troës Achiuis,
H ector in Aiacem ſolum ſe ſolus agebat, Hectoris et Aiacis pugna & certamen ad naues.
Q uos inter de naue fuit certamen eadem:
T entante incaſſum, quod conabatur, utroq;,
I llo inferre faces, captamq; incendere puppim,
H oc arcente manu, & prohibente à nauibus ignem.
C um prohibere tamen iam non ſatis Hectora poſſet
N uminis inſtinctu pugnantem, concitus Aiax,
P ectora in aduerſi conſpecta Caletoris haſtam
C onijcit, ad nauem flammas ſtuppasq; ferentis.
(H ic Clytio genitore ſatus fuit, atq; ſorore
H ectoris) huic in humum delapſo, ſtuppa relucens
E xcidit è manibus. quem naues ante iacentem
C onſpiciens Hector, clara ſic uoce minatur

C iuibus & ſocijs Troiani, & Dardana pubes,
Hector Troianis & ſocijs. E t Lycij, ne fortè pedem referatis ab hiſce
N auibus, hoc rerum tanto diſcrimine, ne dum
N os oppugnamus naues, & uincimus, illi
E xuerint ſpolijs armiſq; Caletora cæſum.
S ic ait, & totis adductam uiribus haſtam
T orſit in Aiacem: ſed ab illo cuſpis aberrans
E xtrema defixa ſub aure Lycophronis hæſit,
M aſtore progeniti, qui gente Cytherius eſſet,
O b cædem è patria profugerat, uſus & armis
A iacis domini, & longa aſſuetudine. quem ſic
P rolapſum, exanimemq; uidens, animumq; dolore
S aucius, alloquitur fratrem Cariſſime Teucer,
Aiax Teucro fratri. O ccidit en ſocius, nobis quo fidior alter
N on fuit, & qui nos coluiſſet ſemper amicos,
M aſtorides Lycophron, & concidit ictus ab ipſo
H ectore. nunc ubi ſunt igitur tua tela ſagittæ?
A rcus ubi ille tuus, quo te donauit Apollo?
H is ille auditis, mox ſe conuertit ad arcum:
Q uem geſtans unà, & pharetram, celereſq; ſagittas,
A pplicat ad fratrem ſeſe, tum ſpicula in hoſtes
D irigit, & primum, natum Piſenore Cletum,
I nſignem uirtute uirum, qui fidus amicus
P ulydamantis erat, qui tunc auriga feroces
I lluc egit equos, ubi plurima turba tumultus
C oncierat, facieſq; erat orta aſperrima pugnæ,
G ratificans Teucris, laturus ab Hectore laudem
P ræmia uirtutis. ſed agentem talia fati
O ccupat hora mali: quam nemo auertere peſtem
A' capite hoc potuit, fixa in ceruice ſagitta
E' Teucri pharetra. manibus tum lora remiſſis
E xciderant, ipſe è curru defluxit, arenæ
I ncumbens, uacuum ferientes calcibus axem

O bnituntur equi. quæ ſic fieri omnia cernens
P ulydamas, ſe obiectat equis, traditq́; regendos
A ſtynoo Protiaonidæ. ſimul admonet, ipſi
A' tergo propè contineat, nec abire feroces
Q uóquam aliò ſinat. Hæc dicens, ſe immiſcuit armis
P ugnantum, primasq́; acies & ſigna tuentum.
T um ducens aliam Teucer pendente ſagittam
E' pharetra, magnum miſſurus in Hectora, finem
F acturus miſeræ circum naualia pugnæ,
S i ſummum ſtrauiſſe ducem potuiſſet. at ipſum
I uppiter haud paſſurus erat: namq; Hectora tutum
P ræſtitit, & tanto Teucrum ſpoliauit honore.
N amq; tenens habilem dum tendere nititur arcum,
M ittere conatus qua tenderet arte ſagittam,
D iſſilit in geminas uano in certamine partes
N eruus, & excuſſum diffugit in aëre telum.
T erritus hoc caſu Teucer, Telamone creatum
A' lloquitur fratrem: Facinus prò frater iniquum,
C onſilia euertit pugnæ noſtra omnia ſæuus
I uppiter, ille etiam neruum mihi fregit, utraq;
E xcutiens arcumq́; manu, celeresq́; ſagittas,
Q uæ noua uix nuper belli miſerabilis huius
Q uoslibet in caſus mihi ſuffectura pararam.
H uic ita reſpondens fatur Telamonius Aiax:
N unc age mitte arcus enerues, mitte ſagittas,
Q uando ita res Danaûm deus auerſatur & odit.
H aſtam ſume manu longam, clypeumq́; minacem
R obuſtis ſuſpende humeris, & tu quoq; frater
P rogredere in pugnam, ſocios hortare capeſſant
S e dignos animos, atq; armis arma repellant:
N e ſi nunc timidos ignauia fœda moretur,
I ntereant, & nos ipſis cum nauibus omnes.
Q uin potius pugnæ memores in bella ruamus,

Arcus Teucri frangitur.

Teucer Aiaci.

Aiax Teucro.

Dum licet, & noſtris conſultum rebus eamus.
Sic ait. Ille arcu poſito, tentoria curſu
Nota petens, clypeumq; humeris ſuſpendit ab amplis
Armat ſe Teucer. Quadruplicem, capitiq; aptat quàm ferre ſolebat
Arte laboratam galeam, criſtisq; minacem.
Inde haſtam capit oblongam, ferroq; nitentem
Præfixo, tum curſu iterum contendit anhelo
Ad fratrem, ſumptis quem iuxta conſtitit armis
Hector, ut abſq; arcu Teucrum cognouit inermem,
Sic Phrygibus Lycijsq; eſt clara uoce loquutus.
Troës, Dardanidæ, Lycij, fortiſſima bello
Pectora, nunc agite eſte uiri, nunc ſitis auitæ
Virtutis memores, apud has nunc uincite naues:
Optimus è Danaïs grauibus certare ſagittis,
Amiſſo iam nunc eſt factus inutilis arcu,
Diffracto neruo quem Iuppiter abſtulit ipſi.
His ego uidi oculis. promptum eſt cognoſcere, uirtus “
Ab Ioue ſeu ueniat, ſiue eripiatur ab illo: “
Cum decus adijciat nunc huic, nunc auferat illi. “
Vt nunc propitius nobis, infeſtus Achiuis,
Deprimit hos, nos extollens. agite ergo frequentes
Pergite, & expugnate rates, audete timentes
Vincere. quod ſi quis noſtrûm quoq; ſorte maligna
Occidat, occiderit: Res eſt pulcherrima, mortem “
Pulchrum mori pro patria. Pro patria oppetere, & ſaluos præſtare penates, “
Coniugia, infantes, patriam, dulcesq; parentes “
Morte ſua. quæ nos etiam ſeu lumine caſſi, “
Seu uiui præſtare tenebimur eſſe parati. “
Quid refert etenim, ſi aſcenſis nauibus Argos “
In patriam redeat nobis uictoribus hoſtis?
Talibus accendit dictis, animosq; pupugit
Ceu ſtimulis. contrà ipſe ſuos Telamonius Aiax
Hortatur, monitisq; accendit talibus iras.

Quis pudor Argiui nouus hic? quod dedecus ingens? *Aiax Græcos hortatur.*
Heu quid flagitij? ſinitis'ne incendere claſſem?
An præſtatis opem? quæ ſunt hic optima factu?
Quod'nam præſtat opus? niſi ſpes eſt poſſe reuerti
In patriam pedites, ſi naues auferat Hector.
Num uerò obſcurum eſt? an non auditis, ut omnem
Et quibus hortetur populum rationibus? ignem
Nauibus inijcere, & totam comburere claſſem?
Non tamen ut cœtu ducant plaudente choreas,
Verum ut bella gerant. nobis nihil illius unquam
Conſilij uenit in mentem, num præſtet adortos
Corporis atq; animi reuocatis uiribus hoſtem
Conſeruiſſe manus, quàm ſic ſine laude perire
Temporis exigui ſpacio? melius'ne ſit ultro
Viuere, an hoſtiles ita nos (prò dedecus ingens)
Inſultus tolerare, & inertes poſſe uideri
A nobis multo uirtute minoribus iſtis.
His acuit dictis animos, atq; aggerat iras.
Interea Schedium perimens intercipit Hector,
Phocea de gente ducem, Perimede creatum.
Laodamanta neci Telamonius occupat Aiax,
Præfectum peditum: præclaro Antenore natum
Pulydamas, Otum Cyllenion excipit, illum
Phylidæ ſocium, ducentem in bella cohortes
Gentis Epeorum. quem cernens morte cadentem
Indignante Meges animo, mox ipſe ſuperbum
Pulydamanta petit, feriturus. at ille ſub ictum
Corpore ſe inclinans, uenientia tela fefellit
(Nondum etenim Pantho genitum ſtatuebat Apollo
Ipſe ſuo, uiui priuari luminis aura)
At medium Crœſmo pectus confixit acutæ
Cuſpidis enſe Meges: quem lapſum pondere uaſto
Cum ſonitu in terram, dum fortibus exuit armis

P *hylides,uirtute Dolops & robore præſtans*
L *ampetides,forti Lampo genitore creatus*
L *aomedontiada,palmam,tranſuerberat haſta,*
C *orpora adacturus ſpoliantis in intima ferrum,*
F *ortia cum medij rupiſſet tergora ſcuti,*
N *i bonus & firmus chalybæo robore thorax*
D *efendiſſet ope certa,quem robore tali*
T *amq; bonum Phyleus à Selleente profectus*
A *ttulit ex Ephyra,cui rex ea dona dediſſet*
H *oſpitij iure Euphetes,quem ferre reliquit*
I *pſe Megi Phyleus,in prælia dura uirorum,*
A' *quo perniciem certam tunc ille remouit.*
C *ontrà Phylides Dolopis cum uertice conum*
D *iſcutit è galea,criſtasq; infringit equinas,*
E *t proſternit humi,fœdatq; in puluere turpi*
P *uniceo tinctas & adhuc ardore rubentes.*
S *ic igitur pugnans, dum ſperat uincere,pergit,*
A *uxilio donec ſubijt Menelaus : is haſtam*
S *ubſtitit occultans,ne conſpiceretur,& ipſum*
S *e quoq; ſubducens,telum iacit inde cruentum,*
C *onfodiens humerum,per quem de pectore ferrum*
E *xtitit intruſum.cui dum ſpecioſa iacenti*
D *etrahere arma parant ambo,mox inclytus Hector*
I *uſsit adeſſe ſuos,& conuocat ordine fratres,*
A *tq; ipſum in primis Hicetaoniden Melanippum.*
Q *ui dum curuigradis Percotia paſcua bobus*
S *eruaret,procul à ſtrepitu,& mauortibus armis*
O *cia tuta terens,inſana negocia fugit.*
A *t poſtquam Danaï curuas duxere carinas.*
L *ittus ad Iliacum,Troiana in regna reuerſus,*
C *um Priamo natiſq; manens habitabat,ab illo*
N *on ſecus ac proprio genitus de ſanguine,cultus,*
Q *uod Troas uirtute inter præſtaret auita.*

Talibus

Talibus hunc uerbis fortiſsimus increpat Hector·
Siccine uos Melanippe decet? ſic ergo feremus Hector Melanippo.
Dedecus hoc nobis adſcribi, ut inertibus, ingens?
Te'ne angit? iacet ecce Dolops patruelis amicus,
Lumine priuatus uitæ, priuandus & armis,
Si patimur, ſi ceſſamus. num cernis ut ipſum
Deſpolient? ſequere ergo cito pede, deinde licebit
Amplius haud Danaïs ut pugnent eminus armis:
Comminus impetere, & manibus conuellere certum eſt,
Vt uicti aut pereant, aut ardua pergama Troiæ
Victores capiant, & capta iacentibus æquent.
Sic ait, anteuolans: ſequitur Melanippus euntem,
Cuncta deo ſimilis. ſed & Aiax ipſe uiciſsim
Hortaturq; ſuos, animatq; in prælia dictis·
O ſocij, nunc eſte uiri, nunc iuſtus in hoſtem
Vos ſtimulet dolor, ira animos nunc excitet acres.
Vinci uos pudeat. nam quos pudor armat in hoſtem, "
Saluantur plures, quàm qui fugere: nec ullum "
Aut animi decus eſt, aut uis fugientibus ulla "
Corporis. hæc dicens, animos acuebat in iram,
Sponte ſua pronos ad agendum fortiter. ergo
Ferratam claſsi ſepem obiecere ſuorum
Corporibus, clypeiſq;, & acutæ cuſpidis haſtis.
Contra quos Phrygios animabat Iuppiter hoſtes.
Antilochum minor Atrides his admonet orſus:
Antiloche, haud aliquis iuuenum tibi gentis Achiuæ Menelaus Antilocho.
Conferri poterit, ſiue armis arte rotandis,
Seu curſu ſit opus, ſi quem de Troïbus hoſtem
Exiliens telo percuſſeris. iſta profatus,
Retrò abit. Antilochus uerbis animatus Atridæ,
E' prima pugnantum acie prorupit in hoſtem,
Circum ſeſe oculis luſtrans, licet ipſius ictum
Horrentes tacita paſsim formidine Troës

S ubtraherent ſeſe, tamen haud emiſit inani
C onatu iaculum. nam forti Hicetaone natum
V ulnere ſub papula Melanippum in pectore fixit,
T unc primum dubij uenientem in prælia Martis.
Q uem ſuper arma graui reſonantia mole cadentem
D um ſpoliare parat ferus, haud ſecus irruit, ac ſi
I n timidum canis hinuleum, quem dulcia matris
L uſtra relinquentem, iaculo uenator acuto
C onfixit: ſic ſe Antilochus tum fortis agebat,
C lare in te Melanippe ruens. res Hectora magnum
I ſthæc non latuit, qui per media agmina currens,
I nfeſtum ſeſe Antilocho iratumq; ferebat.
I lle & ſi nec ineptus erat, nec degener armis,
N on tamen expectans melioris tela refugit:
V t fera quæ paſtore boum per paſcua cæſo,
A ut cane, præcipiti refugit pede, uiribus impar
I pſa ſuis metuens, turbæ haud confiſa futuræ.
S ic tum Neſtorides: poſt cuius Troës & Hector
S picula mittebant longè reſonantia, tergum.
Q ui poſtquam ſeſe ad ſocios in tuta recepit,
C onſtitit, & Troiana obuertit in agmina uultus.
I lli autem ad naues ſæuorum more leonum
V aſta mole ruunt, animati numine ſæuo
A uerſi Iouis à Danaïs: hic robora Teucris
A ddidit, eripiens Danaïs: hic mentem animumq;
S uggeßit Teucris acuens, hebetabat Achiuûm:
H is ignominiam, decus illis attulit ingens,
P riamidæ in primis, per quem ſpectaret, in altis
O mnia funeſtum depaſcere nauibus ignem.
S ic Thetidi feciſſe ſatis, tam grandibus uſam
V otis & precibus reputans, ſe rector Olympi:
I nde repulſurus repetendam Troas in urbem
A' caſtris, à claſſe procul, decus omne Pelaſgis

A miſſum reparaturus. Nunc Hectora pronum
S ponte ſua turbare acies, incendere naues,
I nſtigat tamen, & tumidum ſucceſſibus implet
V i ualida, uirtute noua. ſic ſæuit in hoſtes,
S ic circum tulit arma furens, ceu fulmineus Mars,
A ut ut montanis cum noxius incidit ignis
A rboribus latè exuperans, latè omnia uaſtat.
T dis erat, talem ſe martius Hector agebat
P er medias acies, ſpumis undantibus ora
T urgida feruebant, ardebant lumina ſæuis
T orua ſupercilijs, nutant in uertice criſtæ
T erribiles, quodamq; uelut terrore minaces,
Q uæ ſummo è galeæ cono ceu murice tinctæ
E xtabant. namq; ipſe aderat, ceu lapſus Olympo,
I uppiter, auxiliumq; uiro, uireſq; ferebat,
V num tot proceres inter tot honoribus augens
T ot ſignis decorum, popularis gloria famæ
T anta unum decorans euexit ad æthera ſummum
H ectora, nempe breui fruiturum luminis aura
T empore uitalis. nec enim procul Hectoris æui
D ucebant auidæ fatalia tempora Parcæ,
Q uæ ualidis obiturus erat uictoris Achillis
S ub manibus, uires & opem præſtante Minerua.
I n medios igitur properans, ubi maxima pugnæ
C onſtiterat moles, ubi confertiſſima denſis
T urba uirûm cuneis in mutua fata ruebant,
H ector eò ſeſe ferus intulit, omnibus urgens
A gmina ſtricta locis, acies perrumpere Graiûm
C onatus, tamen haud potuit, quia ſcilicet hoſtes
C onferti obſtarent armis, illiſaq; retrò
A gmina reijcerent, acies nec cederet ullo
V lla loco magis, æquoreo quàm littore cautes
F irma ſitu cedit, cum uerrunt æquora uenti

Hectoris ſæuientis & irati deſcriptio.

Hoc & Achilli alibi tribuit.

F luctibus inſanis. tandem uelut ignibus Hector
V ndiq; collucens, condenſum erupit in agmen.
S icut ubi in uaſto ſtridentibus æquore uentis,
A ctus ab immani, nauemq́; urgente procella
I mprobus in puppim cumulus prorupit aquai,
E t totum illuuie & ſpumis albentibus implet,
E xtrema miſeri trepidant formidine nautæ,
S pectantes mortem ante oculos: ſic pectora Achiuûm
H orridus inuaſit timor, ut uidere furentem
H ectora, perrumpentem acies, atq; agmina curſu
S ternentem. ceu ſæpe leo, quem longa coëgit
Cōparatio de leone. D eſæuire fames, immenſa armenta iuuencûm
N actus in herboſi uiridanti gramine campi
I nuadit, ſternitq́; ſolo, paſtore ſtupente
I gnauo, nec bobus opem præſtante relictis:
N unc prima aggrediens, nunc fertur in ultima, nunc ſe
I n medium inijciens taurum depaſcit opimum,
E t totum trepidante fuga fera diſſipat agmen.
S ic Danaos trepida captos formidine toto
L ittore diſpergunt Hectorq́; & Iuppiter author
M ortiferæ cladis: tum præſidia ultima naues
T ota fuga repetunt fœda ſimul agmina Graiûm.
E quibus abſq; omni fugientibus ordine, ſolus
P ræclarus uirtute Mycenæus Periphetes
C oncidit, illuſtris Copeï filius, eius
R ege ſub Euryſtheo qui functus honore fuiſſet
L egati, ad magnum Alciden. pater ipſe profecto
D eterior nato, quia ſic uirtutibus auctus
F ilius enituit ſimul omnibus: ille uolantum
D exteritate pedum ſimilis, bonus ille ſub armis,
O mnia militiæ decora exæquata tenebat,
C onſilio uafer, & prudens, quàm quiſq; Mycenis
E ſſe queat, magno moriens ergo ille reliquit

Priamidæ

Priamidæ decus eximium. nam uerſus ad altas
Cum fugeret naues, clypei pes hæſit in ora
Demiſſi ad talos imos. cadit ille ſupinus
Ingenti armorum ſonitu, galeæq; cruentam
Concutientis humum. quod cernens Hector, ad ipſum
Aduolat, aſſiſtensq; iacenti in pectore telum
Defigit, ſpoliatq; abeuntis lumine uitæ.
Idq; inter ſocios, ſed quorum nemo iacenti
Auderet ferre auxilium, ſibi quiſq; timentes
Hectora: terribilis tantum fuit omnibus Hector.
Iamq; fuga, ſicco ſtantes in littore naues
Contigerant trepidi, quas circum interq; cadentes
Funduntur: iamq; his etiam fugere relictis,
Siſtentes ad aperta fugam tentoria demum,
Atq; ibi conferti ſtabant, non amplius auſi
Inſtruere aut acies, aut latius ire, ſed ipſos
Hinc metus, inde pudor cogebant uera fateri,
Et ſeſe exhortari, atq; edere mutua rebus
Conſilia afflictis. quorum Neleïus heros
Argiuûm decus ille monens, iubet eſſe ſuorum
Natorum memores (quid enim ſuperauerit?) inquit.
Nunc agite eſte uiri, atq; animis proponite ueſtris — *Neſtor græcos adhortatur.*
Inde ſequuturæ uictos mala nomina famæ.
Nunc patriæ memores, animo nunc quiſq; reuoluat
Coniugium, natosq; domi, dulcesq; parentes,
Regna, facultates, ſeu nobis illa ſuperſunt,
Siue amiſſa iacent. per ego hæc abſentia uos nunc
Obteſtor, ueneror, ne detis inertia turpi
Terga fugæ, ſed adhuc reſtetis fortiter hoſti.
Talia commemorans, animos accendit Achiuûm.
Quorum luminibus nubem Tritonia Pallas
Diſpulit umbroſam. iam clara in luce uidebant
Prælia aperta geri, tum quæ pro nauibus ipſis,

Tum

T um quæ parte alia medij in certamine campi
P ugnabant commiſſæ acies, tunc Hectora magnum
T roianosq́; uident. pars quorum longius extra
E rumnoſæ aberant inſana pericula pugnæ,
P ars propè pugnabant ſtantes in littore naues.
I amq́; nec Aiaci tantum eſt in pectore robur,
T antæ animo uires, ut qua fugere cateruæ
C edentes Danaûm reliquæ, conſiſteret unus:
S ed celerans per tota citò naualia curſu,
F erratum quatiens uegrandi robore contum,
B is denis longum cubitis illum atq́; duobus,
T otus agaſoni ſimilis, per equeſtria docto
Q ui reſidens in equo, delectos quattuor omni
Agaſoni cõparatus Aiax, ut ſupra aſino. E' numero magnam uænum ducturus in urbem,
P er longæ ſpacia ampla uiæ, per & æquora campi
P ræ ſe agit, inſiſtens ſtimulis, ut quemq́; notarit
T ardigradum, propè compellens uolitare caballos,
M irantur forteſq́; uiri, timidæq́; puellæ.
S ic Aiax, ultroq́; uolans, citroq́; per omnes
V ociferans naues, cœlum clamoribus implet:
N on ceſſans ſocios hortari, ut ab Hectore claſſem
D efendant, factaq́; manu tentoria ſeruent.
I pſe Hector non in medijs loca certa tenebat,
S ed uelut aërio præpes Iouis ales Olympo
D euolat, anſeribus rapax gruibus'ue canoris,
A ut loca fluminibus paſcentibus adſita cygnis
Hector in naues Græcorum. E xitium portat certum: ſic inclytus Hector
O ppoſitam inſiliens nauim, Ioue pulſus ab ipſo
A' tergo, mox & comitum ſe turba ferebat
A uxilio ſubiens. atq́; hic acerrima oborta
A d naues iterum pugna eſt, noua pectora credas
V iribus eſſe nouis, non antè in bella profuſis:
V ſq́; adeò pugna iam concurrere feroci,

Cum

C um ſpes nulla foret Danaïs ſe euadere poſſe
T am triſte exitium: contrà ſperantibus illis
P erdere ferro hoſtes, igniq; abſumere naues.
T um manibus puppim retinens fortiſsimus Hector
N auis Protheſilaë tuæ, qua ſcilicet eſſes
V ectus ad Iliacæ pulcherrima mœnia Troiæ,
S ed non inde domum ſumma ad tua uota reuectus:
H anc retinens igitur collectis uiribus Hector,
N uſquam amittebat. iam non uelut antè ſagittis
M iſsilibusq; alijs, ſed toto marte uiciſsim
C ollato pede confligunt, mucronibus, haſtis,
E t gladijs, grauibusq; bipennibus, atq; uerutis,
A tq; alijs, tum rem Danai Troësq; gerebant.
T um manibus gladij multis cecidere remiſsis,
S anguine manantes, alijs conciſa fluebant
A d terram ſcuta atq; enſes & cingula ſummis
E x humeris, fuſo manabant ſanguine arenæ.
H ic Hector ſemel arreptam dimitere puppim
N olle, priuſquam peſtiferos illi inferat ignes.
T um dictis animare ſuos, ac talia fari·
F erte ignem clamore pari, date lampada Troës,
H ic eſt ille dies quem nobis Iuppiter almus
I ndulſit, dignumq; dedit quo perdere naues
A tq; uicem Danaïs hodie tot reddere ſtragum
P oſsimus, claſſe abſumpta ſub uindice flamma,
Q ua ſunt huc fato diuûm prohibente profecti,
N obis perniciem, nobis mala multa ferentes.
Q uamuis hæc etiam noſtrorum culpa fuiſſet,
Q ui me ſæpe ſub his cupidumq; auidumq; carinis
N oluerint pugnare ſenes, ciuesq; uetarint
H uc mecum ueniſſe alios. Sed tunc quoq; nobis
I uppiter eripuit mentemq;, animumq; uirilem:
N unc tamen inſtaurans reddit, melioribus auctum

Nauis Protheſilaï capta.

Hector iam uincēs ſuos inclamat.

Viribus,

V iribus,atq; etiam nos hæc impellit agentes.
H æc ubi dixiſſet,tum toto Troës Achiuos
A gmine pugnantes urgent,tum maximus Aiax
P erſtare haud potuit,tam denſis undiq; telis
O bruitur petiturq́; unus,iam certus iniquo
S e fato rapiente peti,tum deniq; retrò
S e tulit,& ſeptem tranſtri ſcabella pedalis
C onſcendit,ſtabatq; obſeruans ſi quis ibi ignem
N auibus inijciat,quos omnes fortiter haſta
A rcebat,ſocios magna ſic uoce laceſſens.
Aiax ſocijs. O ſocij,heroës Danaï,fortiſsima bello
P ectora,nunc agite eſte uiri,nunc quiſq; laboret
V irtutis memor eſſe ſuæ,nunc digna priore
E dite militia: num ſcilicet inde futurum
P oſſumus auxilium ſperare,& credere nobis
V enturas acies alias? an qui tueantur
N os,alios muros,nos expectare iubemur,
Q ui nos accipiant fugientes? nulla propinqua eſt
V rbs quæ nos capiat,cuius confidere muris
T urribus aut altis,aut deniq; ciuibus ullis
P oſsimus: cuncta hic nobis aliena tenentur,
T am procul à patria hoſtili in regione moramur,
H oſtibus hinc,nos hinc claudentibus æquoris undis,
S cilicet ut nobis ſolam ſupereſſe ſalutem
I n manibus liceat cognoſcere.talibus Aiax
H ortatus ſocios,feriente coërcuit haſta
Q uiſquis ad undiuagas auſus ſuccedere naues
I gnes conijceret,facturus grata ſuperbo
P riamidæ,ſic ut facerent ſine fine monenti.
S ic igitur bis ſex defenſas ante carinas
V rere coniectis conatos ignibus,Aiax
C onfecit,ualidaq́; neci contradidit haſta.

Talibus

ILIADOS HOMERICAE LIBER XVI.

T A libus ad nauem dum certant Troēs Achiuis
P roteſilaē tuam, magno Patroclus Achilli
A dſtitit, ubertim lachrymās, et turbida guttis
G randibus ora rigans. ſicut cum fortè ruentis
L iquitur imber aquæ, celſæ de uertice petræ.
Q uem celer aſpiciens ſic eſt affatus Achilles,
C ommiſerante animo: Quid ſic Patrocle profuſis
I ndulges lachrymis, pauitantis more puellæ,
Q uæ fugit ad matrem, & ſeſe ſub pallia condit,
A rreptaq; manu properantem ueſte moratur,
F lentibus aſpectans oculis, efflagitat altis
I nferri ſinibus caræ per brachia matris?
T ali perſimilis, quid te Patrocle dolendo
E xcrucias? quorſum lachrymæ tibi? quæ'ue ea cauſa eſt?
N um quis Myrmidonas, me'ue ipſum caſus acerbus
I nfeſtat? tuq; hæc accepta è diuite Phthia
N uncia ſolus habes? Nam certè uiuere fama eſt
P eleum Aeaciden, magnoq; Menœtion altum
A ctore progenitum, qui nos genuere parentes.
V iuunt Myrmidones: niſi tu fortaſſe cadentes
A nte rates miſerare uiros, iſtaq; luentes
C lade ſcelus, quo me immeritum affecere uolentes.
D iſſere quicquid id eſt, ut quod ſcis unus, id ambo
N oſcamus: nec me quicquam celaueris huius.
C ui grauia ex imo ſuſpiria pectore ducens,
V erba Menœtiades lachrymarum plena profatur.
M agnanime Aeacida, Danaûm fortiſſime Achilles,
N e ſæui, ne'ue accuſa, ne iraſcere uictis
C ladibus infandis, & iniqua môle laborum
A rgiuis, quorum ducentes agmina reges

Achilles Patroclo.

Patroclus Achilli.

Saucia

S aucia pars non parua iacent tentoria ſubter,
E t naues intra. Diomedes ſaucius ipſe eſt,
S aucius eſt Laërtiades, eſt magnus Atrides
S aucius, Eurypylus fœmur immedicabile languet.
S ed tamen adſiſtunt medici, curaq; fideli
S aucia membra fouent. at tu implacabilis iram
V oluis adhuc animo, quæ à me procul abſit, acerbam,
E x ipſa uirtute ferox, crudelis, & acer.
Q uis tua laude ferat de poſteritate futura
N omina? quis'ue uolet tam ſæuis faſtibus uti?
S i non exitio prohibes atq; eripis iſto,
Q uod nunc intentant miſerandis Troës Achiuis,
C rudelis, non te genuit mitiſsima Peleus
P ectora ſortitus, non te dea gurgitis alti
B landa Thetis: uaſti genitrix te cærula ponti
V nda tulit, ſcopuli te progenuere ſonantes
F luctibus aſsiduis, & ſemper ab imbribus udi.
Q uod ſi relligio eſt incuſſa obiecta'ue menti,
A ut te oracla Iouis terrent, quæ cærula mater
F orte Thetis retulit, me ſaltem mitte tuorum
V iribus armorum fultum, fortiq; phalange
M yrmidonum, ſi forte aliquam præſtare ſalutem
A fflictis poſsim Danais, & forſitan hoſtis
T erritus arma uidens tua, te putet eſſe ſub armis
P ræſentem, retrò Phryges in ſua caſtra faceſſant,
R eſpirent Danaï, conſumptis uiribus ægri.
R eſpirare equidem pauxillum à marte, ſalubre eſt.
S ic etenim inſtantem repetitis uiribus hoſtem
E t reparati animis facile in ſua caſtra repellent,
V el ſolo clamore licet. Sic ille Menœci
F ilius: ah demens, qui non præuiderit, iſthinc
E ſſe ſui cauſam fati, luctusq; ſuorum.
Q uem graue ſuſpirans ſic eſt affatus Achilles.

Hunc locum in Didone & Aenea ſuo Virgilius imitatus eſt.

Hei

H ei mihi mi Patrocle, quid hæc? quæ uerba profaris?
N ec me relligio, nec me ulla oracla morantur,
A b Ioue per matrem mihi reddita, ſed grauis æſtus
O btinet irarum, reputantem qualia paſſus,
Q ualia ſim meritus, quæ prælia, quosq; labores
P ertulerim. quando hæc naturæ affectio noſtræ eſt, “
V t grauius multo quàm cætera probra feramus, “
S i quis ob imperium quia præſtet, iniqua rependat, “
E t ſua præripiat meritorum præmia, cui ſit “
N ec uirtute prior, nec partæ nomine famæ, “
Q uo nec imaginibus melioribus eſſe probetur, “
C onditione etiam par ſit. quam nunc Agamemnon “
I n me ignominiam demens exercuit, & ſe
P rætulit, erepta pulchra Briſeïde, pro qua
I pſe tot erumnas tuleram, tot & ipſe labores
P aſſus eram, cuius patriam ſublimibus altam
M œnibus erueram, mihi quam conſenſus Achiuûm
V nanimis largitus erat, ceu munus honoris.
H anc uelut è manibus raptam mihi, degener ac ſi
I gnauus'ue manu, genere aut ignobilis eſſem.
V erum ea quæ ſunt geſta prius, nunc mittere certum eſt:
N amq; nec iram animo fas eſt ſeruare perhennem. “
Q uanquam ego iamdudum ſtatui dimittere: uerum
N on prius, ante meas quàm ſæua tonitrua naues
M artis inaudiſſem captis horreſcere caſtris.
T u nunc, quod ſupereſt, noſtra induere arma, ducemq;
M yrmidonum te præbe globis, rapidæq; phalangi,
I pſis iam pugnare auidis. Iam nempe corona
C eu nebula cinxere rates latè agmina Troum,
A d maris undiſoni fluctus & prima redacti
L ittora ſtant Danaï, loca proxima mortis habentes.
Q uáq; per exiguum diſtant, ſic hoſtibus aucta eſt
V is animorum alacris, maiorq; audacia ſurgit:

Achilles Patroclo pulcherrima oratione ſuadet, ſed non perſuadet.

Quippe mei galeam capitis, criſtasq́; minaces
Non propius rutilare uident: foret æquus Atrides,
Iamdudum ipſorum conſtrata fluenta dediſſem
Plena cadaueribus, qui nunc Argiua *ſuperbi*
Victores per caſtra ruunt: non ipſe periclum
Tydides arcere ferox fatumq́; malignum
Exitium'ue poteſt. Iam non hortantis Atridæ,
Inuiſi nobis capitis, uocem'ue ſonum'ue
Accipiunt, ſed ad Hectoris *omnia uerba tremiſcunt*
Sanguinei, hortantis ſocios, campumq́; per omnem
Palantes metuunt circumfuſa agmina Teucrûm.
Tu tamen in medios nihilominus irrue Troas,
Et miſeras defende rates, ne incendia paſcant
Hoſtica, ne diro conſumptis nauibus igni
Per mare ueliferum, perq; æquora nigra negetur
In dulcem patriam reditus, caroſq́; penates.
Hoc tamen in primis animo propone tenaci,
Quod nunc ut facias iterumq́; iterumq́; monebo,
Quo mihi præcipuam tua per facta inclyta laudem
Et decus immortale pares apud agmina Achiuûm,
Qui mihi ſponte ſua caram Briſeïda *reddent,*
Et ſimul ampla ſatis perſoluent munera, ſi tu
Reppuleris ſæuum Danaïs *à nauibus hoſtem.*
Quod ſi fortè tibi Iunonius ille maritus
Annuerit, contentus eris: tum quidlibet ultrà
Aggrediare caue, nec te uictoria porrò
Prouehat, aut prædulce decus dementet, ut hoſtem
Præualidum nimis audaci uirtute laceſſas
Vlterius, ne'ue abſenti mihi dedecus ingens,
Exitium'ue pares præſens tibi: ſi quis Olympo
Fortè deûm lapſus, defenderit agmina Troum.
(*Sunt etenim* Phœbo *cariſsima.*) *Quare age caſtris*
Troas ubi expuleris, ſæuumq́; à nauibus ignem

Depuleris,

D epuleris, ſinito medijs confligere campis
E t Danaûm Trouḿq; acies, & cernere ferro.
Q uod uelit ô utinam diuûm pater atq; hominum rex
I uppiter, ipſa uelit Pallas, uelit altus Apollon,
V t nemo fugiat mortem Danaûm'ue Phrygûm'ue,
V t ſoli uita atq; ſuperſtite luce fruamur
N os duo, nos urbem ſoli capiamus, & omnes
D iuitias, pulchrasq; nurus cum diuite gaza.
T alia dum ſecum uario ſermone uolutat,
I am uires linquente animo male reſtitit Aiax,
V i Iouis & cuneis urgentibus undiq; Troum, Aiax uirib. deſtitui incipit.
M iſſilibus crebris ferientibus arma crepabant,
H orrendum galea aſſiduis ſonat ictibus ardens,
Q uaſſatæ tremulo nutabant uertice criſtæ,
L anguebant humeri, & clypeo defeſſa ferendo
B rachia, de toto manabat corpore ſudor
F eruidus, & feſſos quatit æger anhelitus artus
S ingultante anima, nec reſpirare poteſtas
V lla fuit. ſic urgebant tot milia Troum
V nius arma uiri, ſic pellere quiq; uolebant
N ec potuere loco, ſic reſtitit omnibus Aiax.
D icite nunc Muſæ cœleſtia templa colentes, Muſas inuocat.
Q uis primus de gente Phrygum coniecerit ignem
N auibus Argolicis. Primus fortiſſimus Hector,
S tans propius, Telamone ſati præcidit ab haſta
F erratam gladio partem: tamen impiger Aiax,
T runcatam manibus partes uerſabat in omnes.
D onec id aſpiciens, animo intellexit iniqui
H oc opus eſſe Iouis, uictores eſſe uolentis
T roas, opem uetitis alijs de gente deorum
F erre aliquam Danaïs. conterritus ergo, recedens,
S ubduxit ſe miſſilibus. tum nauibus ignem
I mpune inijciunt hoſtes: ille actus ad auras

Aeſtuat, & cuneos flammarum ad ſidera iactat.
Iam puppim uorat ignis edax. quod magnus Achilles
Conſpiciens, percuſſa graui ferit ilia dextra,

Ilia percutiũt aurati, aut dolentes, ferme ubiq; apud hunc.

Et ſic alloquitur ſocium. Patrocle morari
Res miſeræ prohibent, en ad naualia flammas
In cœlum ferri aſpicio, res poſcit, Achiuis

Achilles cõſpecto incẽdio nauiũ, properare Patroclum iubet.

Vade fer auxilium miſeris, ne fortè carinas
Abſumant flammæ hoſtiles, noſtrisq; facultas
Nulla relinquatur fugiendi. tu ocyus arma
Indue noſtra tibi: cupidos certaminis ipſe
Myrmidonas cogam, miſeris ſi fortè ſalutem
Ferre aliquam poßis. Hæc illo uerba loquuto,
Induit arma humeris magni Patroclus Achillis.

Patroclus arma Achillis induit.

Principiò grandes ocreas, argentea crurum
Vincula ſortitas: thoracem deinde coruſcis
Sidereum flammis, uarioq; colore micantem:
Pòſt gladium, argento cælata manubria habentem.
Pondere tum clypeum uaſto ſuſpendit, & aptat
Imparibus nequicquam humeris. hinc. ſumit equinis

Idem alibi de criſtis Hectoris.

Horrendam criſtis galeam, quæ uertice ab ipſo
Triſte uidebantur quiddam nutante minari.
Inde duas dextra uiolenta corripit haſtas,
Præfixas ferro, atq; habiles, quas poſſet & apta
Contrectare manu, & feriendum mittere in hoſtem.
Omnibus ex armis namq; intractabilis ipſi

Pelias haſta nulli niſi Achilli tractabilis.

Pelias haſta fuit, quam quondam in Pelio alto
E'trabe fraxinea cæſam donauit amico
Peleo Aeacidæ munus memorabile Chiron,
Qua multas animas proſtrauerat illé uirorum,
Grandem, præualidam, procero robore craſſam,
Quam nemo potuit quantumuis fortis Achiuûm
Aut capere, aut tractare manu, niſi ſolus Achilles.
Iuſſus & Automedon celeres aptare quadrigas,

Exequitur

E xequitur mandata celer, uir in artibus illis
A rmorum ſatis eximius, nec creditus unquam
H oſtiles horrere minas: quem forti ab Achille
P atroclum fert fama loco coluiſſe ſecundo.
H ic uir equos rapidum celeres aptauit ad axem,
X anthum, atq; inſignem Balium: quos optima curſu Equi Achillis.
D um procul ad latum prati uernantis in herba
P aſcitur Oceanum, Zephyro genuiſſe Podarge
D icitur, atq; ideo uentorum ab origine nati
Ae quabant celeres plantis pernicibus auras.
P edaſus his comes it, quem magnus cepit Achilles,
E etionæam cum bello euerteret urbem,
M ortalem genitum: ſed & immortalibus ipſum
F ecit equis comitem. tum ſingula magnus Achilles
O ſtia percutiens comitum, iubet arma parari.
I lli auidi, cupidiq; animis ad iuſſa feroces
A rma ferebantur, raptorum more luporum,
Q uos natura ferox & egeſtas cogit edendi,
A rdua ſectari ſurgentem in cornua ceruum, Cōparatio.
P er ſaltus, per agros, per inhoſpita luſtra ferarum:
D onec inaudacem, atq; ſuo iam pondere feſſum
C orripiant, lanientq;, & roſtra in uiſcera capti
I mmergant, fœdentq; immanes ſanguine rictus,
T um fontes liquidos, aut flumina nota petentes,
E xertis lambunt humentia pocula linguis,
E t tabo fœdata lauant ſtillante palata.
D epulſaq; fame paſtu, ſtomachoq; repleto
E ffera uis manet illa animi, rabieſq; ferina.
T alibus adſimiles prædulcia in arma ruebant
M yrmidones, primiq; ducum, fortemq; petebant
P atroclum, comitem iam miteſcentis Achilli.
I pſe etiam ſocios ſimul hortabatur Achilles,
A rma parent, & equos, quibus hinc in bella feroces

 Accelerent,

A ccelerent, claſſemq́; manu defendere certent.
Q uinquaginta illi ſiquidem per littora ſtabant
V eliferæ naues, quibus ipſe à diuite Phthia
V enerat ad Troiam: ſed & harum cuilibet uni
Q uinquaginta inerant uerrentes æquora remis,
E t ſocij armorum. ſtetit hæc in littore claßis
O rdine quincuplici, ducibus ſub quinq; coacta,
V t quoſuis præſtare animo & uirtute ſciebat.
P ræfuit ipſe tamen potior dux omnibus unus
O rdine primus erat, uirtute Meneſthius acer,
F ilia quem Pelei peperit Polydora uenuſta
S perchij diuo fluuij ſine fine fluentis.
I lle licet genitor Perieris filius olim
E ſſe ferebatur Borus: namq; is Polydoram
D uxerat uxorem, perſuaſam dotibus amplis.
D ux Eudorus erat ducenda in claſſe ſecundus,
F ormoſa iuuenis Polymela matre creatus
V irgine: ſi famæ eſt fas credere, ſcilicet inter
V irgineos cœtus materna eſt editus aluo.
H anc ubi Mercurius caſtis colludere Nymphis
L atona genitæ in cœtu uidiſſet, amauit,
A tq; locum nactus uacuum compreßit amatam.
M enſibus exactis quæ partum prodidit ipſa
L uce palàm, ſocias inter caſtasq́; puellas,
Ac qualesq́; ſuas. hanc pòſt non tempore multo
D uxit Echecleus, captam ſponſalibus amplis,
A ctore progenitus, multa uir laude beatus.
T um maternus auus Phylas Eudoron ab ipſis
E xceptum natæ genibus, fouiſſe nepotem
D icitur, ac diuo genitum, qui fortibus annis
S trennuus atq; alacer ſumptis euaſit in armis.
T ertius ibat agens impulſam remige claſſem
P iſander, Patrocle tibi uirtute ſecundus

Ordo & diſtributio nauium Achillis ſub quinque ducibus, quorũ Meneſthius 1

Eudorus 2 de uirgine natus.

Piſander 3

Myrmidonas

Myrmidonas reliquos inter, ſeu mittere in hoſtem
Tela manu libuit, ſeu ducere uiribus haſtam.
Quartus erat ſenior Phœnix, moderator equorum. Phœnix 4
Vltimus Alcimedon Laërtis filius ibat. Alcimedon 5
Sic ubi digeſſit turmas atq; agmina Achilles,
Sub duce quæq; ſuo, deinde acria uerba profatur.
Myrmidones, nemo è uobis non mente uolutet Achilles
Iactatas perſæpe minas, quas iuſtus in hoſtem Myrmi-
Suggeſſit dolor. Inuidiæ meminiſſe uelim uos, donibus.
Qua me ſuccenſum furijs, iraq; tumentem
Sæpe grauabatis, cum talia uerba daretis.
Impie, dure animo, nec matris ab ubere paſte
Pelida, furijs alite, ecquid ab agmine Graiûm
Inuitos retines ſocios? quin ergo relictam
In patriam dulceſq; reuertimur inde penates,
Quandoquidem iſta tibi implacabilis ira relicta eſt.
Tali me inuidia, uerbis me talibus omnes
Sæpe premebatis. nunc en occaſio uobis
Affulſit, quam ſæpe animis optare ſuëſtis.
Nunc illa utimini, atq; operam nauate fidelem.
Cui præſens ergo eſt animus, qui robore pollet
Corporis atq; animi, nunc illas uictor in hoſtem
Effundat uires, quibus eſt ſibi quiſq; probatus.
Talibus accendit mentes & pectora dictis,
Cum uerbis grauibus, tum maieſtate uerenda,
Regia quæ dictis inerat, rebuſq; iubendis.
Namq; ita ſponte ſua coïere in denſa phalanges
Agmina, perſimiles lapidum quos cogit in arctum
Artificis ſtudioſa manus, qui fortè laboret Cōparatio.
Aedificare domum, ſpreturam frigus & imbres,
Et uentos, pluuiaſq; niues, triſteſq; pruinas,
Conſtipans alijs alios addenſet & arctat:
Sic ſtabant conſtrictæ acies, ſic ordine denſo

H ærebant, clypeus clypeo, lateri latus, haſtæ
Virgilius imitatus eſt. H aſta, pedes pedibus iuncti, denſusq; uiro uir,
I pſis ſeſe etiam criſtis tangentibus altis
E galeis, & certa pericla minantibus hoſti
I n curru geminis uno in certamen ituris.
E t quibus idem animus, quibus eſſet & una uoluntas,
A nte alios Patroclo atq; Automedonte ſuperbis
E ſe armis totos ornantibus, agmine toto
M yrmidonum ſpectante: animis unde addita uis eſt.
I pſe acies linquens thalamum eſt ingreſſus Achilles,
I nde arcam reſerat, quam cærula mater ituro
P er maria impoſuit celeri ſpacioſa carinæ,
P lenam ueſte bona, & chlænis arcentibus imbres,
E t uentos tunicis, uillisq; tapetibus arctis.
H æc inter ſcyphus illi inerat grauis ære micanti,
A rte laboratus mira, quem nemo ſolebat
P oturus captare manu, niſi ſolus Achilles:
Q uo nulli (niſi uina Ioui) libare deorum
I dem erat aſſuetus. prolatum hunc ergo recluſo
S criniolo, purgatq;, recentiq; abluit unda.
T um lotis manibus Lenæi muneris implet
N ectare, ſtans medio in ſepto redolentia libat
V ina Ioui, ſpectans oculis clariſſima cœli
L umina, terrifico gaudentem fulmine tali
V oce rogat: Mea Dodonææ Pelaſgice uerba
Achillis ad Iouem oratio. I uppiter exaudi, qui longè à Troadis ora
D iſtanti imperitas Dodonæ, cuius honori
S acrifici ſternunt terrena cubilia Selli,
I llotis ſemper pedibus ueſtigia agentes
N uda ſolo, ſi quando aliàs tibi uota ferentem
A udiſti, noſtroq; dediſti hoc munus honori,
V t Danaûm multo afficeres mœrore cohortes,
E xaudi nunc uerba precor, cape uota precantis:

Qui

Q ui licet in bellum non ipſe accingar, amicum
M itto tamen pro me, toto comitante meorum
M yrmidonum populo. Te quæſo ſumme deorum,
H uic dare digna uelis uirtuti præmia noſtræ,
I nſpirans uirtutem animo, membriſq; uigorem,
V t factum fama hoc hodiernum, & uera ſequatur
G loria, lauſq; decens: ut ſentiat improbus Hector
E ſſe meum comitem multis è milibus unum,
P ræcipuè inuictis doctum pugnare ſub armis.
E t tunc præcipuè inuictum, quando ipſe cruenta
T ela manu bellumq; gero. da pellere Troas
A ratibus Danaûm, pulſiſq; ad noſtra reuerti
C aſtra fac incolumem, uictriciaq; arma ferentem,
M yrmidonum comitante manu, ſocijſq; receptis.
T alibus Aeacides uerbis in uota uocauit
N umina magna Iouis: qui partem hanc annuit, illam
A bnuit. hoc ſiquidem dedit, ut depelleret hoſtem
N auibus: ut uiuus uictorq; in caſtra rediret,
N on dedit. Aeacides precibus uotiſq; peractis
I n conſueta redit triclinia, ſacra recondens
P ocula: & egreſſus tentoria maxima, celſas
C onſtitit ante fores, cupidus ſpectare cateruas
M yrmidonum, pugnamq; acierum & ſigna duarum.
M yrmidonum ſub magnanimo duce fortia ſtabant
M ilia Patroclo, membris animiſq; parati
I rruere in Troum cuneos. ubi facta poteſtas,
E ſtatione ruunt: ueſparum more furentum,
Q uas olim in triuijs nidos atq; antra tenentes
S æpe agitant pueri ſtimulis, aut fortè uiator
I mprudens commouit, ab ipſis protinus antris
T urmatim ſtimuliſq; ruunt, iraq; furentes,
V rgenteſq; hominem feriunt, & uulnere multo
A fficiunt, actæ fœtus communis amore.

Virgilius imitatus eſt & hoc.

Veſpis irritatis Myrmidonas comparat.

T *ali tunc animo, tali tunc robore fulti*
M *yrmidones, Troiana ruunt & in arma feruntur.*
Q *uos ita compellans Patroclus uoce ſonora*
A *lloquitur:* Nunc eſte uiri, nunc edite fortes
Patroclus F *ortia facta uiri, Pelidæ fortis amici*
Myrmido- M *yrmidones, qui longè alios uirtute manuq́;*
nas hor- E *xuperat, cui nunc iſtum impendemus honorem*
tatur. A *bſenti, ſimul ut magnus cognoſcat Atrides*
Q *ualibus hunc probris affecerit, omnis Achiui*
N *ominis immortale decus, columenq́; ſupremum.*
H *is acuit dictis animos in bella paratos*
M *yrmidonum, qui ſublato clamore feruntur*
P *ræcipites, hoſtemq́; petunt, pugnamq́; laceſſunt,*
C *lamorem Danais reddentibus omine læto,*
V *aſta repercuſſo reſonabant littora planctu.*
T *roës conſpecto Patroclo atq; Automedonte*
S *tabant, conſpicui ſiquidem fulgentibus armis*
O *bſtupuere animis, ruptisq́; abiere phalanges*
O *rdinibus, cum præſentem ſe cernere Achillem*
I *ra depoſita rediiſſe in bella putarent.*
E *rgò fugæ ſpectare locum ſibi quiſq;, propinquam*
Q *ua mortem effugeret: cum ſumptis feruidus armis*
P *atroclus ruit in medios, qua plurima circum*
T *urba ratem furit incenſam, primusq́; ibi torto*
C *onfodit iaculo Pyræchmis brachia circa*
S *ummum dextri humeri, qui Pæonas egit equeſtres*
Patroclus E *x Amydone trahens, lateq́; fluentis ab Axi*
Pyræchmē F *lumine, qui iaculo uiuum penetrante ſupinus*
ducem Pæo C *orruit, incumbens bibulæ moribundus arenæ.*
nū conficit. A *t ſocij cecidiſſe ducem qui maximus eſſet*
R *obore cernentes, perculſi corda pauore*
A *bripiunt ſeſe, & ſpacia in diuerſa feruntur.*
E *rgo Menœtiades atq; his alijsq́; fugatis*

Semiuſta

S *emiuſta à puppi, reliquisq́; à nauibus omnes*
T *roianos arcens, diram reſtinguere flammam*
I *mperat. hinc alias acies petit, omnibus ingens*
T *error, & exitium præſens. tum clamor utrinq;*
D *iſſonus audiri, pauidi dum Troës aguntur.*
H *orum inſultantes Danaï perculſa ſequuntur*
A *gmina, dum Troës trepidant, oriuntur Achiui*
A *d naues animis alacres, & uiribus aucti.*
A *c uelut in ſummo contectum monte cacumen* — Honeſta cõparatio.
O *bſcura nebula, cum fulminis arbiter illud*
I *uppiter illuſtrat radijs, & luce coruſca*
D *etegit, apparent puro tunc aëre colles,*
E *t ſcopuli, uallesq́; & agentes nubila rupes:*
T *aliter Argiuûm nituerunt pectora porrò*
I *gnibus amotis, atq; hoſte à claſſe repulſo.*
N *ec tamen auerſi ratibus, tot milia, Troës*
T *erga dabant, uerum aduerſi certamine duro*
R *eſtabant, nec cedentes niſi marte coacti*
E *domitore hominum. Tunc ut ſua quiq; tenebant*
G *raiugenum loca primores pro nauibus altis,*
S *ic ſibi quiſque ſuum mactandum deſtinat hoſtem,*
I *nterimitq́;, alios alij. Sed primus adacto*
M *actat Areïlycum Patroclus in inguina telo,*
P *ræbentem iam terga fugæ, per & ærea ferrum*
T *rajiciens, per & oſſa uteri. cadit ille, relinquens*
S *anguinis eluuie madefacto in puluere uitam.* — Quos qui deinceps alios peremerunt.
N *udatum clypeo pectus Menelaus Atrides*
P *erculit, intrudens iaculum, perimitq́; Thoantem.*
P *hylides necat Amphiclum, iam tergora dantem.*
O *ſſa genu ſubter figens, ubi multa medullæ*
V *is hominum reſidet. ſciſſisq́; hoc uulnere neruis,*
P *rocumbenti oculos uictos nox ferrea clauſit.*
N *eſtoridæ gemini Thraſymedes Antilochusq́;*

Confecere

Confecere duos. hic Atymnion occupat haſta
Per latus atq; uterum, percuſſa donec ab aluo
Extaret cuſpis, quo in uulnera prona cadente,
Non tulit accurrens frater Maris, Antilochoq;
Intentans iaculum, Thraſymedes occupat ictu.
Nec fruſtra: teretis nam brachia ſumma lacerti
Sic ferit, ut calidas effunderet inde medullas,
Oſſaq; conſciſſis contunderet arida neruis.
Quo Maris accepto tam grandi uulnere, terræ
Procubuit, ſubitæ illi oculos clauſere tenebræ.
Hi quondam comites diui Sarpedonis ambo,
Egregij fuerant iuuenes & robore & armis.
Chimera monſtrum. Horum nempe parens Amiſodarus, antè Chimeræ
Sæpe cibos dederat, monſtro indomitoq; ferociq;,
Et peſti multorum hominum, cladiq; ferarum.
Sic gemini fratres gemino cecidere ſub hoſte,
Et ſimul alta Erebi petierunt regna profundi.
Confuſas inter turbas feruente tumultu,
Cepit adhuc uiuum Cleobulum fortis Oïlei
Filius, haudquaquam uicturum: nempe receptum
Ceruice execta calefecit ſanguine dirum
Aiacis gladium, mors frigida deinde ſequuta eſt.
Peneleusq; Lyconq;, infeſtis comminus haſtis
Concurrere, alacres ambo, ſed in aëre uanos
Effudere ictus: tum ſtrictis enſibus auſi
Rem gerere incipiunt. criſtas excuſſit equinas
Peneleï de fronte Lycon, ſed & ictibus enſem
Perfregit nimijs: ibi mollis uincula colli
Peneleus gladio ſoluit diſſecta Lyconi,
Ut uix exigua ceruix cute pene reſecta
Hæreret, ſubitoq; genu labente ſupinus
Concidit, inuentaq; Lycon ibi morte quieuit.
Meriones curſu fugientem Acamanta ſequutus

Penè

P enè pedum uolucri, iam capta ſedilia currus
S candentem aſſequitur. cui ſummo proxima collo
B rachia dextra ferit gladio, quo uulnere currum
S icut erat ſcandens, defluxit ab axe relapſus:
I lli in perpetuam clauduntur lumina noctem. Virgilianum.
I domeneus Erymanta petens, os occupat haſta
A duerſi, crepitant excuſſi è gutture dentes,
O ſſa per in cerebrum letalis tranſijt haſta.
I lle uomens calidum fracto de gutture flumen
S anguinis, os nareſq; ambas, & lumina tabo
F œdabat, repulitq; animam mors nigra ſub umbras.
A tq; hi de Phrygibus Graijs cecidere ſub armis,
V t montana greges ouium per culmina nacti
S æpe lupi, timidis hærentes matribus hœdos
I ncauto cuſtode procul, raptantq; trahuntq;,
D ilaniantq; uorantq; immani gutture raptas:
S ic Danaï uerſo fugientes agmine Troas
N on ceſſare ſequi, non uſquam omittere cædem,
Q ua ſe cunq; dabat mutati occaſio martis.
A t Telamone ſatus properabat in Hectora ſolum,
H ectora præcipuè ſtricto petit enſe fatigans.
I lle ubi fortunam belli, martemq; ſecundum
M utatum ſenſit, Mauortia munera doctus
R eiecto in tergum clypeo, tela omnia contra
S e tulit, obſtabatq; diu, dum ſiſtere poſſit
I n loca tuta ſuos, atq; eripuiſſe periclo.
A c ueluti nubes quæ peruolat æthera purum, Cōparatio.
Q uando procelloſos molitur Iuppiter Auſtros:
S ic fuga fit, clamorq; uirûm ſub nauibus altis:
S ic Troës repetunt inhoneſto Pergama curſu.
H ectora iam currus & equi cum fortibus armis
A bſtulerant, multis foſſarum in mole relictis,
Q uos uallum inuitos tenuit. pars magna uolentum

Effugere,

Effugere haud potuit, pleroſq; reliquit equorum
Effera uis, currus frangentum, & frena negantum
Vlla pati, ſic in foſſa periere relicti.
Nam ſimul effuſi caſtris, & nauibus, omnes
Diſperſi, cepere fugam: pauor omnibus ingens
Clamorem ingentem expreſſit. uolat æthere toto
Pulueris immenſi nubes, quam curſus equorum
Atq; rotæ extulerant: ipſam ſic curſibus urbem
Inſanis repetunt. quorum Patroclus ab actis
Herebat tergis, periniquè animatus in hoſtem,
Inſiſtens, hortanſq; ſuos, inuadere pergant
Auerſos, ſparſoſq; fuga, qua plurima cernant.
Milia ueſano martis confuſa tumultu,
Diuinis euectus equis munimina foſſæ,
Quos dij Peleo pulcherrima dona dederunt.
Tum multi proprio uacuati milite currus
Raptabantur equis, fugientibus æquore toto
Troianis curſu effuſo. ueſtigia ſubter
Non aliter reboante ſolo, quàm tempore lento

Fugam hoſtium nymbis & tempeſtati comparat.

Diuitis autumni, cum largum Iuppiter imbrem
Demittit, qui cuncta nocentibus impleat undis,
Iratus generi humano, & mortalibus ægris,
Qui ſpreta pietate deûm, perſæpe nefandas
Ad populum leges ſtatuunt, atq; urbibus ipſis
Iudicia expellunt. horum tunc diſſipat agros
Fluctibus undarum, tunc omnia flumina plenis
Curſibus exundant, tunc & de montibus altis
Torrentes in læta ruunt ſata, cultaq; ſternunt
Agrorum, cladémq; ferunt naſcentibus herbis,
Donec purpurei repetant uada cærula Nerei,
Sic trepidante putrem ſonitu quatit ungula campum,
Sic reſonabat equûm curſu ſub præpete tellus.
Ergo Patroclus progreſſus in agmine primo

Immiſit

I mmiſit turmas, & longius ire uetabat,
E t retrò ad naues & caſtra redire coëgit
I nuitos Troas ui compulit, inter & urbem
E t fluuium medio in ſpacio, qua plurima forti
I pſius icta manu fugientum turba cadebat,
P ro ſcelere in Danaos ſumens per uulnera pœnas.
Q uos inter Pronous primus fuit, huius apertum
N ec tectum clypeo confodit arundine pectus

Pronoũ Patroclus conficit.

F errata iaculi, ſubito cui frigore membra
S oluuntur, clauſitq; cadenti lumina fatum.
T heſtora deinde petens timidum, patre Enope natum

Theſtor.

A ggreditur: ſtetit ille tremens, curruq; reſedit
C ontractis manibus frenos oblitus, equosq;.
Q uem prope conſiſtens, ſic dextram perculit haſta
M axillam, ut ruptos penetraret acumine dentes.
A d ſe deinde trahens curru deiecit ab alto:
N on ſecus ac ſi quis piſcator in æquore, celſa
R upe ſedens, longa rimetur arundine piſces,

Cõparatiõ à piſcatore ducta.

E t captum trahat hamiferi per uincula lini.
H aud aliter ſatuum curru detraxit ab alto
P atroclus. cadit ille gemens, terræq; relictum
D eſeruit fugiens ſub inanes ſpiritus umbras.
P oſt hunc aggrediens Eryalon pondere ſaxi
P erculit ingentis galeam ſuper, ut per utrunq;

Eryaloñ ſaxo interimit.

D ependens humerum bifidum caput, arma cerebro
S pargeret effuſo. præceps cadit ille, rapaci
V itaï atq; animi committens cætera morti.
H inc mactans Erymanton, & Amphoteron, & Epalten,
T lepolemumq́, Damaſtoriden, Echiumq́, Pyreumq;,
I pheaq́, Enippumq;, atq; Argeaden Polymelum,
O mnes hos uno in terram conſtrauit aceruo.
Q uos ubi Sarpedon conſtratos uidit, ad ipſos
C onuerſus ſocios. Prò ingens dedecus, inquit,

Sarpedon ſuos adhortatur.

O Lycij

O Lycij nunc eſte uiri, nunc uertite prompta
T ela manu. namq; ipſe uirum qui talia nobis
E t Phrygibus modò damna tulit, nunc uindice dextra
A ggrediar, ſimul experiar quàm fortis in haſtam
A ſſurgat. ſimul hæc dicens, armatus ab axe
D eſiluit terræ: quo uiſo, Locrius heros
F ecit idem. qui mox, ut erant, hoſtilibus ambo

Patroclus & Sarpedon duabus aquilis ſimiles.

C oncurrunt animis, geminæ ceu uertice in alto
S tridentes aquilæ certant, ſeſeq; laceſſunt
V nguibus infeſtis, toto ſonat æthere clangor:
S ic gemini heroës cupidis in mutua dextris
A rma ferebantur, quos Iuppiter æthere ſummo
P roſpiciens miſerabatur. tunc ergo uocatam
I unonem alloquitur, ſociam lecti, atq; ſororem.

Iuppiter Iunoni.

H eu quid agam Iuno? uocat en Sarpedona fatum,
Q uo mihi non alius natorum carior extat.
E n uocat ad mortem fatum crudele ferendam,
S ub manibus Patrocle tuis, nunc ergo uacillat
A ncipiti ſenſu mihi mens, & pectore toto
A ddubito, num ſubtractum pugnæ atq; labori
E ripiam, regniſq; ſuis patriæq; remittam:
A n patiar fragilis deponere munera uitæ,
S ub manibus Patrocle tuis. cui grandia Iuno

Iuno Ioui.

L umina contorquens. Ecquæ uox excidit, inquit,
I uppiter ore tuo? Tu'ne iſta lege creatum
V t moriatur, ab hac reuoces, & debita mutes
M unera fatorum? Sed tu quæcunq; uidentur
R ecta tibi, facies. non ergo probabimus iſthæc
O mnia nos reliqui ſuperûm. ſimul hoc tibi dictum
A ccipe, & intra imos ſenſus animumq; reconde.
S i tibi nunc patriæ Sarpedona reddere cordi eſt,
H oc quoq; te uerſare animo, ac perpendere oportet,
N e qui poſt alij (quorum hæc in prælia nati

Venerunt,

V enerunt, multiq́; iacent, pluresq́; ſuperſunt)
D ij quoq; uelle ſuos duræ ſubducere morti
I ncipiant: ne ue hac ratione offendere pergas.
Q uod ſi hunc, ſicut amas, curæ tibi ducis habendum,
E t meritò miſerare pater, ſiue mortis honeſtæ
M unere defungi, clara ſub prole Menœci.
I nde iube, caſſum uitalis luminis aura
R eſtitui, Lycijsq́; ſuis patriæq́; remitti.
H ic etenim cognati omnes, fidiq́; propinqui,
E t fratres, ciuesq́; illi funebria ſoluent
I uſta uiro, ſtatuentq́; alti monumenta ſepulchri
O rnantes titulis, & iuſta tropæa ferentes.
M anibus hic honor eſt, hæc præmia lumine caßis. “
T alia dicentem diuûm pater atq; hominum rex
A udiuit patienti animo, ſummoq́; cruentas
I n gremium terræ ſtillabat ab æthere guttas,
D ilecti faciens in honorem talia nati,
T am longè à patria perituri ad mœnia Troiæ,
S ub manibus Patrocle tuis. ergo omnibus illi
A duerſi, in grandes connixi uiribus haſtas
I nſurgunt. ibi Patroclus celebremq́; bonumq́;
E t bello eximium Sarpedonis armipotentis
V ulnerat aurigam Thraſymedem, uentre ſub imo,
P riuauitq́; uno percuſſum uulnere uita.
S arpedon contrà inſurgens, direxit in hoſtem
T ela manu quatiens: ſed aberrans haſta per armum
P edaſon æripedem confixit acumine dextrum
L etifero. ille grauem teſtatus uoce dolorem,
C eu querula, triſti incubuit moribundus arenæ,
E miſitq́; animum quondam in fera bella ferocem.
T um reliqui turbati animis. diuerſa petebant.
S tridebant iuga, nec currum moderatur habenis
I am ſatis Automedon. ſtricto ergo protinus enſe

Cruentas guttas in terram demittit Iuppiter in honorem filij Sarpedonis iam perituri.

P edaſon exanimem retinentibus undiq; loris
A mputat, huic reliqui parebant inde iugales.
M ox iterum gemini infeſtis Heroës in armis
C oncurrunt, tum fruſtrato Sarpedonis ictu
E micat haſta manu, læuumq; ſuperuolat hoſtis
A ēre lapſa humerum. Sed non ita miſſa Patroclo
I n uanum cecidit, nec fraxinus irrita uenit:
S ed medium ferro Sarpedonis hauſit acuto

Sarpedon Iouis filius à Patroclo occiditur.

P ectus, & introrſum ueniens uitalia ſenſus
C ontigit, & ſedem cordis penetrauit ad imam.
V ulnere quo Ioue natus humi procumbit, & inſtar
P roceræ quercus, aut natæ in uertice pinus

Virgilius quoque magnos uiros cadentes arboribus comparat, huius nempe imitatione.

S yluestri, quam latifrago de monte recidit.
V eliſicanda faber ſtructurus in æquora claſſem,
V aſta mole cadens ſic ipſas ante quadrigas
C orruit, & manibus moribundus ſtrinxit arenam
S anguine commiſtam. ceu magno armenta leone
A ggreſſo, cum iam laniatur ab hoſte cruento
T aurus, & ipſe ferox ſub dentibus ingemit atris:
S ic rex ingemuit Lyciûm, ſub Achillis amico.
A tq; his unanimem uerbis affatur amicum:

Sarpedon iam moriēs Glaucum alloquitur.

G lauce, quid hic dubites totas effundere uires,
S i uir es, & belli præſtas uirtute, manuq;
C oncutere arma potes, nunc nunc opus, huc age profer
Q uicquid habes animi, quicquid tibi roboris uſquam eſt.
C ontrahe ductores Lycios, Sarpedona ſeruent
E xanimem: tuq; ipſe potenti protege dextra,
N e tibi dedecori ſit deinceps omnibus annis
S i ſpolijs noſtris hoſtis potiatur, & armis,
Q ui uitam eripuit. Nunc ergo age, perge uocatum
V nà omnes Lycios, cæſum defendere regem
S i fortaſſe ſuum poßint, tuq; ipſe iacentem
A dſere Glauce manu quanta potes. Iſta loquutum

Deſeruit

D eſeruit fugiens inamœnas uita ſub umbras.
Q uem ſuper aßiſtens inimica in pectora calcem
I mpegit, tractumq́; cauo de uulnere telum
E ruit, huius equos ſpoliatos nomine utroq;
R egis & aurigæ, magnis terroribus actos,
T riſtia anhelantes, circum ſimul undiq; fuſi
M yrmidones tenuere. Animi dolor altus habebat
B ellerophontiaden Glaucum, quia ferre rogatus — Glaucus.
A uxilium nequeat, quod uulnere languidus eſſet,
Q uod manibus Teucri coniecta grande ſagitta
A d murum & celſas acceperat ipſe carinas,
Q uod tum præcipuè ſuccisq́; herbisq́; fouebat
S uſtentans manibus. Sic ergo ad ſidera ſpectans,
I n longinqua deum eſt mittentem tela precatus·
P hœbe pater, ſi me Lycia te in gente rogantem — Glauci ad Phœbum oratio.
A udiſti, precor exaudi Troiana tuentem
M œnia nunc etiam: miſeros namq; omnibus oris
E xaudire potes, qualis nunc ipſe relinquor
A nxius hoſtili cæſo Sarpedone dextra,
E t Ioue progenito: ſed quem nec luminis auræ
V tentem morti eripuit, nec lumine caſſum
L iberat infami probro. Tu ergo optime diuûm,
D a mihi, ut exanimi tantum de corpore pellam
D edecus hoc, quod nunc prohibet cruciatus acerbi
V ulneris. en quid agam? manus eſt inidonea pugnæ,
N ec ſatis inſtructis moderanda ad frena quadrigis
V tilis, & toto crudeſcunt ſæua lacerto
V ulnera: profluuium. quod ſiſtere nulla poteſt uis
S anguinis erumpit. Sed tu mitiſſime diuûm·
A ffer opem, ſolida plagam, lenito dolorem,
M anantem grauido de uulnere ſiſte cruorem,
V irtutem inſtaura, robur da, ſuggere uires,
V t Lycios pugnæ inuectos, & in arma coactos,

Corpus ad exanimum Sarpedonis, unus in hoſtem
Horter, & exemplo per fortia facta reducam.

Exaudit orantē Glaucum Apollo.

Talibus orantem dictis, ac uota ferentem,
Audijt arcitenens, & preſſum ſanguinis atri
Profluuium ſtatuit, cruciatum reppulit omnem,
Subdidit & uires animo, membriſq; uigorem.
Glaucus ubi auditum ſeſe eſſe ab Apolline ſenſit,
Gaudia concepit tacito ſub pectore. primum
Aggrediens Lycios hortatur, cogit, & orat,
Mortua defendant Sarpedonis oſſa perempti,
Armaq;, ne ſpolijs tantis potiantur Achiui.
Paßibus inde citis properans petit agmina Troum,
Conuenitq; duces, Aenean, & Hectora magnum,
Polydamantaq; Panthoiden, & Agenora fortem.

Glaucus Hectorem alloquitur.

Et ſic alloquitur: Tibi non ſubit, excidit Hector
Quos habeas comites, quibus hæc in bella profectis
Vtaris ducibus, qui te & tua regna ſequuti
Tam procul à patria, pro te fera bella gerentes,
Non dubitant ſe & morti & mille offerre periclis.
Sed tibi nec uiuis curæ eſt, nec lumine functis
Auxilium ferre, aut aliquam præſtare ſalutem.
Sarpedon iacet exanimis, iacet ecce peremptus
Patrocli manibus, Lycios qui nuper & armis
Iuſticiaq; potens rex, & uirtute regebat.
Sed uos nunc pudeat, ſi non adſitis amici,
Seruetiſq; uiri reliquum, ne fortè ſuperbi
Myrmidones rapiant ad ſeſe exangue cadauer,
Exuuiaſq; ferant, ſpolijſq; ornentur opimis:
Ne'ue ſuos ultum pergant, tot milia, ciues,
Quos modò pontigradas confecimus ante carinas,
Illudantq; uiri membris, maneſq; laceſſant.
Sic ait. at Teucrum luctus inuaſit acerbi
Terror, & afflictæ noua perturbatio mentis,

A miſſo duce præcipuo, qui mœnia Troiæ
E ximiè, Troaſq; ipſos defenderat hoſpes,
Q uod uirtute foret ſumma, quod milite forti
P ræſtaret, multa populos quod & arte regebat.
E rgo omnes alacri uadebant pectore in hoſtem,
H ectora Priamiden conſueto more ſequentes,
C ui mors præcipuè Sarpedonis atra dolebat.
P atroclus contrà Danaos hortatur, ut hoſtem
A ccelerante gradu uenientem, iráq; frementem
F ortiter excipiant, nec Troï cedat Achiuus.
P ræcipuè Aiaces geminos, queis talia fatur.
A iaces nunc eſte uiri, nunc fortia uobis

Patroclus Aiatibus.

P rælia ſint cordi, nunc iſtas ſumite uires
Q uæ uos præpoſuere alijs. iacet ecce peremptus
S arpedon, qui primus Achiui mœnia muri
P roruit. hunc orbum uita, ſpoliemus & armis,
F œdemusq; ſolo ſtratum ſine nomine corpus,
A uxilium exanimi ſociorum ferre uolentum
A dijciamus, & huic alios, miseráq; nocentes
M orte trucidemus fato & plectamus acerbo.
T alibus ardentes animis Locreïus heros
I nſtigabant agens. ergo armabantur utrinq;,
H inc Lycij Troësq;, illinc Argiua iuuentus,
M yrmidonumq; acies, & mutua prælia miſcent
I ngenti armorum ſonitu, ferit æthera clamor
C orpus ad exanimum Sarpedonis. Ergo iacenti
I uppiter ut nato eximios cumularet honores,
F eralem immiſit noctem pugnantibus. atq; hic
T roiani pepulere hoſtem, atq; ibi fortis Epegeus

Pugnantibus circa corpus Sarpedonis Iuppiter noctē immittit.

N atus Agacleo cecidit, rex ille opulenti
M œnia Budei tenuit, ſed cæde patrata
(N ec uir iniquus erat, ſed conſobrinus & ipſi
Q uem gladio demens occiderat) ergo propinquum

Peleum Thetidenq́; argentea crura decoram
Quæſierat profugus, comitem Peleus Achilli
Tradidit, Iliacas urbes & celſa petenti
Pergama. tunc illi Sarpedonis arma uolentem
Eripere, atq; manus tradentem ad inane cadauer,
Hector ita in galeam ſaxo percuſsit acuto,
Corpus ut in geminas partes defluxerit illinc
Atq; hinc dependens. cadit ille in uulnera præceps,
Raptricíq; animam liquit diſpergere morti.
Mors ea Patroclum cari turbarat amici.
Qui mox in primas acies progreſſus, in ipſos
Acriter inuectus Lycios, Troumq; phalanges,
Corpora multa dedit leto. ceu martius olim
Accipiter ſummo delapſus ab aëre, terræ — Potroclus accipitri cõparatus.
Proximat, & ſturnos reliquaſq́; per ima uolantes
Turbat aues, miſeraſq́; ferox rapit unguibus uncis.
Sic Lycios Troaſq́; ferox Patroclus agebat,
Donec Ithæmeneo Sthenelaï patre creati
In caput afflicti ſaxo, ceruice ſub alta
Frangeret & neruos, & fortes ſolueret artus.
Tum Troiana acies, cumq́; his interritus Hector,
Tantum conceſſere retrò, ſpaciumq́; dederunt,
Quantum aliquis iaculari haſtam in certamine poſsit
Egregius bello iuuenis, uel mittere telum
In pugna rapidi contortum uerbere lori:
Tantundem fugere retrò tum Troës Achæos.
Hic bonus ante alios conuertit pectora Glaucus
Senſit enim ſua terga premi. nam proximus ipſi.
Magnanimus Batycleus erat, Chalcone creatus.
Is laribus patrijs habitarat in Hellade celſa, — Hellas, olim Theſſalia.
Diuitijs opibuſq; potens, reliquoſq; beatus
Inter Myrmidonas, medium cui pectus acuto
Confodit gladio conuerſo corpore Glaucus.

Cum

C um ſonitu ille cadens plangentibus incidit armis,
I ngenti Danaûm luctu: quia ſcilicet armis
V ir fuit egregius, Phrygibusq; optata relinquens
G audia. qui cuneos denſantes frigida circum
M embra Batyclei ſtantes, rapere arma laborant.
N ec Danaï ceſſere loco. tum martius heros
M eriones, uirtute uirum belloq; ualentem — Meriones.
N omine Laogonum confecit, Onetore forti
P rogenitum: atq; idem fuit Ida flamen in alta,
V ertice Gargareo Iouis inclyta templa tenentis,
Q uem propè diuina populus pietate colebat.
A tq; hunc Meriones, qua mala adnectitur auri
P erculit, atq; uno confectum uulnere liquit
M erionem tectumq; armis, clypeoq; latentem
S perans Aeneas iaculo contingere, & haſtam
C onijcit: illa uolans cautum præteruolat hoſtem,
S tridens, ferratoq; momordit acumine terram,
P arte tremens reliqua ſtetit, indignatus inani
F ruſtratum ſe ictu Aeneas, tum talibus ultrò
M erionem alloquitur· Si quod mea dextera miſit — Aeneas Merioni.
M eriones te aliquo tetigiſſet uulnere telum,
I lla ferox animi rabies te tota profectò
L iquiſſet: quod & es, nec ſtrennuus inde fuiſſes.
A d quem Meriones· Etſi bellator in armis — Meriones Aeneæ.
F ortis es Aenea, tamen omnia uincere dextra
G rande laboris opus fuerit tibi: ſi tamen iſto
N omine fortè tibi placeas, quod uiribus altis
P rævaleas, tamen & mortalem te eſſe memento.
Q uod ſi fortè mihi deinceps occurreris, haſta hac
C onfoſſus, nobis decus immortale relinques,
D iti animam Stygio ſub triſtia tartara mittes.
H unc ita caſtigans Patroclus· Talibus, inquit, — Patroclus Merioni.
M eriones dictis nihil eſt opus, an tibi probris

Certanti, Troianæ dabunt ſe terga, relicto
Corpore, quòd circa paribus confligimus armis?
Straueris hinc aliquos concedent fortè repulſi.
„ In manibus belli ratio eſt, & fortibus armis:
„ Conſilij in uerbis. non eſt opus ergo loquacem
Nunc mihi te fieri: dextra res noſtra gerenda eſt.
Talia Patroclus fatus proceſſit, at ipſum
Meriones ſequitur, ſimul incedentibus ambo
Dijs ſimiles. qualis uerò de montibus altis
Redditur, auditurq́; fragor, radice reciſis
Arboribus, longè ſtrepitu reſonante cadentum
Ramorum: talis tum reddebatur ab illo
Campeſtri ſonitus certamine, mutua pulſu
Arma armis trepido ferientibus agmine in ipſo.
Iam nemo poterat Sarpedona noſcere dium,
Tam confuſus erat congeſtu & pulueris atri
Obſitus, uſq; adeò concreti plena cruoris
Arma ſitu iacuere atro ſqualentia, telis
Tecta ſuperfuſis. quem circa Troës Achiuis
Commiſti, haud aliter certantes agmine denſo
Confudere acies, quàm uerno ſidere muſcæ
In patulis ouium caulis ad plena uolantes
Mulctra auidæ, ſaturantq́; famem, & ſe lactibus implent:
Haud aliter Troianæ acies, Danaûmq; phalanges
Mutua ad exanimum miſcebant arma cadauer.

Muſcis cōparat Troianos & Græcos.

Iuppiter intentis oculis hæc prælia ſpectans,
Nuſquam auertebat faciem: tum plurima ſecum
Voluebat reputans animo, ſuper inde futuro
Patrocli interitu. num præſtet ab Hectore cæſum,
Mox ſuper exanimi procumbere corpora nati,
Illic ut moriens uita ſpolietur & armis:
An maiorem illic ſtragem cumulare uirorum.
Voluenti hæc animo, tandem ſententia ſedit,

Iuppiter de morte Patrocli deliberat.

Troas

T roas ut arceret Patroclus, & Hectora uerſus
M œnia, per campos multa cum cæde uirorum.
H ectoris ergò metu mentem concuſsit acerbo,
I niecitq; fugæ trepidum deformis amorem.
I lle uoluntatem Iouis imperiumq; ſequutus,
E t currum conſcendit, equosq; in frena coëgit,
A rripuitq; fuga tam ſe quàm cætera Troum
M ilia: nec Lycij cœpta in ſtatione manebant
A mplius, attoniti cernentes triſte cadauer
R egis, & arma ſui tam ſqualida puluere fœdo,
C onfuſam tabo faciem, tam ſtrage cruenta
O ppletum telisq; uirûm Sarpedona dium,
Q ui Ioue ſuccendente animos in martia bella
C onciderant, tanto fugientibus impete Teucris.
E xutum uita ſpoliant Sarpedona & armis
M yrmidones, quæ magnanimo Patroclus Achilli
A ſportanda ſuis dedit in tentoria, & altas
A d naues ſocijs. Tum Iuppiter æthere ſummo
C onſidens, Phœbum alloquitur. Vade inclyte Apollo
C orpus ad exanimum Sarpedonis, ablue primum
C oncretam tabo ſaniem, dein corporis artus
F œdatos propera fluuiali ſpargere lympha,
A rdua delatos Priamææ mœnia Troiæ.
P oſthæc Ambroſiæ ſuccis inſperge perungens.
V eſtibus induito pòſt immortalibus ipſum,
F ratribus officium geminis Leto atq; Sopori
(S unt etenim celeres ad talia munera fratres)
I niungens, referant Patriæ, Lycijsq; reducant,
A tq; ibi præcipuè referentes urbe reponant.
H ic illi cognati omnes, ciuesq; & amici,
E t cari facient pulcherrima funera fratres,
E t tumulum ſtatuent, & iuſta tropæa locabunt,
Ae terno poſitum ſignantes carmine marmor.

Cadauer Sarpedonis Myrmidones ſpoliãt.

Iuppiter Apollini.

Letum & Sopor fratres.

„ H *ic ſiquidem ſuus eſt honor, hæc laus una ſepultis.*
S *ic ait. ille patris iuſsis parère paratus,*
D *euolat Idæi ſummo de uertice montis,*
I *n loca ſanguineæ ſibi non incognita pugnæ.*
P *rotinus extractum telorum è ſtrage cadauer,*
E *t procul abductum, fluuiali abſterſit in unda*
A *mbroſiæ, ſpargens ſucco, immortalibus ipſum*
V *eſtibus indutum Leto dedit atq; Sopori*
F *ratribus. hi celeres Lycijs retulere, locantes*

Letũ & Sopor cadauer Sarpedonis in Lyciam referunt.

V *rbe in præcipua. dum ſic alibi iſta geruntur,*
I *nterea Patroclus equos equitesq; fatigans,*
A *utomedonte citas frenis moderante quadrigas,*
I *nſequitur Lycios palantes æquore toto,*
E *t Troas celeri repetentes mœnia curſu,*
D *emens, qui cari præcepta oblitus amici*

ἐπιφώνημα

L *iquerit, atq; ideo triſti ſe protinus ipſum*
„ E *xitio intulerit. Sed plus diuina uoluntas*
„ H *umana ratione ualet. nam Iuppiter ipſi*
E *xitiũm præſens, & ineuitabile fatum*
O *biecit: quem duxit eò deus, unde ſuperſtes*
A *mplius haud rediturus erat. quem deinde uirorum*
V *ictrici Patrocle manu primum'ue ſupremum'ue*
E *xcipis? Adreſtum ſimul, Autonoumq́;, & Echedum,*

Quos dein de occiderit Patroclus.

E *t Perimum Megaden, & Epiſtora cum Menalippo,*
N *ec longè hinc Elaſum, pòſt Mulion, inde Pylarten.*
H *is ita confectis, reliquos fuga longius omnes*
A *bſtulerat: ſic ueſana formidine captos,*
V *t niſi præcelſam turrim aſcendiſſet Apollo,*
A *rdua turritæ cepiſſent Pergama Troiæ*
S *ub manibus Patrocle tuis Argiua iuuentus.*
I *lle equidem Diuus Patroclum euertere, Troas*
C *onſeruare uolens, ter ad alti mœnia muri*
R *umpere conatum, ter reppulit ære coruſco*

Obiecti

O biecti clypei manibus cœleſtibus, ipſum
Q uartò inſultantem ueſani dæmonis inſtar,
S ic deus alloquitur. Procul hinc Patrocle faceſſe, Apollo Patroclo.
N am te fata uetant capere altæ Pergama Troiæ
I nclyta, quæ magnus non expugnabat Achilles:
Q ui tamen ut reliquis, ita te præſtantior ipſo eſt.
S ic ait. at metuens Patroclus Apollinis iram,
R etro longè abijt: fulgentibus Hector in armis
C onſtitit ad Scæam ſiſtens fugientia portam
A gmina. conſilij incertus, num pugnet in hoſtem
I n medios ſeſe inſinuans, an Troas in urbem
E t Lycios cogens in mœnia tuta receptet.
T alia uoluenti, ſub imagine principis Aſij
A ſtitit in longum mittens iaculator Apollo,
V iribus atq; ætate ingentis principis Aſi.
M atris is Hectoreæ Ciſſeïdos Aſius idem Apollo in figuram Aſij,
F rater erat, iuuenis genitore Dymante creatus,
P roxima Sangario tenuit loca culta fluenti
P er Phrygiam. cui tunc ſimilis deus, Hectora magnum
T alibus alloquitur. Quid nunc fortiſſime ceſſas
A pugna uſq; adeò ceu degener, eſſe decebat Apollo Hectori.
Q uem nunc eximium? quod ſi mihi dextra dediſſent
N umina robuſto tantas in corpore uires,
Q uantis ipſe uales, uel item maioribus uti,
H oc ego te eximerem lachrymoſi munere belli.
P rotinus ergo age dirige equos, uerſaſq; quadrigas
P atroclum contra, decus hoc ſi forſan Apollo
I pſe tibi tribuat, miſſo proſternere telo
I ngentem uirtute uirum. Sic fatus Apollo
C onticuit. iubet Hector equos componere fratri
C ebrioni, frenisq; manu demittere in hoſtem.
I pſe aciem ſubiens turbabat cuncta tumultu
A gmina multiplici Danaûm, cuneisq; ſuorum

O ſtentans inſigne decus. tum præcipit Hector
C ebrioni, rectà in Patroclum flectat habenas,
O miſsis Danaûm reliquis. quo Locrius heros
C onſpecto, è curru citus euolat, & pedibus ſe
C redidit, in læuamq; relatam tranſtulit haſtam,
M armoreum dextra rapiens nec inutile ſaxum
Q uodq; tenere manu poſſet, coniecit in hoſtem,
V iribus emiſſum quantis tum poſſet, & ipſam
C ebrionis moderantis equos & frena tenentis
T am forti mediam percuſsit uulnere frontem,
V t per & extremam galeam, per & oſſa cerebri
Cebrionem V iſcera ſincipitis penetraret in intima telum,
interimit B inaq; defluerent ante ipſas lumina plantas.
Patroclus. I pſe ſuos oculos anima fugiente ſequutus,
D ecidit exanimis currus de culmine ſaltu,
Vrinatoris dicit. M ore uiri ſubeuntis aquam, pronusq; iacebat
I n caput, & ſiccam conſperſit ſanguine arenam,
I lle nothus Priami generoſi filius olim,
C ui ferus illudens Patroclus, talia fatur.
Amarulenta O factum male, quàm doctus contendere ſaltu,
irriſio Pa Q uàm perit ille agilis uir ad omnia, quàm bene uaſto
trocli in Ce V enari magnos potuiſſet in æquore piſces
brionem. T empeſtate aliqua deprenſus, & oſtrea captans
S uſtentare ſuos comites, qui curribus altis
T am bene deſiluit perplani in puluere campi.
S unt etiam Troës docti contendere ſaltu,
V t uideo. ſic uana ferens, ſic ille cauillans,
T endit in exanimem uiolenti more leonis:
Q ui dum mactat oues pauidas, caulasq; ſubintrat,
M ortifera rabidum percuſſus arundine pectus
I pſe ſua uirtute perit. Patroclus in hoſtem
H aud ſecus inſiluit. quem ſpectans Martius Hector,
D eſilit è curru, & uenientem fertur in hoſtem.

Quales

Q uales magnanimi duo per iuga ſumma leones, *Patroclus & Hector leonibus ſimiles.*
Q uos ueſana fames acuit, pro corpore cerui
E xanimi certant, & mutua prælia miſcent:
T ales hi duo præſtantes certamine martis,
C irca Cebrionis *decertauere cadauer,*
M utua præualidis miſturi uulnera dextris.
T um capta arripiens Hector *ceruice cadauer,*
V endicat ad ſeſe retrahens, quod uindice dextra
C orreptum pede Patroclus *retinere laborat.*
I nterea toto pugnantibus agmine Graijs,
E t Troum *cuneis, ſicut cum flamina uenti* *Ventis omnia proſternentibus ferè ubiq;, ſed & aptiſſimè, comparat conflictus exercituum.*
O buia conſeruere, ingentis ad ardua ſyluæ
V nà Eurusq́; Notusq́; *ruunt, & culmina certant*
E ruere hinc atq; hinc, ornos fagosq́; comantes,
Ae ſculeasq́; ruunt frondes, fragor intonat ingens
A lterno ſonitu, ſtridentibus undiq; ramis,
A rboribus fractis crepitantibus, obuia tota
V entorum arbitrio uolitant folia eruta ſyluæ:
S ic Danaï Troesq́; *in mutua funera dextris,*
I nſanisq; ruunt animis, prorſusq́; timoris
I mmemores, tum Cebrionem *iuxta arma uolabant*
C rebra uirûm, clypeos multis quatientibus haſtis,
L etifero grauibus uolitantibus ære ſagittis.
G randibus hic etiam feriebant obuia ſaxis
S cuta uirûm, gladijsq́; in mutua fata ruebant.
G randibus ipſe iacens membris, ſed puluere fœdus
C ebriones, oblitus equos, oblitus & artis,
Q ua currus regere & frenos auriga ſolebat.
I am cœli medium Sol *attigit igneus orbem,* *Meridies.*
M axima tum crudi feruebant prælia martis,
M iſsilibus citroq́; ultroq́; uolantibus inter
E t per utraſq; acies, poſtquam autem pronus Olympo *Sol inclinatus.*
S ol ſtetit, & magnæ repetebat Tethyos *undas,*

Tum

T um uires Danaûm magis inualuere, nouumq;
C oncœpere animis robur. tunc ergo iacentem
C ebrionem rapuere inter tot milia Troûm,
P ertractumq; armis ſpoliant, nudumq; relinquunt.
P atroclus ter in aduerſas clamore phalanges
I nuectus, uultuq; truci, feruoribus iræ
S ignificans confectum animum ferus irruit, ipſi
O mnia perſimilis Marti, totiesq; nouenos
L umine uitali ſpoliat, cum deinde maligno
D æmonio ſimilis quarto ferretur in hoſtem,
(I am ſiquidem tibi fatales Patrocle ſorores
A dmouere manus) tunc illi Phœbus Apollo
O buius occurrit, truculentus, ſæuus, & atrox,
T erribilis. ſed ne diuum cognoſcere poſſent
M ortales oculi, circundatus aëre multo,
S tans acie in media miſcentum prælia, terga
P atrocli robuſta manu percuſſit, & altos
C onuertit, latosq; humeros, retroq; reduxit,
C onuerſo galeam capite excutit, illa fragorem
I n terram collapſa dedit, tum uertice criſtæ
P uluere ſanguineo defœdabantur equinæ,
Q uadrupedum ante pedes abiectæ, nec prius unquam
F as erat has cadere & maculari puluere criſtas,
Q uæ prius hoc illuſtre caput cœleſtis Achilli
T exerat, & toties defenderat. illius ergò
G eſtandæ decus eximium nunc Iuppiter hoſti
P riamidæ dederat, ſed & ipſi morte propinqua
B landa relicturo mortalis lumina uitæ.
T um telum in manibus quod grande Menœtius heros
R obuſtumq; tulit, totum confregit Apollo.
P ôſt clypeum ex humeris, thoracem è pectore ſoluens,
A nte pedes proſtrauit humi. ſtetit ille dolore
H ac noxa attonitus, mente & ſpoliatus & armis.

Apollo Patroclum cõficit.

Ecce

E cce ſuperueniens à tergo comminus haſtam
I nijcit inter utrunq; humerum uir Dardanus illi
P anthoides Euphorbus, & acer equeſtribus armis,
E t pedibus celer, & iaculis certare peritus.
(I s quandoq; uiros uiginti ſolus ab altis
D eturbarat equis, & curribus, uſq; adeò artis
M ilitiæ gnarus fuerat) nunc uulnus acerbum
I nflixit Patrocle tibi prior omnibus idem,
H audquaquam letale tamen: namq; inde reuulſo
A ufugit iaculo, ſeq; in loca tuta recepit,
N on auſus conferre manum uel nudo & inermi
P atroclo, qui iam plaga confectus acerba
D iuorum atq; hominum, ſociorum in denſa refugit
A gmina, deuitans inſtantis uulnera fati.
Q uem ſpectans Hector fugientem, & uulnere tardum,
P rotinus aſſequitur Danaæas ante phalangas,
E t latus extremum coniecta uulnerat haſta,
S ic ut perfoſſo extaret de corpore ferrum
A duerſi lateris: quo demum uulnere uictus,
C um ſonitu ſuper arma cadens Locreïus heros,
I ngenti mœrore animos affecit Achiuûm.
C eu ualido mactatus aper quandoq; leoni,
S i quando fontem potum uenere ad eundem
A mbæ in monte feræ celſo. tenet ardor utrunq;
P otandi, prior ille ſubit, uetat ille, ſuperbo
C ertat uterq; animo: tandem leo robore præſtans,
E t uirtute animi, multo ſudore fatigans
M actat aprum, multoq; necatum uulnere linquit.
S ic fortem eximius Patroclum contudit Hector,
M ilia crudeli qui tot modò miſerat orco.
A tq; hinc inſultans probra intulit iſta iacenti.
I actator Patrocle, animo paulo antè ſuperbo
A lta minabaris ruiturum Pergama Troiæ,

Non tribuit integrā deuicti Patrocli gloriam Hectori.

Inſultat Patroclo Hector.

Et

E t noſtras te uelle domos euertere, captas
T roïadum rapere antè nurus, tum claſſe parata
I n patriam deferre tuam, ſtultiſsime: namq;
H arum in conſpectu mihi currus atq; quadrigæ
P aſsibus inſultant rapidis, pugnamq́; capeſſunt.
I pſe ego præ reliquis qui nunc Troiana frequentant
M œnia, ſanguinei perago decora inclyta martis,
À quibus exitium auertens, peſtemq́; malignam
I n te conuerto. nam te hoc in puluere campi
I nfauſtæ comedent uolucres, tua uiſcera diræ
D epaſcentur aues: miſerum te, cui nihil unquam
A uxilij tulerit tuus ille inuictus Achilles,
Q ui proficiſcenti tibi talia uerba loquutus
D icitur. O animi pars unica & altera noſtri,
H uc Patrocle caue redeas niſi ſanguine thorax
A ntè tibi Hectoreus manet perfoſſus & haſta
E t uirtute tua. perſuaſit talia dicens
A ut animi uicio, uel adbuc ætatis ineptæ
S tulte tibi. Tunc ſic Patroclus ad Hectora, ſenſus
I am linquente animo. Siquidem te gloria uana
Patroclus N unc nimis extollit, tanquam tu uiceris Hector,
Hectori. E t me nec Phœbus, nec Iuppiter hoſtis iniquo
„ M erſerit exitio: poſſunt namq; omnia diui.
E t facile hoc ipſis fuit, ut me morte uolentes
M ultarint præmatura, qui fortia primum
D etraxere humeris arma omnia, numine uerſo
T um Iouis, occidit nudum non æquus Apollo,
V ulnere tum afflixit diro mea terga ſecundus
E uphorbus Pantho genitus, tu tertius haſta
F odiſti iam ſemianimem, iam prorſus inermem:
Q uales ſi bis nacta decem mea dextra fuiſſet,
O mnes conſimili leto mea dextra dediſſet.
V erum hoc nunc dictum tibi habe, quod pectore in imo

Condere

Condere te iubeo: nec enim tibi uita ſuperſtes
Iſta diu, nec uirtutis flos ille manebit.
Iam te fata uocant, tibi iam lux ultima uitæ
Imminet, inuicto quam mox ſub Achille ſubibis.
Talia dicentem, uita indignata reliquit
Hunc florem ætatis plorans, roburq; iuuentæ,
Lumen & aërium fugit auerſata ſub umbras.
Quem licet exanimem, tamen his affatus es Hector:
Quàm mihi maturam mortem Patrocle minaris
Vaticinans, quis nouit an hæc uentura trahatur,
An minus? ipſe etenim quantumuis fortis Achilles,
Matre licet genitus diua, tamen occidet armis,
Occidet & noſtri percuſſus acumine teli
Forſitan, & uitam noſtro ſub marte relinquet.
Hæc dicens, & calce premens, educere telum
Nititur, & ducta leuat haſta informe cadauer,
Quod quatiens excuſſit humi, teloq; reducto
Automedonta petit, feriendi inſanus. at illum
Abſtulit æripedum fuga non mortalis equorum,
Quos dij Peleo donum immortale dederunt.

Prædicit mortẽ propinquã Hectori.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XVII.

Non latuit fortem Menelaum caſus Atriden
Interitus Patrocle tui, qui fortibus armis
Per media irrumpens pugnantũ milia Troum
Auxilium tulit exanimi, & fœdata iacentis
Membra tuebatur: ceu paruum ſedula mater
Defendit uitulum, quem primo enixa labore eſt.
Atrides haſtamq; manu, clypeumq; ferebat
Pendentem ex humero, morti exitioq; paratus
Qui primus uenienti obſtet, contraq; reſiſtat.
Sed non Panthoides neglectum Euphorbus habebat

Patrocli caſum: namq; affuit, & Menelaum
Talibus alloquitur Populos Menelaë gubernans,
Euphorbus Menelao. Care Ioui, mitte exanimem, ſpolia iſta relinquens
Sanguine ſparſa mihi. nam Troum primus ego ipſum
Robuſtis ualidæ percuſſi uiribus haſtæ,
Vulnere confodiens, ubi confertiſſima ſtabat
Pugna uirûm. ſine nunc igitur ſpolia ampla referre
Me Lycijs Phrygibusq; meis, ne forſitan ira
Percitus, hoc dulcis ſpoliem te lumine uitæ.
His indignatus uerbis: Prò Iuppiter, inquit
Menelaus Euphorbo. Atrides, haud fas fuerit ſic mente ſuperba
Se cuiquam iactare, & ſeſe extollere factis,
Haud quicquam meritis laudum: nec pectore Pardus
Tam ferus eſt, uis magnanimi non tanta leonis,
Nec ſuis indomiti, quos & furor efferat, & uis
Toruos eſſe facit, quantum ſe Euphorbus ab haſtæ
Arte ferox iactat. nec enim ſic flore iuuentæ,
Nec quod equûm domitor, nec ſic uirtute ſuperbit,
Queis nihil ille ualet, qui me uelut inter Achæos
Arguit ignauum. Sed non puto præpete fretus
Dexteritate pedum, ſub amatæ coniugis unquam
Amplexus, iterumq; ad pignora cara redibit.
Sic ego nunc uireſq; tuas & uana retundam
Somnia, ſi conferre manum mihi fortè parabis.
Quin moneo, refer in cuneos te, & in arma tuorum,
Ne fortaſſe tuo pœnam de ſanguine ſumam.
His nihil Euphorbo uerbis perſuaſit Atrides.
Euphorbus Menelao. Quin mage nunc (inquit) fratrem Menelaë peremptum
Abs te, ulciſcar ego, & pœnas hoc nomine ſumam.
Iactabundus enim uelut hæc mihi uerba profaris,
Liquiſti dulces thalamos uxoris amatæ,
Et uix legitimi contacta cubilia lecti,
In luctu & mœrore tuos natoſq; parenteſq;:

Ipſe quidem miſeris ſolatia iuſta rependam,
Si caput his afferre tuum, ſi fortia poßim
Arma tibi detracta, ſenis deponere Panthi
Phrontidis & pulchræ in manibus. ſed longa faceſſant
Verba procul, res iſta manu ferroq; gerenda eſt.
Hæc dicens, haſta clypeum percußit acuta,
In quo lenta tenax curuabat acumina ferrum.
At Iouis Atrides ueneratus numina, contrà
Ibat in Euphorbum, medijq́; per intima uentris
Viſcera tranſegit ferrum, uulnusq́; ſequutus
Viribus adiuuit, donec de corpore cuſpis
Parte alia extaret, qua tergo eſt proxima ceruix.
Inſonat ille cadens, magno ſimul arma cadentis
Increpuere ſono: tum quas bona gratia pinxit
Immaduere comæ conſpergine ſanguinis atri,
Auro atq; argento nitidæ, gemmisq́; decoræ.

Menelaus Euphorbũ interficit. Hũc ſe fuiſſe, dicit apud Ouidium Pythagoras.

Quale per æſtatem uiridantis germen oliuæ
Agricola in campo colit, & producit amœno,
Quam rigat unda recens, qua lympida uena ſcaturit
Allabens, quam uentorum ſuauißima paſcunt
Flumina, tota ſuis ueſtitur floribus arbos:
Quam ſi fortè ruens uehementior aëre turbo
Corripiat, ſternit baccas, folia omnia terræ
Eijcit, ipſa ſuum luget uiduata decorem.
Talem Panthoïden deiectum uulnere acerbo
Atrides, uita exutum ſpoliabat, & armis.
Qualis ab aërio digreſſus uertice montis
In ſtabula altá leo furit, aut paſcentia lætis
In campis armenta boum pro uiribus audax
Inuadit, primumq́; ingentis corpora tauri
Aggreditur, toto cum ſanguine uiſcera paſcens
Dilaniat, canibus latrantibus undiq; circum
Concurſante manu paſtorum: non tamen auſi

πάθος à formæ deſcriptione,

A ut conferre manum, aut propius conſiſtere, uerum
I am non audaces animos timor occupat ingens.
S ic nemo Menelaë tibi Lycium'ue, Phrygum'ue
A udebat conferre manum. nunc ergo tuliſſet
A rma ablata uiro, niſi id inuidiſſet Apollo:
Q ui ſimilis Mentæ Ciconum ducis, oraq; uocemq;,
H ectora talibus alloquitur Marti æquiparandum·

Apollo ſub ſpecie Mentæ Hectorē alloquitur.

T u nunc Hector equos fruſtra inſectaris Achillis,
C aptu difficiles, nec qui mortalibus ullis
I nducant parêre animo, nec præter Achillem
V ectorem accipiunt diua genitrice creatum
I nterea ſimilis Marti Menelaus Atrides
C orpus ad exanimum Patrocli, ſanguine Troum
Ae ſtuat, & Pantho genitum confecit acerbo
V ulnere, præſtantem multis uirtute manuq;
E uphorbum, rapuitq; atro cum ſanguine uitam.
S ic ait, humanisq; deus ſe immiſcuit armis.
P riamides magno confuſus corda dolore,
T um primum uigili luſtrabat lumine turmas,
E t ſpolia agnouit, pulcherrimaq; arma trahentem,
P roſtratumq; ſolo iuuenem, cui cruda fluebant
V ulnera, ſanguineis ceu uiuo è corpore riuis.
E xtemplò in primas acies ſe turbidus infert,
F lammarum ſimiles radios iacientibus armis.
Q uem ſimul Atrides properantem accurrere uidit,
P erculſus mœrore animum· Prò Iuppiter, inquit,

Menelaus ſecum.

A rma'ne Panthoidæ? te'ne hic Patrocle relinquam?
O cciſum pro laude mea, pro nomine Achiuûm?
Q uàm uereor, ne ſi ſpectent me forſan Achiui,
N on auſum conferre manus cum principe Troum
H ectore, ut ignauum dictis inceſſere pergant.
T um metuo, ne me plures oriantur in unum,
E t circumueniant, & iniquo Marte trucident.

Imminet

I mminet en multis ſtipatus milibus Hector
D ardanidum. Sed quid mea mens tibi talia fingis?
Q uiſquis enim diuino homini diuiſq; probato
C ongreditur, perſæpe in aperta pericula uitæ
I nuoluit ſeſe ipſe uolens. nemo ergò timoris
A rguerit me Graiugenûm, qui cedere Marti
V iderit Hectoreo, ſuperi quem uiribus augent,
P ro quo ceu ſocijs depugnat Iuppiter armis.
S i tamen Aiacem conuenero, fortiter ambo
V el diuos contra pugnabimus, arma referre
C orpus & exanimum ſi fortè queamus Achilli:
P ræſtiterit ratio hæc, quamuis mala. talia ſecum
D um uoluit Menelaus, adeſt iam proximus Hector
D ardanidum ſtipante globo, tum uerſus Atrides
L enta ferens retrò ueſtigia, lumine toruo
D udum reſpiciens: generoſi more leonis, Menelaus leoni aßimilatus.
Q uem manus à ſtabulis abigit paſtoria, telis
V ndiq; coniectis, & ob hoc animoſa canum uis.
I lle minax, iraq; oculos torquente recedit
I nuitus. ſic Atrides à funere abactus
P atrocli, poſtquam ſeſe ad ſua ſigna recepit,
V eſtigans Aiacem oculis Telamone creatum
Q uærebat, tandemq; aciei in parte ſiniſtra
C onſpicit hortantemq; ſuos, hoſteſq; fugantem.
M agno illos ſiquidem terrore impleratApollo.
H unc igitur curſu aſſequitur, dextraq; prehenſum
T alibus alloquitur generoſi filius Atrei.
A iax, feſtinemus opem præſtare iacenti Menelaus Aiaci.
P atroclo. ſpoliato armis, & lumine uitæ:
C orpus ut ad magnum tantum referamus Achillem.
A rmis namq; ferus potitur præſtantibus Hector.
H is animum dictis turbatus maximus Aiax,
P er medios ruit armatos, cui fortis Atrides

It comes.ac Hector iam corpus inane trahebat
Patrocli,ſpoliatum armis,ut fronte reſecta
Proijceret canibus truncum eſurientibus,eſcam.
Affuit interea Phœbææ lampadis inſtar
Contectus clypeo,atq; armis radiantibus Aiax.
Quem cernens,cuneis Troum ſe immiſcuit Hector,
In currum ſubitò inſiliens,Peleïa in urbem
Arma ferenda dedit ſocijs,famam inde perhennem
Aeternumq́; petens laudum decus.ipſe iacentem
Patroclum clypeo protexit maximus Aiax,
Ceu leo,qui ſylua catulis comitatus in alta
Venantes uidet ire procul,uidet obuia ferre
Arma ſibi,toruum ſpectans,uellitq; ſub alta
Fronte ſupercilium,quo lumina contegat.Idem
Hinc Aiax,inde Atrides defendere certant
Exanimem,magnoq; animum mœrore grauati
Optabant conferre manus,& cernere ferro.
Tum Glaucus ſatus Hippolocho,ſocia arma ferentum

Glaucus Hectorem increpat.

Dux Lyciûm,toruè inſpiciens,ſermone moleſto
Hectora perturbans:Quis,ait,pulcherrime Troum
Te nunc torpor habet? qua nunc formidine marces,
Longè his inferior pugna? quia ſcilicet errant
Qui te præcipuum,qui dicant eſſe peritum
Militiæ,audacemq; manu: quo robore,fortem
Cum fugias,age qua populum ſeruabis & urbem
Arte tuam? nemo in fortes pugnabit Achiuos
E Lycijs: noſtri quia nulla eſt gratia facti,
Cum tot pro patriaq; tua & pro gente tuorum
Pugnemus,quo'nam reliquos uirtute minores
Eripies pacto,è manibus timidiſſime Graiûm?
Cum Ioue progenitum magno Sarpedona dudum,
Tam fidum tibi,tam uobis ſocia arma ferentem
Obſcœnis auibus,canibusq; reliqueris eſcam;

Cuius

C uius uita fuit nobis perſæpe ſaluti.
Q uod ſi nunc Lycij credant mihi, & audiat omnis
H ic populus, patriam repetentes protinus omnes,
A lta relinquemus perituræ mœnia Troiæ.
S i quid enim Troës laude & uirtute ferendum
F ortiter auderent, iamdudum exangue cadauer
O btinuiſſemus. quod ſi ſors æqua dediſſet,
P ulchra tuliſſemus Sarpedonis arma perempti,
R eddita pro Danaïs: cum tantum plurima Graiûm
T urba ſequuta ducem, bello conſumpta cruento
C onciderit. Nunc te non ſuſtinuiſſe pudendum eſt
V nius aſpectum Aiacis, cum fortè uideres
P ugnantem è regione, nec auſum quolibet illi
C onſerere arma modo: quia ſit te fortior armis,
E t longè uirtute animi tua robora uincat.
T alia dicentem iamdudum lumine toruo
A ſpiciens, contrà ſic reddidit inclytus Hector.
G lauce animo talis tam uerba ſuperba profaris, Hector
T e ſiquidem ratione alijs præſtare putarim Glauco.
Q ui Lyciæ cunq; arua colunt opulenta feracis.
N unc tua dicta tamen mihi mentem & pectus acerbant,
Q ui captum tanta inſimulas formidine, ut unum
V nius aſpectum Aiacis contra arma ferentis
N on tulerim, retrò uiſus ceſſiſſe uocanti.
N on ego cornipedum ſtrepitum ceu uictus equorum
P ertimui, non arma uirûm, non tela minantum.
S ed Iouis humano potior ſententia ſenſu eſt: “
I lle dat oppreſſis uires, adimitq; ſuperbis, “
V ictoresq; facit quos uult, uictosq; uiciſſim. “
N unc ades huc age amice, ut coràm cernere poſſis
Q ualia deſignem: num ſim, quem me eſſe proterue
M entiris, timida mentem formidine captus:
N um'ne aliquem Danaûm præſtantem robore multo

H is arcere queam manibus, ne funera cæſi
C apta Menœtiadæ ſibi uendicet. iſta loquutus
C lara uoce ſuos, hortatus in arma, uocabat.
N unc Lycij, nunc Dardanidæ, nunc Troës amici,
Hector ſuos hortatur. E ſte uiri, ſubeat uobis nunc bellica uirtus
S i qua fuit prior ulla animis, ut robore ueſtro
A diutus, uictorq; inſignibus induar armis,
Q uæ cæſo per nos Patroclo auferre decebat.
T alia uociferans, medijs è milibus Hector
P roripuit ſeſe, & necdum per multa profectos
C amporum ſpacia aſſequitur, qui pulchra ferebant
A rma, Menœtiaden quibus exornaret Achilles,
T um procul à pugna commutans arma, reſumptis
Hector Achillis arma ſibi induit. Ae acidæ induitur, ſua mittit ad Ilion altum.
I nduit arma igitur magni immortalia Achillis,
Q uæ dij Peleo dederant, Peleus Achilli
I am ſenior nato: ſed non tamen ille ſub armis
C onſenuit patrijs. indutum talibus ergo
I uppiter aſpiciens paſſu procul ire ſuperbo,
C oncutiens caput, hæc effudit pectore dicta.
Iuppiter Hectori in Achillis armis ſuperbienti minatur, et uires immittit. H ei miſer, haud etenim quicquam reminiſceris Hector,
Q uæ te fata manent, quàm ſit tibi proxima duræ
M ortis acerba dies. nunc tu immortalia ſummi
A rma uiri indutus, nimia plus parte ſuperbis,
A rma uiri indueris, quem ferro horrentia Martis
A gmina tota tremunt, cuius nunc morte tuliſti
E xtinctum comitem generoſum pectore forti.
A rma autem, indulgens propriæ immoderatius iræ,
E ripuiſti humeris. Sed nunc te ego uiribus auctum
E ximijs dabo, ut his uirtus reſpondeat armis.
S emper enim bello bonus & uirtute fuiſti,
N ullo ex hoſte pedem retuliſti turpiter unquam:
A rma manu feret Andromache tua, nuper Achillis.

Dixit,

D ixit, cæruleisq; oculis pater annuit, iſthæc
O mnia & Hectoreis aliena arma artubus aptat.
T alibus inſtructum grande in certamen ituro
M ars comes it. grauibus dux & truculentus in armis.
V iribus hi ualidis auxerunt Hectora diui.
I amq; ille ad ſocios atq; ad ſua ſigna reuerſus,
V oce bonus clara, & longè fulgentibus armis
E ſſe uidebatur, magno non diſpar Achilli,
N on ita diſsimilis, procerum tum quemq; ſeorſim
H ortatur, Meſthlenq;, Medontaq;, Therſilochumq;,
G laucum, atq; Hippothoum, Deſinora, & Aſteropæum,
P horcynq;, Chromiumq;, his additur Ennomus augur.
H os ita uociferans hortatus in arma ciebat·

Quos Hector ſecum duces habuerit.

A uribus accipite ô ſociæ tot milia gentes,
N on quia tot ſocijs aut tantæ molis egerem
I n bellum, patrijs excitos ſedibus ipſos
V os ego conduxi comites: ſed ut inclyta Troiæ
M œnia, Troianasq; nurus, paruosq; nepotes
M ecum à belligeris conſeruaretis Achiuis.
P ræmia quæ propter uobis precioſa rependam,
E t bona conſtituam iuſti ſolatia uictus,
E xcitet ut reliquos tam libera copia: quorum
Q ui recta inuadens Danao, conflixerit hoſti,
A ut uincet præclarè, aut morte occumbet honeſta.
H æc etenim ratio eſt, & conſuetudo ſub armis.
Q ui uero, licet exanimem, Patroclon ab hoſte
E reptum, intulerit Phrygibus, Troumq; phalangi,
D imidium dabit huic ſpoliorum maximus Aiax
D euictus, medium ipſe feram. non ergo minores
Q uàm quibus ipſe fi uar, laudes famamq; tenebit.

Hector ſuos hortatur.

Promittit deuicti Aiacis ſpolia.

M ouerat his animos dictis, & concita Troum
P ectora: mox Danaos infeſtis undiq; telis
I nuadunt, ſpe ſublati, ſe poſſe ſuperbo

E ripere Aiaci Patrocli exangue cadauer
D ementes, qui non animis cladem ante uiderent
V enturam, ſiquidem plures cecidere ſub haſta
M agnanimi Aiacis, qui tunc Menelaon Atriden
Aiax Menelao. A lloquitur· Generoſe, inquit, Menelaë, uocatos
H uc age ſiſte duces Danaûm, quoſcunq; licebit,
A ut ſors obtulerit. nec enim nos hinc redituros
I ncolumes, ſpes ulla ſubeſt, aut ferre cadauer
P atrocli è manibus Troum, fortaſſe futurum
A litibus canibusq́; eſcam, dulcemq́; rapinam.
B n uenit exitium minitans graue martius Hector,
A tq; inimica premens circum tegit omnia nubes
D enſantis nebulæ. quos nunc potes ergo uocato
A uxilium Danaos. paret Menelaus, & alta
Menelaus Græcorũ ducibus. V oce ciens: Proceres, inquit, fortiſsima Graiûm
P ectora, adeſte citi, quicunq; ſub Atridarum
V iuitis imperio, quorum tot milia turmas
A uſpicio regitis (quæ uobis ex Ioue ſummo
G loria uera uenit) nec nomina ueſtra tumultu
I n tanto numerare licet, nec quemq; uidere
C ui loquar: huc properate alacres, & adeſte ſalubri
N obis auxilio, pudeatq́; relinquere prædam
P atroclum canibus. clamantem talia Atriden
N on procul exiſtens Aiax audiuit Oïleus,
P rimus & accurrit: pòſt Idomeneus, & ipſi
M eriones Marti ſimilis: tum cætera certo
T urba carens numero. quis enim compræhendere poſsit
N omina tot procerum, mox inſtaurata gerentum
P rælia? ſed Teucri duce conflixere priores
Confligunt acies circa Patrocli cadauer. H ectore, ut irati maris æſtuat unda reſiſtens
F luminis illapſi contrà uenientibus undis,
L ittora ſumma mari reboant: tam Troës Achiuis
I mpete ueſano miſcentur, inane cadauer

Vnanimes

V nanimes circum Danaī ſtant, atq; reſiſtunt
O biectis clypeis. ſed & ipſos Iuppiter atris
O ffundit tenebris. nec enim Patroclon Atrides
O derat, eximium comitem: ſcelus eſſe nefandum
H oc reputans, ſi paſcat aues, catulosq; uoraces
C arne ſua. atq; ideo ſocios exciuit, ut eſſent
A uxilio. Teucri tum irrupere priores
I n Danaos, ſubitoq; iacens liquere cadauer,
C ædis adhuc auidi: nullo tamen inde perempto,
S ed ſtupidum retulere pedem. licet haud ita multum
A bfuerit, quin exanimem ſpolia ampla tuliſſent,
V ertiſſentq; fuga Danaos: niſi maximus Aiax
T roianos turbaſſet agens, qui robore forti
C orporis & ſpecie poſt magnum ſolus Achillem
P ræſtabat reliquis Danaûm. per is agmina Troum
R upit apro ſimilis, celſis qui in montibus olim — *Aiax apro ſimilis.*
L atratu reſonante canum circundatus, ira
Ae ſtuat, & ſæui metuendus acumine dentis
D iſpergit per tota fugans luſtra inuia ſyluæ.
T alis erat magni Telamonis filius Aiax,
P er Troas, per & arma ruens hoſtilia, circum
Q ui ſtabant Patrocle tuum generoſe cadauer,
R apturi, & patriæ (ſi ſic fortuna tuliſſet)
L aturi decus eximium, Lethi inde Pelaſgi
F ilius Hippothous, loro ex umbone refixo — *Hippothous cadauer Patrocli trahit.*
I ngentis clypei, talum traiecit utrumq;
P atrocli loro inſerto, per denſa trahebat
A gmina correptum ſtringenti fune cadauer,
G rata ferens Teucris ſolatia, grata ſuperbo
P riamidæ: ſed ſucceſſum fors dura negabat:
N anq; ſibi infœlix mortemq;, & triſte parauit
E xitium. quo nemo illum prohibere, nec ullo
E ripere ingenio potuit, nec uiribus ullis.

Illum

I llum nanq; ſequens per confertiſſima Troum
A gmina, præclari Telamonis filius Aiax
A ſſequitur, ſummumq; ferit per caſſidis orbem,
C riſtatæ & fortem uegrandi uulnere conum
D iffidit, & per maxillam graue uulnus adegit
I n caput, unde atro cerebrum cum ſanguine fuſum
D efluxit, dextramq; ſequens madefecit, & haſtam.
I lle animo linquente cadens, elapſa reliquit
L ora manu, faciemq; cruento in puluere fœdans
P rocubuit, procul á patria, procul ubere terra
L ariſſa, caris nec iuſta parentibus olim
P ræmia perſoluit, breuis imperfecta iuuentæ
T empora ſortitus, manibus cum uictus & haſta
M agnanimi Aiacis caderet. iam uiribus audax
H ector in Aiacem iaculum librabat acutum,
Q uod per inane uolans dum conſpicit ille, reducto
C orpore uitabat, dextramq; ictumq; fefellit
H inc Schedium petit Iphitiden, qui Phocide terra
D uxerat armatas lachrymoſa in bella cohortes:
M œnia qui Panopea colens, tot gentibus unus
P ræfuit imperio. cui tum compage ſub ipſa
O ſſea ſpinarum per uincula uulnus adegit,
T am graue, ut extaret ſummo de corpore ferrum
C irca humerum. ſonat ille cadens, ſimul arma cadentis
I lliſa inſonuere ſolo. tum maximus Aiax
M agnanimum Phorcyna petit, genitore creatum
H ippothoo, mediiq; adigit per uiſcera uentris
P erfoſſo thorace enſem, cum fortè pararet
E xanimum clypeo defendere & enſe parentem.
I lle cadens, terramq; manu ſimul ore cruentus
C ontigit, & fugientem efflauit in aëra uitam.
I nterea ſociis comitantibus inclytus Hector
E' pugna parat ire retrò, & diſcedere in urbem

Aiax Hippothoũ interficit.

ϖάλιν

Schedius occiditur ab Hectore.

Quos

Q uos contra Danaï magno clamore coorti
P horcyna Hippothoumq́; trahunt, armisq́; decoris
E t patris & nati geminata cadauera nudant.
I am nec marte pares, nec robore Troës Achiuis, Troiani in urbem refugiunt.
E xcelſum repetunt ſe uicta fatentibus armis
I lion. at Danaï propria uirtute ſuperbi,
E latiq́; animis, nihil huius nomine ſortis
A ttribuere Ioui. Sed enim Ioue natus Apollo
E pytidæ ſimilis Periphanthi, os, uerba, colorem,
P ræconi, patria qui dudum clarus in arte
C onſenuit, tali Aeneam ſermone laceſſit.
Ae nea, quo'nam pacto ſine numine diuûm, Apollo Aeneam alloquitur.
A tq; his inuitis, reſides ſuper alta ſedetis
P ergama? quando hoſtes propria uirtute ſuperbi,
E latiq́; animis, hominum tot milia uictis
I nſultant, uobisq́; malum cladem q́; minantur,
T anquam certa manu uictoria parta triumphet.
Q uàm uobis plus quàm Danaïs fauet ille deorum
M aximus, atq; optat uos uincere Iuppiter æquus,
S ed uos, ut uideo, capti formidine, nullas
A udetis conferre manus, nec uincere bello.
T alia dicentem Aeneas agnouit, & alta
H ectora uoce uocans. Vos, inquit, & Hector & omnes
T roiani proceres, & qui ſocia arma tuliſtis, Aeneas Hectori & alijs ducibus.
N um pudet eſſe animo tali? ſic turpiter hoſti,
C edere? ſic Danao nos uertere terga ſequenti?
Q uis tamen aſsiſtat diuûm mihi? nempe ego ſummum
A rbitror eſſe Iouem, qui nobis conſilia iſthæc
I mmittat, faueatq́; uolens. agite ergo feramur
H inc recta in Danaos, nec permittamus ut altas
A d naues referant Patrocli exangue cadauer,
C eu nacti ſecura repulſis ocia noſtris.
T alia uociferans, ſeſe ipſe per agmina primus,

Proripuit.

P roripuit, quem mox alij, pars magna, ſequuti,
I n Danaûm turmas ſtructa irrupere phalange.
T um bonus Aeneas fortem Leocriton armis, *Aeneas Leocriton ſternit.*
Q uem genuit magni ſocium Lycomedis Arisbas,
E ximium leto iaculo proſtrauit acuto.
Q uem ſubita miſerans Lycomedes morte cadentem
C ominus Hippaſiden letali Amythaona telo *Lycomedes Amythaona.*
P roſtrauit, fixumq; reliquit in epate ferrum,
Q ua ſunt parte breui propiora pericula uitæ.
I lle ex Pæonia prædiuite duxerat acres
E t promptos in bella uiros. pòſt Aſteropæum,
F ortia quæq; manu peragens. hunc ergo ſolutis
D efectum genibus, fœdoq; in puluere ſtratum
S trennuus ingemuit carum Aſteropæus amicum,
E t ſimul in Danaos graſſantibus irruit armis.
S ed fruſtra ſtabant obnixæ grandibus haſtis,
E t clypeis Argiuæ acies, & milite denſæ
A d corpus Patrocle tuum. tum maximus Aiax
P luribus hortari ſocios, incendere dictis, *Aiax hortatur ſocios.*
V irtutemq; animosq; uirûm, nec cedere quenquam
C orpore Patrocli ſinere, aut pugnare remiſſis
R obore, ui, uirtute, manu: ſed tela feroces
M ittere, in hoſtiles aciem conuertere turmas.
Q uæ dum cuncta facit Telamonis filius Aiax,
O blita purpureo iam ſanguine terra fluebat,
P lurima iam Troum & ſociorum turba cadebat,
E t ſimul Argiuûm, nec enim non cæde cruenta
H i quoq; pugnabant, ſed corpora plura cadebant
T roiugenûm, dum ſic in mutua uulnera dextris
I nſurgunt, dubiumq; ſtudent propellere Martem.
S ic utrinq; pari tolerabant prælia motu,
S icut ubi ignigenæ miſcent incendia flammæ, *Cõparatio.*
I amq; nec apparent cœlo puriſſima Solis

L umina, nec radijs argentea Luna refulget:
V ſq; adeò nebula tecti caliginis atræ
P ugnabant, dum Patroclum ſibi quiſq; iacentem
A dſerere, & raptare manu, & defendere certant
- turba procerum, pugnantum in nube coorti
P ulueris. interea pugnare remiſsius extra
P ulueream noctem (nec enim contexerat omnem
A ëra, nec montes terrarum culmina, nubes)
M agnanimis fortes commiſti Troës Achiuis.
Q ui tamen in tenebris & opaca in nocte feroces
C onſeruere manus, letalia tela ferebant,
M ittebantq; manu, ferroq; in fata ruebant
M utua, præſtantes reliquis, atq; optima bello
P ectora. tum fratres Thraſymedes Antilochusq;
N eſtoridæ gemini, nondum audiuere dolendum
P atrocli interitum, ſed adhuc pugnare putabant
A nte alios in prima acie. cum deniq; cædem
C ognoſſent, ſociûmq; fugam cladémq; uiderent,
E minus inde tamen, procul atq; à nauibus altis
R em geſſere manu. ſenior nam talia Neſtor
I uſſa ſuis dederat, quæ non tranſire licebat.
I nterea bellum lachrymabile creſcit in horas,
I am labor, & ſæuus certaminis ardor anheli,
I am ſudor calidus per corpora tota fluebat,
I am genua & ſuræ, iam uultus, lumina, plantæ,
V ulneribus conciſa labant, ad Achillis amicum
E t fidum comitem, quem tunc ſibi quiſq; ſtudebat
O ptimus adſerere: ac ſi quis diſtendere pellem
T aurinam iubeat, craſſam pinguedine multa,
M ultorum manibus, terræ deſudet omaſum,
E t liquor omnis humi. ſic ipſum tempore paruo
P atroclum in diuerſa, manus numeroſa, trahebat,
C um ſe poſſe ſuam ſperarent Troës in urbem

Thraſymedes & Antilochus.

Cõparatio.

Pertrahere,

P ertrahere, ad naues Danaï. ſic prælia utrinq;
P eruebant. nec Mars populorum concitor, illa
S orte mouebatur, nec ſpectans talia Pallas,
E tſi præualidæ ſtimulata furoribus iræ.
P ro ſic exanimo Patroclo Iuppiter illa
L uce uiros & equos affecit clade cruenta.
N ec dum ad magnanimum fama hæc peruenit Achillem,
T am carum cecidiſſe uirum, quo tempore utriq;
P ugnabant procul à ratibus ſub mœnibus urbis:
H ic ubi tum pugnare ſuum ſperabat amicum,
I nde breui rediturum ad ſe. namq; eſſe ferebat
I n fatis, ſine Patroclo non poſſe ſuperbum
I lion excindi, cum matrem ſæpe rogaſſet
A ccipiens reditum, ſi quid ſententia magni
P atroclo diuina Iouis portenderet ipſi
A ut triſte aut lætum. uerum illi cærula mater
T antum ſignificare mali, tam inſignis amici
I nteritum nunquam uoluit, ſed utriq; pepercit.
I nterea infeſtis concurritur undiq; telis
C orpus ad exanimum, ſeſe per iacta uiciſſim
P robra laceſſentes, Danaûm cum è milibus unus.
Quidam è Græcis ipſos hortatur. T urpe (inquit) ſocij fuerit, ſi fortè coactum
A d naues repetamus iter, terræ omnibus iſtuc
S ufficiet ſpacium: ſatiusq; hic mortis honeſtæ
M unere defungi, quàm Teucris cedere laudem,
E t decus, ut referant intra ſua mœnia, cæſi
Quidam è Troianis et ſuos. M embra Menætiadæ. tum ſic è Troïbus unus
S i fatum ſuperare uiro deus, inquit, in uno
P ermittit, cur non alijs ſimul omnibus idem
A nnuat hoc ipſum? nemo ergo hæc prælia ueſtrûm
D etrectet. dictis his hortabantur utrinq;
S eſe alacres, fragor armorum ferit aurea cœli
S idera, & aërio ferrum clangore reſultat.

Iamq;

I amq; & Achillis equi procul à certamine pugnæ
D iſcurrere uagi, gemituq; & uoce fremebant,
Q uàm primum dominum proſtratum in puluere ſicco
A urigam ſenſere ſub Hectore principe Troum.
Q uos tamen Automedon Dioreos inclyta proles
V erberibus uerbiſq; regens hortatur amicis,
N unc terrere minis pergit, nunc cædere flagris.
I lli nec pictas naues, & littora curſu,
Ae quora nec lati repetebant Helleſponti,
N on in dura retrò potuerunt prælia cogi.
S ed uelut immoto ſtatuæ de marmore fixæ
S igna ſepulchralis tumuli, qui continet oſſa
M ortua ſiue uiri, defunctæ ſiue puellæ:
S ic illi immoti, & firma in ueſtigia nixi,
A lter in alterius capita inclinata tenentes,
P erſtabant curru iuncti, lachrimaſq; ciebant,
Q uæ calidæ miſeris malas per & ora cadebant,
A urigæ deſiderio mittentibus ægri
S igna animi gemitus, uiridis coma fluxit utriq;
P er iuga, cæſaries ſqualebat denſa iubarum.
Q uos cum deſpiceret ſummo miſeratus Olympo.
I uppiter, hæc ſecum· Ha miſeri, uos'ne addere Achilli
M ortali decuit, uos nulla morte domanda
S tyrpe ſatos? num'ne ut caſus doleatis iniquos,
Ae rumnaſq; hominum. nec enim de ſemine natis
M ortali, & ſuperas uitæ carpentibus auras,
H umano eſt uſquam genus erumnoſius ullum.
N on tamen hos currus, non uos moderabitur Hector,
N on alius, raptis nunc ille ſuperbiat armis
I mprobus, & fama fruſtra ſe iactet inani.
N unc ego uos pedibus celeres, animoq; feroces
E ſſe dabo, & ſolidas ſuperaddam in corpora uires,
V t ſocium magni incolumem referatis Achillis

Equi Achillis immobiles ſtantes.

Equi aurigã amiſſum plorant.

Iuppiter equos miſeratur.

Nihil uita humana calamitoſius.

A utomedonta citi ad naues, littusq; relictum.
H oc & adhuc tribuam uobis decus: ite futuri
V ictores, & fata uirûm numeroſa cadentum
V iſuri: donec Tethys uaga lumina ſolis
C ondat in Oceanum, & terrarum frigida noctis
C ontegat umbra ſolum. Sic fatus Iuppiter, aptas
I nſtaurauit equis uires. illi ocyus aura
E xcuſſere iubis ſqualorem pulueris atri,
E t currum rapuere citi, per tela, per hoſtes,
P er Troas, per & Argiuos. tum triſtis & amens
P ro ſocio Automedon, ruit in denſiſſima Troum
A gmina: ut anſeribus portans fata ultima uultur.
S ed facile urgentum ſe exemit ab agmine Troum,
P er medias acies multos, perq; arma ſequutus,
N ec tamen excepto quoquam, nec uulnere læſo.
S olus enim uacuo in curru, nec mittere tela,
N ec retinere manu potuit ſpumantia frena,
Ae monidæ tandem Laërcei filius ipſum,
A lcimedon, poſt terga uidens, atq; ultima currus
P oſt iuga conſiſtens, ſic eſt affatus amicum.

Iuppiter equis uires & animos immittit.

A utomedon, quis enim diuûm tibi inutile miſit
C onſilium in mentem? contra tot ſolus ut auſis
M ilia conſeruiſſe manus, iacet inclytus heros
I lle Menœtiades, ſpolijs indutus Achillis
H ector & arma ferens humeris aliena ſuperbit.
Cui celer Automedon. Cui gloria talis Achiuûm
C ontigit Alcimedon, uel cui contingat, equorum
F rena manu, & currus moderari morte carentum?
C ui, niſi Patroclo forti, uitalibus auris
D um frueretur adhuc: dira nunc morte peremptus
I lle iacet, fato nimis heu præuentus acerbo,
Q uin tu frena manu capis hæc, & flectis habenas,
I pſe ego deſiliens curru fera prælia dextra

Alcimedon Automedonti.

Experiar.

E xperiar. dicto citius magnum inſilit axem
A lcimedon, & frena manu capit: alite curru
D eſilit Automedon. quod dum uidet inclytus Hector,
V erſus ad Aeneam, qui tum propè conſtitit, inquit·
Ae nea conſultor, equos (ut opinor) Achillis
I n pugna uideo, nequaquam illa arte peritis
C ommiſſos, ſtultoq; regi moderamine uani
A urigæ: quibus (ipſe uelis modo) poſſe potiri
M e confido equidem. nec enim contra uenientes
E xpugnauerimus facili ratione, feroces
I ngenio, & uirtute animi. Sic dixit, at illi
P aruit Anchiſa genitus. tum pellibus ambo
T ecti humeros bubulis, ibant crepitantibus armis,
Q uippe graues multo Mauortia corpora ferro.
H is ſocij accedunt Chromiusq; & corpore diuis
A retus ſimilis, ducti ſpe laudis equorum
C orripiendorum, ſtultiq; & pectore cæci.
N amq; opere in tanto multus fundendus utriq;
S anguis erat: quippe Automedon confecit utrunq;
V ulnere mortifero. qui ui, qui robore fretus,
E t uirtute animi prudens, Iouis alma precatus
N umina, ſic fidum uerbis affatur amicum·
A lcimedon, ne diſcedas hinc longius, inquit,
N e' ue abeas, nec equos porrò hinc age: ſuſpicor autem
H ectora Priamiden tam pulchris uelle potiri,
I dq; daturum operam, nec ab hoc certamine quicquam
A ntè remiſſurum, magno quàm rurſus Achilli
S iſtantur, qui nos etiam nunc perdere leto
A eſtuat, & turbare acies atq; agmina Graiûm,
N i prius inſidias illi fraudemq; ſtruamus.
H æc dicens, conuerſus & Aiaces uocat, & Menelaum·
A iaces, Menelaë duces, decora inclyta Graiûm,
H uc agite, exanimem defendite, ferte frequentes

Hector Aeneæ.

Hector equorum Achillis potiri ſe poſſe ſperat, ſed fruſtra.

Automedō Aiacibus.

A uxilium, quicunq; animis præſtatis & armis,
E t noſtras acies, & nos à morte propinqua
E ripite. en lachrymoſa ferentes prælia miſcent
H ector & Aeneas, Troum fortiſſima bello
P ectora, perturbantq; acies. atq; agmina rumpunt.
I ſta ſed in manibus ſita ſunt (ut cuncta) deorum — In græco ubique eſt non in manibus, ſed ἐν γούνασι κεῖται.
I pſe quidem iaculum mittam: ſed Iuppiter ipſum
D iriget, & curæ nos noſtraq; ſolus habebit.
D ixit, & emiſſam manibus uibrantibus haſtam
C oniicit. illa uolans Areti tranſiit orbem — Aretum occidit Automedon.
I ngentis clypei, zonam per ad intima uentris
I lia peruadens. ſicut cum forte ſecurim
I mpegit iuuenis, bonis inter cornua crudi,
I lle cadit plangens ingenti corpore terram:
H aud ſecus Aretus cecidit, telum intus adhærens
V iſcera confodit. tum telo maximus Hector
A utomedonta petit, ueniens quod corpore flexo
V itatum, ferro telluri infigitur atræ,
S umma parte tremens. Tum uero Martius horror
I nualuit, totasq; furens effudit habenas.
T um gladiis res cepta geri, tum cominus omnes
C onſeruere manus. ſed enim duo fulmina belli
A iaces ſubeunt pugnæ, miſtasq; repente
D irimere acies. ueriti quos maximus Hector,
E t celer Aeneas, Chromiusq;, per agmina retro
A uerſum retulere pedem, ſub ſtrage relicto
A rete exanimi, quem ſtrennuus exuit armis
A utomedon, iactabundusq; hæc uerba profatur.
N unc habet ipſe ſuæ quædam ſolatia mortis — Inſultatio Automedontis.
P atroclus, licet occiderit contemptior illo.
T alia uociferans currum conſcendit, onuſtum
A reti ſpoliis, conſperſus ſanguine cæſi,
E t plantas ambasq; manus: per cuncta leoni

Carniuoro

C arniuoro ſimilis, qui iam præpinguia tauri
V iſcera depaſtus, ſpumas agit ore cruento.
M ox iterum ſuper exanimi certamen obortum
I ngens, luctificum, pugnam inſtaurante Minerua.
C uncta uidens etenim demiſit Iuppiter illam
D e cœlo, Danaïs iuſſam ſummittere uires,
E t reparare animos. nec enim fuit una uoluntas
I llius, aut uno ſtabat ſententia motu.
S icut ubi aëriam de cœlo Iuppiter Irim
D emittit, ſignum aut belli mortalibus ægris,
A ut hyemis gelidæ, quæ ſola laboribus arcens
H umanum reficit genus. at iumenta moratur,
E t pecorum gregibus uenit improba. talis ab alto
V ertice delapſa eſt nymbo circundata Pallas,
I n medios ſeſe immittens dea præpes Achiuos.
N unc hos, nunc alios compellans uoce manuq;,
R urſus in arma trahens. Iam ſtabat proxima Atridæ
A nte alios Menelaë tibi, quem uoce diſerta,
(P hœnici ſimilis, ſimul & mentita figuram)
T alibus alloquitur. Fuerit Menelaë pudendum — Pallas Menelao.
C um reliquis, tum præcipuè tibi triſte & acerbum
H oc facinus, ſi te uiuo comes ille ſuperbi
Ae acidæ, canibus Troiæ ſub mœnibus altis
P ræda relinquatur. uerum hic age ſtrennuus eſto,
E t comites in bella cie, rape in arma phalangas.
C ui uocem bonus Atrides. ô maxime Phœnix, — Menelaus Palladi non agnitæ.
O uenerande ſenex, utinam mihi Pallas adauctas
I nſtauret uires, & tela ualentia præſtet,
N on ego defuero Patroclo. ſcilicet illum
D eſeruiſſe queam, quem ſic ego ſemper amarim?
C uius & interitu miſerè conflictor acerbo.
S ed uelut ignis edax conſumens omnia, ſæuo
P ectore graſſatur, ſternens rapido omnia ferro

H ector, & in partes quaſcunq; agit agmina ſecum.
C ui fauet, & laudem non æquus Iuppiter auget.
H is animo lætata hilari fuit innuba Pallas,
S e primùm ante alios, ſua & numina prima uocari.
M ox genua atq; humeros Menelaï robore fulſit (*Pallas Menelao uires immittit.*)
P ræcipuo, audaciq; animum uirtute repleuit,
H umani cohibens affectus corporis omnes
P arte bona, prudens inſerta audacia, diuæ
I ngenio, leni & placido. Tum proximus aſtans
P atroclo, medios iaculum contorſit in hoſtes.
F ortè Podes fuerat ſatus Eëtione, beatus
D iuitijs animiq; bonis, & ab Hectore cunctis
R ebus honoratus, fidos comes inter amicos.
H unc medium, qua zona coït, confixit Atrides,
V iſceraq; infixum penetrauit ad intima ferrum.
I lle cadens, ſonitu ingenti ſuper arma ruebat.
Q uem celer Atrides correptum ex agmine Troum,
A d ſua pertraxit. Tum proximus Hectora Phœbus,
P hœnopis Aſiadæ formam mentitus, & ora,
(P riamidæ, ex clara patria, hic fuit hoſpes, Abydo)
T alibus alloquitur ſuccendens pectora dictis.
Q uis te, quis Danaûm defugerit amplius Hector? (*Apollo Hectori.*)
Q uis'ue reformidet? poſtquam metuiſſe uideris
I gnauum bello Atriden, quem ſpreueris antehac.
Q ui nunc magnanimo Pode te ſpoliauit amico
S olus, & exanimem traxit, rapuitq; iacentem.
H is animum dictis mœrore obduxit acerbo
H ectoris. ille furore amens, metuendus & armis,
I rruit in denſas acies. tum Iuppiter altam
Ae gida concutiens, obduxit nubibus Idam,
E t ſimul intonuit clarum, lætiſſima Teucris
S igna ferens, uertitq; fuga trepida agmina Graiûm.
P rimus Peneleus Bœotius agmine uerſo (*Græcorum fuga.*)

T erga dedit fugiens, humerum percuſſus adacto
A duerſum leuiter iaculo, quod miſerat acer
P ulydamas, & ad oſſa cutem perſtrinxerat imam.
H ector Alectryonis generoſum Leïton haſta
V ulnerat, interiora manus mucrone reuellens.
Q ui properè omiſſo dubiæ certamine pugnæ,
T erga fugæ circumſpiciens dedit: & licet haſta
A rmatus, tamen haud hoſti formidine captus
A udebat conferre manus: tum Leïton haſta
V rgentem Idomeneus petit Hectora, inutile miſſum
I d ſummo in thorace ſtetit, tremuitq; refractum
D ura ſuper dextræ, ferro tenus, oſſa papillæ.
Q uo uiſo timuere Phryges, tum maximus Hector
D eucaliden ferro petit Idomenea reducto,
I n curru ſtantem: ſed aberrans perculit haſta
C æranon aurigam, qui Merionæa regebat
F rena manu. pulchræ qui linquens mœnia Lycti,
P rimus ab undiuagis egreſſus nauibus ibat,
T riſtia bella pedes, Cretenſiaq; arma ſequutus.
V iciſſetq; manu, celeres niſi fortè quadrigas
I mmiſiſſet, & à fato eripuiſſet acerbo
I domenea ducem, confectus ab Hectore, telo
I n dominum miſſo, ſic fata aliena ſubiſſet.
N amq; ſub aure graui per malam ſaucius ictu
D entibus excuſſis, linguæ compage reſecta
D ecidit è curru, tum frena iacentia terræ
M eriones tulit, his compellans Idomeneum·
T u nunc, inquit, equos impelle, & coge flagellis, Meriones Idomeneo.
V eloces repetant curſu non deſide naues.
N on'ne uides feſſas Danaûm langueſcere uires?
C ui bonus Idomeneus parens, correpta frementum
T erga flagellat equûm. (ſiquidem timor altus habebat,
O ppleratq; animum) nec Atriden illa minorem,

Nec magnum Aiacem latuit Iouis alma uoluntas:
Qui tunc arma daret uictis uictricia Teucris,
Mutaretq; uices. Cum ſic Telamonius Aiax
Aiax ſocijs. O ſocij, tam nemo (inquit) ſine pectore, uenit
Tam ſenſu eſt ſtolidus, qui non agnoſcere poſſit
À Phrygibus nunc ſtare Iouem, nos eſſe relictos.
Nulla quidem illorum mittuntur inania tela,
Siue ea mittat iners, ſiue optimus. omnia nobis
Spicula uana cadunt: cum Iuppiter impius illa
Dirigat, hæc molli figantur inertia terræ.
Optima nunc igitur parēte & uera monenti,
Corpus ut exanimum magno referamus Achilli,
Et ſocijs, quorum nunc ingens pectora mœror
Occupat, has clades, tot funera noſtra uidentum,
Dicentumq; manus fugiendas Hectoris, atq;
Præualidas uires, pereundum in nauibus ipſis.
Nunc ergo è ſocijs aliquis legatus Achilli
Optimũ Aiacis conſilium. Nunciet, interitum caſumq; tacentis amici:
Quem nondum hæc audiſſe puto triſtiſſima luctus
Nuncia. ſed nullum uideo: tam triſtis & atra
Condita nube uiros caligo obduxit, equoſq;.
Iuppiter omnipotens quæſo hanc auertere noctem
À Danaûm nunc gente uelis, precor æthera clarum
Eſſe iube, miſeros da clara in luce uidere,
Perdere ſi placitum eſt, ſi nos tua dextra reliquit.
Talibus orantem lachrymis, miſeratus ab alto eſt
Iuppiter, & nebulas fulgenti diſpulit aura.
Tum ſol emicuit, facieſq; miſerrima pugnæ
Tota oculis patuit, tum primum maximus Aiax
Aiax Menelao. Verſus ad Atriden. Circumſpice nunc Menelaë,
Inquit, an inuenias Nelida Neſtore cretum
Antilochum, ſi uiuat adhuc, atq; ocyus ipſum
Ire iube, ferat ut magno triſtiſſima Achilli

Nuncia,

N uncia, crudeli cecidiſſe ſub Hectore cæſum,
Q uo non de ſocijs fuerit coniunctior ipſi.
P aruit Atrides, & mox abit inde: leonis
I n morem, qui clauſa petens iumenta, ſub ipſis
I nſultans ſtabulis, homineſq; caneſq; fatigat. Menelaus leoni cõparatus.
Q ui tota uigiles bubilia nocte tenentes
D efendunt, ferus ille fame, nocturnus edendæ
E ſuriens inhiat prædæ: ſed ſæuit inani
T rux rabie feritas, quia tela iniecta, faceſq;
N octurnas metuit, ferientibus undiq; ſolum
T ot manibus canibuſq;, ferum licet, inde repulſus
M ane abit, & triſti ſub pectore concoquit iram.
H aud ſecus exanimem Patroclum liquit Atrides,
I nuitus. Siquidem capti formidine Graij,
M embra reliquerunt Phrygibus laceranda ſuperbis
P atrocli. tum multa ferens Aiacibus, atq;
M erioni mandata dabat: Decora inclyta Achiuûm Menelaus Aiacibus.
A iaces & Meriones, quis nunc memor extat
P atrocli? quis nunc defendit ab hoſte iacentem?
Q ui cœlo cum uiuus adhuc frueretur & aura
T alis erat, tamq; ingenio manſuetus amico
E rga omnes: nunc uitali iacet æthere caſſus.
H æc memorans, partes circumſpiciebat in omnes:
N on ſecus ac cœlo è liquido Iouis armiger ales, Cõparatio.
Q uo uiſu uolucrum melior nec acutior ulla eſt,
C onſpiciens leporem ſub amica fronde latentem
D euolat, arreptumq; necat, ſecumq; per auras
D etulit. haud aliter tu nunc Menelaë, per omnem
V ertebas oculos aciem, turbaſq; tuorum
L uſtrabas circum, fortem ſi fortè uideres
N eſtoriden. quem mox ubi uiſum à parte ſiniſtra
H ortantem ſocios, & prælia uoce cientem
N ouiſti, dictis affatus talibus illum

D iceris: Huc age Neſtoridà generoſe, dolorem
Menelaus A uditura grauem: quem dij, quem Iuppiter hoſtis
Antilocho. V ertiſſent utinam. iam te cognoſcere certò
A rbitror, ex rebus præſentibus omnia nobis,
Q uæ deus intulerit, quantam parat edere cladem.
S tat penes infidos Troas uictoria, Graiûm
O ptimus occubuit fato Patroclus iniquo.
C uius morte iacent conſternata omnia Achiuûm
P ectora. Tu magno celer i legatus Achilli,
N uncia confecti triſtiſſima defer amici,
H oſtibus ut pulſis properè defendat inermem.
N amq; armis potitur dirus cœleſtibus Hector.
D efenſum ad naues referat. Mœſtiſſimus iſthæc
A udijt Antilochus, tantæ noua nuncia cladis.
I ngemuit lachrymans, & Atridæ paruit ultrò,
A rmaq; Laodoco ſua commendauit amico,
F eſtinans. at equi ſimul abduxere, ferentem
N uncia magnanimo quæ non uoluiſſet Achilli:
T e tamen haud generoſe animus Menelaë ferebat,
A uxilium ut ferres preſſis hoſtilibus armis
A ntilochi ſocijs. abitu namq; ipſius ægri
C onflictabantur. ſed mox Thraſymede remiſſo
A d Pylios, repetis Patrocli exangue cadauer,
A mbobusq; refers Aiacibus, Antilochum te
A d naues miſiſſe citas, qui nuncia magno
D eferat Aeacidæ, diræ triſtiſſima cladis.
Menelaus N on tamen illum (inquit) quamuis irata gerentem
Aiacibus. P ectora, Priamidæ, promittere poſſumus ulla
V enturum ratione. etenim qui poſſit inermis
H oſtibus armatis ſe opponere? dum licet ergo
C onſilium capiamus Achæis utile rebus,
Q uo nos exanimi potiamur corpore, & ipſum
E x Troum clamore manu rapiamus Achiui,

Nos

N os quoq; uitemus tam certa pericula tuti.
I lli reſpondens magnus Telamonius Aiax· *Aiax Mene-*
O mnia recte, inquit, ſtatuis Menelaë. ſed iſthuc *lao.*
V os audere decet, teq́; ipſum Merionemq́;,
V os rapite inſultu celeri, & ſubducite pugnæ,
S ublatumq́; auferte humeris. nos tuta ferentum
T erga manu dabimus, nos propulſabimus armis
H ectora, Troianosq́; alios, ut & ante cruentam
S æpius unanimi contraximus agmine pugnam.
S ic ait. Illi humeris ſublatum protinus altis *Menelaus*
S ubduxere procul Patrocli exangue cadauer. *& Merio-*
T um Troianæ acies terga inuaſere: canes ceu *nes corpus*
V ulnere confoſſum magnis latratibus aprum *Patrocli ra-*
I nuadunt alacres, uenantum ante arma ruentes, *piunt.*
P erniciemq́; feræ minitantur. at ille reſumptis *Cōparatio.*
V iribus obſiſtens, & ſe conuertit, & aſtans,
D entibus infrendens nunc hos nunc uulnerat illos.
F it fuga, poſt alij ſubeunt, alijq́; reſiſtunt.
S ic Troës, Danaos, tergis hæſere, ſequentes.
A tq; ita ſæpe manu facta non pauca ferebant
V ulnera, ſectati cedentes Troës Achiuos.
C um uerò Aiaces conuerſi noxia in ipſos
T ela retorquebant, cedebant Troës Achiuis.
N ec quiſquam procerum, nec quiſquam ex agmine primo
S uſtinuit pugnare ducum pro corpore cæſi.
H oc demum pacto eſt Patrocli exangue relatum
C orpus ad undiuagas naues, littusq́; relictum.
S icut edax ignis captam graſſatus in urbem *Cōparatio.*
P roxima quæq; uorat, lateq́; incendia ſpargit,
F lamma furens magno uentorum impulſa tumultu
C oncrepat, undantesq́; globos eructat in auras:
S ic illi ſtrictis equitum peditumq́; cateruis,
P rælia miſcebant magno confuſa tumultu.

Sicut

Alia comparatio.

S *icut & è celſo nemoroſi uertice montis*
S *æpe trabem uoluere fabri, malum'ue parandis*
N *auibus, & ſalebras per & inuia ſaxa trahentes*
P *erfuſi ſudore ſimul, feßiq́; labore*
I *mmodico fumant æſtu: ſic membra ferebant*
E *xanimata alacres* Danaï, *defenſa dederunt*
T *erga duo* Aiaces. *& ſicut in arua ruentes*
S *yluarum prærupta tenent, obiectaq́; totas*
S *axa morantur aquas, quæ fluctibus omnia inundant,*
E *t campis latè ſtagnant, nec uiribus ullis.*
S *axa mouere loco poſſunt, nec ſcindere rupes:*
S *ic gemini* Aiaces *prohibent poſt terga ſuorum*
I *nſtantes* Troas, *qui non minus ultima* Graiûm
T *erga ſequebantur: quos inter prima tenebant*
I *nclytus* Aeneas *armis, & maximus* Hector.
A *c ueluti liquidum clamore per aëra ſturni,*
A *ut picæ ingenti uolitant, propè adeſſe uidentes*
A *ccipitrem, minimis uolucrum fera fata ferentem:*
S *ic* Danaûm *iuuenes, quoties uiolentius inſtant*
H *ector &* Aeneas, *pugna fugere relicta.*
M *ulta quoq; exciderant* Danaïs *fugientibus arma,*
D *um caua tranſiliunt altæ munimina foſſæ,*
N *on tamen à pugna ceſſatum eſt partibus ullis.*

ILIADOS HOMERICAE LIBER XVIII.

D V *m ſic immiſti decertant* Troës *Achiuis,*
A *rida perſimiles rapientibus omnia flammis,*
I *nterea ad magnũ properãs legatus* Achillẽ
N *eſtorides, illũ ante rates & roſtra ſedentem*
I *nuenit, ingentes agitantem pectore curas,*

Achilles ſecum.

Q *uid facto ſit opus. qui quædam talia ſecum,*
C *um gemitu:* Hei *quid (ait) rurſus turbantur Achiui,*

Præcipitesq́;

P ræcipiteſq; cito repetunt naualia curſu?
N e ſuperûm (quod nunc ego ſuſpicor, & mihi uates
S uggerit hic animus) permiſerit ille ſupremus
A rbiter, hoc etenim quondam cariſsima mater,
V aticinata mihi eſt, me uiuo, morte peremptum
V iſurum, qui Myrmidonum longè optimus eſſet.
H ei mihi, ne fortis ſit filius ille Menœti,
Q uàm metuo infœlix: cui iuſſa ſalubria bello
H inc proficiſcenti dederam, cum prima dediſſet
V irtutis documenta ſuæ, atq; incendia belli
M ouiſſet, noſtra ad tentoria nota rediret
Q uam primum, nec fortè manus cum principe Troum
H ectore confereret. uoluentem talia ſecum
O ccupat Antilochus, lachrymiſq; ita fatur obortis.
H ei mihi Pelida fortiſsime, nuncia portans
D ira tibi aduenio. quàm uellem ea nulla fuiſſent
P atroclus iacet, exanimi pro corpore Troës
E t Danaï truculenta ferunt certamina. at arma
P erfidus Hector habet, ſpolijſq; triumphat opimis.
T alibus auditis ſic eſt turbatus Achilles,
V t tegerent oculos nebulæ, nec lumine quicquam
C erneret offuſo tenebris. Tum pronus aduſtum
C orripiens manibus cinerem, nigramq; fauillam
I nſperſit capiti, & faciem fœdauit honeſtam,
E t mundam tunicam. tum terræ abiectus, utriſq;
C æſariem uellens manibus, lugubria fatis
T riſtibus ingemuit. tum uero accurrere triſtes
(Q uas tecum Patrocle olim dulciſsima prædæ
P ignora & captiuas abduxerat inter Achilles)
E t manibus famulæ plangentes pectora, & ora
V nguibus infeſtis concerpere, uerba querelis
E t fletu miſcere, graui imperfecta dolore.
F lebat & Antilochus, magnum complexus Achillem.

Antilochus Achilli mortem Patrocli nunciat.

Achillis perturbatio.

Detinuit manibus, ueritus ne fortè cruento
Ipſe ſuum foderet iugulum'ue aut pectora ferro.
Thetis plorantem filium Achillem audit. Talia plorantem, tam triſtia fata querentem,
Audijt ex imo mater Thetis æquore natum,
Aßiſtens tum fortè ſeni coniuncta parenti.
Ad quam tunc grauiter flentem Nereïdes udæ
Accurrunt, & quæ poſſunt ſolatia portant.
Nomina Nereïdum 33. Quas inter Glauceq́;, Thaliaq́;, Cymodoceq́;,
Neſæe, Spioq́;, Thoëq́;, Halieq́; uenuſta,
Cymothoë, ſimul Actæaq́;, & Limnorea,
Hinc Melite, hinc & Iæra, hinc Amphithoëq́;, & Agaue,
Dotoq́;, Prothoq́;, Pheruſaq́;, Dynameneq́;,
Dexamine, ſed & Amphinome, tum Callianira,
Doriſq́;, & Panape, cum formoſa Galatea,
Nemerteſq́;, atq; Apſeudes, & Callianaſſa,
Præterea Clymeneq́;, Ianiraq́;, dehinc Ianaſſa,
Mæraq́;, & Orithyïa, comaſq́; decens Amathea,
Atq; aliæ quæ iuxta aderant, antrum omne replerant,
Quas Thetis uno omnes plangentes pectora queſtu
Thetis Nereïdibus. Alloquitur, lugens ſimul ipſa: Audite ſorores,
Vt uobis quæ nunc patior querar impia fati
Vulnera, me miſeram, quæ natum è ſemine noſtro
Mortalem peperi, Heroum qui maximus eſſet,
Qui uirtute animi, qui robore corporis amplo
Præſtaret reliquis mortalibus. hunc ego quondam
(Non ſecus ac, terra quæ creſcit in ubere, plantam)
Nutritum miſeræ præmiſi ad mœnia Troiæ,
Nauibus impoſitum, geſturum bella ſuperbis
Cum Phrygibus: qui nunc etiamdum ueſcitur aura
Vitali, dolet, & triſtem confectus acerbo
Conſumit mœrore animum, nec ferre ego quicquam
Auxilij poſſum. tamen ibo, & ab æquore uiſam
Lugentem, cauſamq́; mali luctuſq́; requiram,

Et ſimul

E t ſimul abſtineat lachrymis luctuq; monebo·
S ic fatur lachrymans, antrumq; egreſſa relinquit.
Q uam circum lachrymis udæ Nereïdes adſunt,
S cindentes mare corporibus, dominæq; natantes
Ae quoreum comitantur iter. Iam proxima Troiæ
L ittora contigerant, in ſiccam protinus omnes
D igrediuntur humum, qua longo ex ordine naues
S tabant ſubductæ, circum tentoria Achillis.
C ui ſua ploranti triſtiſsima uulnera mater
A ſtitit, & nati corpus complexa· Quid, inquit,
L uctu conficeris? quid te mœrore fatigas? Thetis Achilli.
E de palàm, nec me celes cariſsime fili.
A b Ioue proueniunt hæc omnia, cui modò ſupplex "
T endebas cum uoce manus, ut ſcilicet omnes
A rgiui ad naues, atq; in ſua caſtra redacti,
A uxilioq; operaq; tuæ uirtutis egentes,
H æc te indigna pati quererentur, & improba Atridæ
F acta faterentur. ſiunt en omnia: quid nunc
E rgo doles? Illi plorans reſpondit Achilles·
O genitrix, ea quæ memoras mihi Iuppiter author Achilles Thetidi matri.
C uncta dedit. ſed qui fructus, quæ deinde uoluptas,
Q uæ'ue ſit utilitas mihi grata ex omnibus illis?
Q uandoquidem iacet ille animi pars altera noſtri,
P atroclus, noſtris quem plus quàm fortibus armis
I ndutum, uita ſpoliauit perfidus Hector,
A tq; armis, quibus ereptis nunc ille ſuperbit,
Q uæ dij Peleo dederant diuina parenti,
T empore mortali quo tu coniuncta marito es.
A tq; utinam cum dijs ipſa immortalibus æuum
E giſſes, Peleus mortali coniuge ducta
I unxiſſet thalamos, non tu nunc anxia mater
N ati infœlicis miſeros quererere dolores,
Q uo magis ut doleas nunquam me deinde uidebis

I n patria reducem, poſtquam dolor intima pungens
P ectora, non patitur miſeram producere uitam
L ongius, ipſe meo niſi telo perfidus Hector
C oncidat, & meritas pendat mihi ſanguine pœnas,
V lciſcarq; uirum, quo uiuo carior alter
N on fuit in terris unquam mihi. talia fato
R eſpondit lachrymis plantas Thetis alba profuſis.
Thetis Achilli. E t te, ſicut ais, cita mors manet inclyte fili,
S ed prius Hectoreo tingens in ſanguine dextram,
C ui uitam eripies, cuius tu fata ſequeris
T emporis exigui ſpacio. ſic dixit: at illi
R eddidit ex imo ſuſpiria pectore ducens
Achilles matri. F ilius Aeacides. Equidem cariſſima mater,
S icut ais, moriar, quando iacet ille meorum
O ptimus, & longè hinc animo cariſſimus idem,
C ui non auxilio potui, non eſſe ſaluti,
N e procul à patria Troiæ ſub mœnibus altis
H oſtili caderet perfoſſus pectora ferro:
N on reliquis comitum quicunq; ſub Hectoris acri
O ccubuere manu, quia Mars homicida uetabat.
E t nunc cum patrias non ſim rediturus ad oras,
D eſideo ad naues telluris inutile pondus,
Telluris inutile pōdus. T alis ego in bello, qualis non ullus Achiuûm
A ntè fuit. ſed conſilijs, & diuite lingua
P ræſtiterint alij, nec me cura iſta grauarit
,, A tq; utinam fera bella deiq; hominesq; relinquant,
,, T ollaturq; nocens animis diſcordia, & iræ
,, D ulce malum plus melle nouo, quod ſæpe uenenis
,, D ulcibus ipſa etiam ſapientum pectora turbat,
,, E t more obtenebrat fugientis in aëra fumi.
I n quam nunc etiam me Agamemnon rector Achiuûm
C ompulit infœlix. ſed nunc tamen iſta ſinamus
F acta prius, licet ægri animis, & pectoris æſtus

Sedemus,

S edemus, tumidoq; addamus frena furori.
S ic opus eſt, ſic res cogit, ſic uelle neceſſe eſt.
N unc percuſſorem capitis ſuper omnia cari
H ectora conuentum aggrediar, pòſt fata ſubibo,
Q uæ feret ipſe deûm rector, diuiq; uolentes.
N amq; nec effugit mortem Tyrinthius heros:
N ec uires illi auxilio, nec amica fuerunt
F ata Iouis: quamuis illi cariſsimus eſſet.
S ed fatum hunc domuit, Iunonis & ira maligna.
S ic ſi fata uocant, his me parère neceſſe eſt.
S ed nunc laude aliquod, quam gloria certa ſequatur,
D ignum opus aggrediar: lugebit coniuge adempto
V na aliqua è Troum nuribus formoſa, genasq;
C onſcindet, lachrymasq; manu ſiccabit utraq;,
V t dudum abſtinuiſſe ſciant me fortibus armis.
N amq; nec à pugna tu me cariſsima mater
N unc prohibere queas, nec perſuadere, uolenti
C orripere arma manu, ſæuumq; inuadere in hoſtem.
H uic contrà Thetis albentes argentea plantas — Thetis Achilli.
R eddidit. Hoc opus eſt fili, hæc res laude ferenda eſt,
T e cupere Argiuûm feſsis ſuccurrere rebus.
S ed tua nunc Phryges arma tenent, quibus Hector amictus
E xultat: non illa diu tamen arma ſuperbus
I nduet, aduentans ſiquidem mors imminet illi.
V erum age ne pugnæ te immiſeris, ante reuerſam
Q uàm tibi me uideas, ubi primus craſtinus ortus
L ucifer extulerit. cœleſtia templa reuiſam,
V ulcanumq; petam, diuo pulcherrima ab illo
A rma humeris latura tuis. hæc fata, quieuit,
A d nymphas conuerſa ſuis. Ite, inquit, in altos
Ae quoris ite ſinus, patrias remeate ſub undas, — Thetis Nereidas dimittit.
D icite cuncta ſeni uobis percepta marino.
I pſa alti nunc tecta petam ſublimia cœli,

Conuentura fabrum claudum, qui ſplendida mittat
Pelidæ arma meo. Tum ſe Nereïdes unà
Præcipitant, ſubeuntq́; ſinus, atq; æquora uerrunt.
At Thetis interea ſummum conſcendit Olympum,
Vt peteret mox arma ſuo pulcherrima nato.
Interea magno Danaï ceſſere tumultu,
Viribus Hectoreis. Iam ſtantem in littore claſſem,
Aequora iam lati repetebant Helleſponti.
Iamq́; nec exanimem comitem defendere Achillis
Telorum à iactu poterant: Iam Troës & Hector
Flammarum ſimiles, Danaïs cedentibus ultrò
Abſtulerant iterum Patrocli exangue cadauer,
Ter pedibus prenſans ipſum ferus abſtulit Hector,
Ter gemini Aiaces generoſis uiribus uſi
Hectora reppulerant. contrà ille obnixus in hoſtem
Nunc ruere aduerſum, nunc ſtare, immania clamans.
Nec fugiebat enim, nec retrò in tuta receßit.
Cōparatio. Vt leo, qui prædam ſpacioſo nactus in agro
Arreptæ ſuper incumbens uiolentus inhæret,
(Suadet enim ueſana fames) auellere nulla
Paſtores ratione ualent, nec uiribus ullis:
Sic gemini Aiaces Patrocli à corpore fruſtra
Hectora conantur prohibere, & pellere retrò.
Qui certè ereptum magna cum laude tuliſſet
Corpus inane uiri, in cœlo diſcolor Iris
Clam Ioue dijsq́; alijs demiſſa fuiſſet Achilli,
Iunonis monitu. Cui talia uerba profatur.
Iris ad Achillem. Surge (ait) Aeacide, tandem expergiſcere, corpus
Eripe Patrocli, pro quo ſub mœnibus altis
Pugnam conſeruere animis ardentibus ambæ
Et Troum Danaûmq́; acies, ubi mutua miſcent
Vulnera, cum Danaï cæſum retinere laborent,
Abſtrahere ereptum ſuper ardua Pergama Troës,

Inclytus

I nclytus ante alios Hector, qui triſte minatur
S upplicium, ſumma caput à ceruice reſectum,
P atrocli ſe uelle cruci ſuffigere. uerum
S urge age, ſurge precor, fer opem, nec deſere amicum,
C uius te pudeat membra hic inhumata relinqui
T roianis canibus, tibi res foret iſta pudori,
H oſti ludibrio, ſi ſic iuguletur ab ipſo
H ectore, ſupplicium qui tam crudele minatur.
C ui celer Aeacides. Quis te mihi nuncia diuûm
D emiſit cœlo, Tum decolor Iris Achilli:
I uno (inquit) ueneranda Iouis coniuxq; ſororq;,
C lam Ioue dijsq; alijs habitantibus æthera ſummum.
I lli reſpondens pedibus celer infit Achilles.
S ed quá nam pugnæ ratione immittar inermis, Achilles Iridi.
A rmis Troiani noſtris potiuntur, & Hector:
E t me cara parens abſiſtere iuſsit ab armis,
D onec ab æthereo delapſa referret Olympo
A rma mihi promiſſa. etenim promiſit ab ipſo
V ulcano noua laturam, quibus induar, arma.
E t non ulla meis humeris arma apta ſuperſunt,
E xcepto Aiacis clypeo Telamone creati.
V erum pro ſocijs illum nunc ſtare tuendis
A rbitror in condenſa acie, & pro corpore amici.
C ui leuis & pedibus uento uelocior Iris.
A rmis nempe tuis Troianos eſſe potitos
S cimus, ait: ſed tu tantum te ex aggere foſſæ Iris Achilli.
T roianis oſtende, tui ſi forſitan ipſos
C ogat abire metus, ſi te modò uiderit hoſtis,
T erga dabit, Danaï uires animoſq; reſument,
E t breuis omiſſæ ſatis eſt ceſſatio pugnæ.
T alibus illa leues dictis effugit in auras.
G ratus at ipſe Ioui eſt animo commotus Achilles,
C ui fortes humeros Pallas muniuit acuta

Pallas ægide munit Achillem.

Ae gide,uelatum cingit caput aurea nubes.
L umine cui claro circundata flamma reluxit.
A c ueluti,clarum qui fertur in aëra fumus
Cõparatio. V rbis ab obſeſſæ tectis,quam continet alto
I nſula cincta mari,ſub aperti lumine ſolis,
Q uo repetente ſuos thalamos,& in æquore merſo,
N octurnos faciunt ſummis in montibus ignes,
A ccenduntq; pyras.ut ſi quis ab æquore ſpectet
A uxilium ferat obſeſſis,& plurima paſſis,
D etrimenta ſuam cingentibus hoſtibus urbem:
S ic ab Achillæo lucentes uertice flammæ,
Ae thera findebant radijs,aurasq; ſecabant.
N am procul in ſummo latæ ſtans aggere foſſæ
A muris,neq; ſe feſſis miſcebat Achiuis,

Achilles à foſſa ſe oſtẽdit Troianis.

I uſſa nec oblitus matris neglexit amatæ.
I llic ſtans igitur metuendum exclamat Achilles,
E t ſimul inſonuit Pallas,clangore tubarum
D ixeris attonitos Troas.nam ſicut ab urbe
O bſeſſa increpuere tubæ,uel claſſica cantu
F errea: ſic Troas uox perturbabat Achillis,

Fugiũt Troiani conſpecto Achille.

A uertuntur equi,cumq; ipſis curribus urbem
A urigæ repetunt.trepidabant namq; uidentes
L ucere horribiles ab Achillis uertice flammas,
Q uem dea terrificum Pallas ſuccenderat ignem.
V oce ter inſonuit uaſta metuendus Achilles,
T er perculſa retrò ceſſerunt agmina Troum
C um ſocijs: quorum bis ſex lectiſſima bello
C orpora,præcipites deiecti curribus altis
O ccubuere haſtis Danaûm: tum corpus amici
Ae acidæ rapuere alacres,& ab ictibus hoſtis
S ubduxere procul,molliq; exangue ferentes
I mpoſuere thoro flentes, capuloq; ſubibant
C ertatim.ante alios ita largum flebat Achilles,

Vt

V t calidæ abluerent lachrymæ ſuper ora cadentes.
Q ui poſtquam impoſitum feretro conſpexit amicum,
C onfoſſum ferro, quem nuper miſerat armis
I ndutum ipſe ſuis, & equis & curribus aptum,
A tq; alacrem triſti miſeranda in prælia fato:
I llum ponè ſequens dira dum flebat ademptum
M orte ſibi ante diem, primoq; in flore iuuentæ.
G randibus hic oculis Iuno, ueſtigia Solem — Iuno Solem iubet occidere.
N ulla fatigatum retrò obſeruata reuerti,
C ompulit inuitum uaſti deſcendere in undas
O ceani. quo ſe in thalamos referente, quierunt
A pugna Danaï miſera: tum Troïa pubes
C urribus exoluunt & equos, & frena remittunt.
P oſt coëunt, cœtumq; uocant. uenere frequenti
C onſulere integra belli de mole parati.
S tantibus hic (namq; ingenti formidine Achilles
T erruerat, ſtans pro foſſa, quum tempore longo
A tridæ iratus bello abſtinuiſſet & armis)
P ulydamas Pantho genitus, cui cognita ſoli
Q uæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur, — Virgilianum.
H ectoris æqualis, quod eadem nocte ſub auras
E ditus aëriæ ſubiiſſet lumina uitæ.
V erum armis Hector potior, ſed gratia linguæ
H uic fuit, & rerum ceſſit prudentia maior.
S tantibus hunc igitur, ſic tradunt eſſe loquutum
T roiugenis. O fida phalanx, ô Troës & armis — Polydamas Troianis rectiſſimè cōſulit.
C onſilijsq; boni, quæ nunc ſententia ſurgat
P ercipite, huic animo. Prius hinc quàm lumina ſolis
M atutina noui redeant, remeare neceſſe eſt,
N e nos inueniant apud iſtas craſtina naues
T empora aberrantes. repetendum eſt Ilion altum.
N am procul à muris nunc abſumus. Ille uir autem,
Q uo magis iratus magno ceſſabat Atridæ,

H o: potior nobis uictoria ſtabat, Achiuos
V incere tum facilis fuerat labor. ipſe ferebar.
L æticia ingenti, nos ad naualia pugnam
C onſeruiſſe manu. Iam pulchram exurere claſſem
S perabam, & noſtris manibus delere phalangas
V nà omnes Danaûm nos poſſe fauentibus aſtris.
N unc uice conuerſa metuo, ne fortis Achilles
C lade aliqua incautos nos opprimat, ille ſuperbus
D ura in corde animus, medij non limite campi
H oc contentus erit ſæuam committere pugnam,
Q ua Danaî Troesq; ſolent: ad mœnia & urbem
T ransferet arma ferox, de noſtris dira mouebit
P rælia coniugibus, deq; urbe, & diuite gaza.
Q uare agite Iliacam properè aſcendamus in urbem,
D um fautrix præſentis adeſt occaſio noctis.
N amq; hæc euenient, ſicut loquor, omnia nobis,
C raſtina deprendat ſi nos Aurora morantes.
P rotinus aſcendet graſſantibus Ilion armis,
F orſan & euertet. quis enim defendere poßit?
Q uod ſi fugerimus, fugientes ſternet, & ipſos
A bijciet canibusq; auibusq; rapacibus eſcam.
A tq; utinam citra conſiſtant uerba, nec ullis
Q uæ loquor, edoceat nos experientia factis.
Q uod ſi ſana pati tandem conſulta poteſtis,
D um licet hac noctu firmemus mœnibus urbem.
C laudantur portæ, ſeruet cuſtodia muros
P eruigil, impoſito tutemur milite turres.
T um licet inſultet, tum noſtram à nauibus urbem
I mpetat, oppugnet, uiolentis territet armis,
C ircum quaq; ferox graſſetur, mœnia luſtret
Ae acides. mox ille loco fruſtratus iniquo,
E t uano alipedum curſu laſſatus equorum,
I pſe ſuas repetet naues, quæ ſi omnia iuſſu

Ordine

O rdine faximus, prius ipſius alba uorabunt
O ſſa canes, quàm noſtra ferox irrumpat Achilles
M œnia. Iamdudum dicentem talia, toruo
I nſpiciens uultu, ſic maximus intulit Hector.
P ulydama, tu' ne hæc audes ſuadere, nec iſtis
N ec mihi grata, iubens repetamus ut Ilion altum?
N um ſatis incluſi iamdudum mœnibus altis
D elituiſſe tibi, ac portas clauſiſſe uidemur?
E xternæ nuper gentes narrare ſolebant,
E ſſe urbem Priami multo auro atq; ære beatam:
N unc exhauſta ſuis opibus iacet, omnia porrò
A miſit precioſa, quod hinc ſit multa ſupellex
I n Phrygiam aſportata, inſignemq; ubere terra
M œoniam, poſtquam nos maximus ille deorum
I uppiter auerſante animo uultuq; reliquit.
N unc poſtquam decus hoc mihi dat Iouis alma uoluntas,
V ictorum ad naues Danaûm, captosq; tenemus
E xcluſosq; mari, demens mihi conſulis, altum
I lion ut repetam. quin deſine talibus ultra,
E t nihil utilibus populum ſeducere dictis:
N on feret id Troum quiſquam, non ipſe uolenti
P ermittam. ſed nunc mea diſcite mentibus æquis
I uſſa Phryges: primum curemus corpora, poſt hæc
E xcubias, uigilumq; ſuas cuſtodia partes
Q uæq; obeat: tum ſi quis opum ditionibus anteit
C onferat in populum. namq; hoc prius eſſe uidetur,
Q uam ſi auidi noſtris rebus potiantur Achiui.
C raſtina Phœbæos ubi prima reduxerit ortus
D iua rubens digitos, armati congrediemur
H oſtibus ad naues. quod ſi tum fortis Achilles
P rodeat, ibo animis contrà, dextráq; laceſſam
I ntrepida, ſiue ille decus laudemq; reportet,
S iue ego, communis belli fortuna docebit:

Hector Polydamanti.

ξυνὸς ἐνυάλιος.

» Quæ poſita in medio uictorem ſæpe reuincit.
Talia dicentem laudarunt Hectora Troës,
Stulti, namq; animos mentemq́; his Pallas ademit.
Hectora laudarunt igitur, mala iuſſa ferentem:
Sic fere fit, Mala approbamus, improbemus optima, Conſilium nemo ſatis utile Pulydamantis.
Hinc Phryges accumbunt epulis, & corpora curant.
At Graij inſomnes in fletu ducere noctem,
Quàm longa eſt. ipſe ante alios lugebat Achilles
Corpus ad exanimum, manibus qui pectus amici
Contrectans, lachrymas fundebat in ora cadentes.
Cõparatio. Ceu leo, cui catulos luſtris uenator in altis
Abſtulit: ille domum notumq; cubile reuertens,
Cum non inueniat quos antè reliquerat, ira
Percitus, atq; animo nimium indignatus acerbo,
Raptoris ſequitur tota ueſtigia ſylua.
Talis erat plorans raptum Peleïus heros:
Qui tum Myrmidonum conuerſus ad agmina fatur.
Achilles Myrmidonibus. Hei, quàm ſtulta meæ uenit ſententia menti,
Quo ſuadere die potui tibi clare Menæti,
Vt carum uelles Opoënta adducere natum,
Ducendum ad Troiam mecum, prædæq; futurum
» Participem. Sed non deus omnibus omnia uota
» Indulget. ſiquidem ſic impia fata tulerunt,
Nos eadem ut tegeret tellus, utriuſq; cruore
Sparſa luberet humus. nec enim me deinde reuerſum
Aut pater accipiet Peleus, aut cærula mater.
Nunc poſtquam Patrocle tuæ ſum poſtera uitæ
Tempora ſortitus, non antè ego debita ſoluam
Funera iuſta tuo, quàm huc Hectoris arma ſuperbi
Et caput attulero, nec non generoſa parentum
Pignora, nobilium Troum de ſanguine natos
Bis ſenos iuuenes ſacras iratus ad aras
Mactaro, cædemq́; tuam noſtrumq́; dolorem

Vltus,

V ltus, eoq; tuos placaro ſanguine manes.
S ic mihi apud naues inhumatus amice iacebis,
T e circum Iliades mœſtæ matresq; nurusq;
V eſtibus ornatæ pulchris noctesq; diesq;
I nſomnes luctu ducent, & pectora pugnis
F œdabunt, quas nos captis ex urbibus omnes
D iuerſis ducemus, & his adhibebimus aris.
S ic ait, & magnum tripodem mandabat amicis
I gnibus apponi, corpusq; exangue lauari
P atrocli, ſanie taboq; & ſanguine fœdum.
H i iuſſa accelerant: tripodi tum ligna miniſtri
S ubijciunt, calidum flamma amplexante lebetem,
F eruet aquæ uis intus, & unda infuſa caleſcit.
T um corpus lauere, oleoq; unxere ſuaui.
A nnorum ter deinde trium farſere lacunam
V ulneris unguento, poſt impoſuere feretro
L inteola totum uelantes ſyndone corpus,
O mnibus addentes his ueſtem deſuper albam.
H is actis, magno aſtantes triſtantur Achilli
M yrmidones, totam ducentes lumine noctem
P eruigili, luctuq; cadentia lumina ſoluunt.
I unonem interea compellat Iuppiter ultrò:
I am tua, iam tandem ſatiaſti pectora Iuno.
S urrexit iam tandem animo commotus Achilles.
Q uid tibi cum Danaïs? an adhuc defendis Achiuos?
G randibus huic oculis Iuno. Pro Iuppiter, inquit,
Q ualia nunc loqueris? quid enim? ſuccurrere fas eſt "
I nter ſeſe homines: Mortalibus eſſe ſaluti "
M ortales, cum non norint conſulta deorum. "
Q uanto plus ego, quæ diuûm regina Iouisq;
S um ſoror & coniux? ſiquidem dijs omnibus unus
I mperitas, meritò Phrygibus'ne iraſcor, & odi
D ardanidas. tali tempus ſermone trahebant.

ἐννεώρ-
οιο.

Quaſi ueta-
ſtas adijciat
preciũ & un-
guentis.

Iuppiter Iu-
noni.

Thetis ad Vulcanum.

Interea Thetis alba pedes Vulcania uenit
Limina, ferratamq; domum, quam ſideris inſtar
Ipſe ſibi fabricatus erat faber ille deorum
Præ reliquis diuûm domibus pulchram atq; decoram.
Inuenit ergo ipſum fabrili corpore toto
Inſudantem operi, & tripodas conflare parantem
Bis denos, quibus aula domus ſplendeſceret amplæ.
Quorum cuiq; pedes ambibat circulus imos
Aureus, ut ferrent ſeſe ad certamina diuûm
Sponte ſua, nulloq; domum ducente redirent.

Tripodes Vulcani ambulantes.

Prorſus mira oculis res & ſpectabile monſtrum,
Hactenus ignipotens abſoluerat. ergo parabat
Aptas atq; habiles manibus retinacibus anſas
Addere, uerſabatq; tenaci forcipe maſſam.
Quæ dum cuncta manu parat, abſoluitq; parata
Mulciber artifici, Thetis huic argentea plantas
Adſtitit, hanc ſpectans uittis ornata decoris

Gratia Vulcani ſocia.

Gratia Vulcani ſocia, ornatrixq;, comeſq;,
Nomine compellans dextra petit, atq; ita diuam
Alloquitur. Quid, & unde Thetis te his ædibus infers
Inſolita uſq; adeo? nunc noſtros diua penates
Hoſpitio dignare tuo. Sic fata, præhenſam
Induxit Thetidem, pulchraq; in ſede locauit
Diſtincta argento, & uarijs latera omnia clauis,
Supponens thorolum pedibus. tum nuncia currens

Gratia Vulcano.

Vulcanum alloquitur. Venit Thetis, indiget autem
Vſus illa tui faber inclyte, & optime diuûm.

Vulcanus gratiæ.

Reddidit huic deus ignipotens Dea magna profectò
Eſt Thetis ipſa mihi, & ſemper uenerabile numen.
Hæc ſiquidem cum me genitor mœrore grauatus
Conſilio matris rabidæ iactaret ab alto
Præcipitem cœlo, ſeruauit, pene dolore
Confectum. quo tum conſumptus fortè fuiſſem,

Ni

N i me blanda ſinu Thetis Eurynomeq́; tuliſſent
O ceano genitæ, quæ me occuluere ſub imo
Ae quore: quas apud, arte mea, fabrilibus armis
P lurima confeci flabella, monilia, bullas,
A tq; alia, annorum ſpacio cedente nouenum,
Q uos ibi delitui: circum maris unda ſonabat
S pumea latiuagi: diuûm non proditus ulli,
N ulli hominum, qui me uaſto uidiſſet in antro.
Q uare quicquid ab arte mea promittere poſſum,
I ure ſuo totum Thetis hoc ſibi uendicat, illi
M e parêre decet: quare ſi uenit, ut inquis,
I n noſtram illa domum, nunc i geniale parato
H. oſpitium, lautasq́; epulas, ego donec ademptos
F ornaci folles fabriliaq́; arma reponam.
D ixit. & incudem linquens pede claudus, & ægris
C ruribus aſſurgens, folleſq́; remouit ab igne,
C æteraq́; arma loco remouens, ſecluſit in arca
F uſa ex argento liquido: tum ſpongia duras
A bluit uda manus illi, & fuligine nigra
F œdatam faciem, corpusq́; & crinibus hirtam
C eruicem: poſt hæc tunicam capit, induit, aptat,
C um ſceptro egreditur, ſtipant ueſtigia regis,
Q uas deus ipſe ſibi ex puro conflauerat auro,
V iuentes famulæ, ſimiles iuuenilibus annis:
Q ueis uocem uireſq́; dedit, ſenſumq́; loquendi,
D iuinarum operum gnaras, animiſq́; ualentes.
T alibus ergo ſuum ſtipantibus undiq; regem,
M ulciber ad Thetidem claudus peruenit, & ipſam
A mplexus. Quæ te tandem, inquit, cauſa coëgit
D iua colenda mihi, noſtras aſcendere in arces
I nſolitum per iter? tuus ô ueneranda quid optes
E xplorare labor: mihi iuſſa capeſſere fas eſt.
I lla profuſa genas lachrymis: Non ulla dearum

Vulcanus nouẽ annis in mari delituit.

Vulcani famulæ uiuentes ex auro conflatæ.

Virgilianum.

Me

Thetis Vulcano.

M e magis infœlix, inquit, magis anxia nulla eſt,
Q uotquot in his habitant diuûm cœleſtibus oris,
T ot pater ærumnis Saturnius afficit unam
M e, tot diuarum è numero maria alta colentum
M ortali iungens thalamo, parēre coēgit
P eleo Aeacidæ. qui nunc urgente ſeneƈta
C onfraƈtus iacet, & luƈtu ſe exercet acerbo.
N unc aliјs premimur curis, nunc mole laborum
O bruimur, poſtquam peperi qui maximus eſſet
H eroum, qui laude animi, qui robore dextræ
P ræſtaret reliquis mortalibus. hunc ego quondam
N on ſecus ac (terra quæ creſcit in ubere) plantam
N utritum, miſeræ præmiſi ad mœnia Troiæ,
N auibus impoſitum, geſturum bella ſuperbis
C um Phrygibus. qui nunc etiam dum ueſcitur aura
V itali, dolet, & triſtem confeƈtus acerbo
C onſumit mœrore animum, nec ferre ego quicquam
A uxiliј poſſum. ſed nunc iratus Atridæ,
O b ſibi præreptam Briſeïda: namq; puella
H ac illum Danaï donarunt nomine laudis
V irtutisq; ſuæ, quam nunc abduxit Atrides
R ex Danaûm: curis nunc ſe ergo affligit amaris,
E t Danaos Teucri clauſere in caſtra redaƈtos,
N auibus incluſos, nec ab his prodire poteſtas
V lla datur, nec miſſi etiam dona ampla ferentes
F leƈtere legati potuerunt gentis Achiuæ
Ae aciden, duro ſeruantem in peƈtore robur,
E t qui prorſus opem miſeris ſe ferre negaret.
I nduit arma tamen tandem ſua fidus amico,
P atroclumq; ſuum uincentem miſit in hoſtem,
T empore quo Scææ certatum ad limina portæ
T ota luce fuit: qua & mœnia capta fuiſſent,
N i ferus, & nimium Graiјs infeſtus Apollo

Ipſe

I pſe Menœtiaden ſternentem hoſtilia ferro
S igna peremiſſet, decus illud in Hectora carum
T raducens. Nunc ergo precor tua numina ſupplex,
E t genua amplector, da quæ peto munera nato,
A rma rogo genitrix nato, non tempore longo
V icturo: clypeum, galeam, thoraca, trilicem
L oricam, atq; ocreas. da, nam potes, arma roganti
A rtis opisq́; tuæ, quibus ulciſcatur & hoſtem
H ectora, & exanimis lachrymabile uulnus amici
V indicet: hoc etenim ſe nunc mœrore fatigat.
C ui deus ignipotens· Abſiſte, ait, iſta precando
V iribus indubitare tuis, nec te iſta fatiget
S ollicitudo animi ſic illum à morte propinqua
E ripere ô utinam poßim. Sic dixit, & illic
F luctiuagam linquens Thetiden, ſua regna reuiſens
M ulciber ignipotens opera ad fabrilia uenit,
A dmotosq́; igni iußit diducere folles.
V iginti magnis uemebant follibus auræ,
C onflantes ignem: quarum nunc ſpiritus arctis
F aucibus intenſus, nunc aura remißior ibat,
N on ſecus ac uoluit deus, ac res ipſa ferebat.
C orripiens tum flammiuomum coniecit in ignem
Ae s graue & inuictum chalybem, flauentiaq; auri
P ondera, & argenti maſſas, incude ſubinde
I ngenti impoſita: tum dextram malleus armat
I mprobus, atq; igni forceps aſſueta ſiniſtram.
P rimum hic ingentem clypeum fornace ſub alta
I nformat, triplici quem circum intexuit ora,
I ntima nexilibus fulgentem argentea loris,
I pſum quincuplicis clypei latus omne, magiſtra
E xcultum fictumq́; manu, nam finxerat iſthinc
T errasq;, tractusq; maris, cœlumq́; profundum,
E t uaga non unquam defeſſa lumina ſolis,

Vulcanus Thetidi.

Deſcriptio officinæ Vulcaniæ.

Clypei Achillis elegantißima

& admirabilis deſcriptio: ut in quo totius pene naturæ rerũ imaginem depinxerit.

E *t plenæ penitus coëuntia cornua Lunæ,*
C *unctaq; ſtelliferum pingentia ſidera cœlum,*
P *leïadasq;, Hyadasq;, & robuſtum Oriona,*
P *arrhaſiumq; pecus, dictum cognomine plauſtrum:*
A *rcton, Hyperboreum quæ circum uertitur axem,*
I *pſumq; obſeruans magnum Oriona tuetur,*
O *ceani ipſa expers, illotaq; ſemper ab undis*
Ae *quoris. Hic geminas inſculpſit Mulciber urbes,*
D *iuerſis hominum linguis: quarum altera pleno*
P *omparum reſonat plauſu, genialia flammis*
A *tria collucent Hymeneïa feſta parantum,*
D *ucentumq; nouas ad ſplendida mœnia nuptas*
E *thalamo tædis præſentibus. arcta canoros*
T *ibia dat ſonitus, ſalit omnis ad incita pubes*
C *armina, & audaces cœtu feruente choreas*
D *educunt, iuuat è patulis ſpectare feneſtris*
V *eſtibulis domuum pulchras aſtare puellas:*
P *arte alia fora tota frequens concurſibus implet*
I *nſanis populus, ſeſe ciuilibus inter*
L *egibus infeſti, & diſcordi lite coorti.*
P *ræterea duo iudicio contendere, magna*
L *ite uidebantur, quorum accuſator agebat*
E *ſſe reum quendam dilatæ crimine multæ,*
Q *uæ ſoluenda foret populo pro cæde patrata*
I *nterfecti hominis, docet hic ſoluiſſe, quod eſſet*
S *oluendum populo: negat ille, & dicere prorſus*
N *il ſeſe accepiſſe, ambo producere teſtes,*
I *nquiriq; ſuper uero. tum demq; circum*
F *unditur, auxiliumq; ferunt clamoribus omnis*
A *mbobus populus, quod quiſq; ibi cuiq; fauebat.*
P *ræcones turbam arcebant, motusq; premebant,*
D *onec marmoribus mox conſedere politis,*
I *n ſacro poſitis cœtu, ſpectanda ferentes*

Sceptra

S ceptra ſenes manibus, præconum uoce ualentum.
Q ui ſimul indixere tenenda ſilentia turbæ,
I ura ſimul dixere, auri duo magna talenta
I n medio poſita exponunt, quæ præmia ferret
C uius dicta foret melior ſententia cauſæ.
A ltera celato quæ mœnia doctus in auro
F ecerat ignipotens, arcta obſidione premebant
B inæ utrinq; acies, populorum caſtra duorum
A rmis conſpicua, armorum fulgentia cultu.
H is ingens certamen erat: pars altera ferro
E xcindendam urbem, totaq́; à ſtirpe ruendam:
A ltera cenſebat deductis obſidionem
S oluere militibus, ciues multare bonorum
D imidia parte. at non his qui clauſa tenebant
M œnia, conditio placuit: ſed talia ciues
E docti, inſidias hoſti fraudemq́; parabant,
M uros inualidiq́; ſenes trepidæq; puellæ
E t pueri tenuere, & dulcia pectora matrum.
I lli ibant ducibus Gradiuo & Pallade glaucâ,
C ultus utriq; deo fuit aureus, aurea ueſtis:
Q uales eſſe deos decet arma humana ferentes.
P onè ſequebantur formâq; & corpore toto
T urba minor. tacita qui poſtquam ad fraude paratum
I nſidijs uenere locum, qua plurimus amnis
L abitur, & fluuio ſitientes irrigat herbas,
H uc ſe profecti deſerto in margine condunt, Virgilianum.
A rmis contecti fulgentibus ære coruſco.
A t duo præmiſſi, quibus explorare poteſtas
C onatus fuit hoſtiles data, cum retuliſſent
H oſtis adeſſe gregem pecudumq; boumq; recuruis
C ruribus, urgentum ueſtigia, iamq; ſub ipſos
P rodierant tumulos tacita loca fraude tenentum
P roxima, paſtores duo qui concentibus auras

& admirabilis deſcriptio: ut in quo totius pene naturæ rerũ imaginem depinxerit.

E *t plenæ penitus coeũtia cornua Lunæ,*
C *unctaq́; ſtelliferum pingentia ſidera cœlum,*
P *leïadasq́;, Hyadasq́;, & robuſtum Oriona,*
P *arrhaſiumq́; pecus, dictum cognomine plauſtrum:*
A *rcton, Hyperboreum quæ circum uertitur axem,*
I *pſumq́; obſeruans magnum Oriona tuetur,*
O *ceani ipſa expers, illotaq́; ſemper ab undis*
Ae *quoris. Hic geminas inſculpſit Mulciber urbes,*
D *iuerſis hominum linguis: quarum altera pleno*
P *omparum reſonat plauſu, genialia flammis*
A *tria collucent Hymeneïa feſta parantum,*
D *ucentumq́; nouas ad ſplendida mœnia nuptas*
E *thalamo tædis præſentibus. arcta canoros*
T *ibia dat ſonitus, ſalit omnis ad incita pubes*
C *armina, & audaces cœtu feruente choreas*
D *educunt, iuuat è patulis ſpectare feneſtris*
V *eſtibulis domuum pulchras aſtare puellas:*
P *arte alia fora tota frequens concurſibus implet*
I *nſanis populus, ſeſe ciuilibus inter*
L *egibus infeſti, & diſcordi lite coorti.*
P *ræterea duo iudicio contendere, magna*
L *ite uidebantur, quorum accuſator agebat*
E *ſſe reum quendam dilatæ crimine multæ,*
Q *uæ ſoluenda foret populo pro cæde patrata*
I *nterfecti hominis, docet hic ſoluiſſe, quod eſſet*
S *oluendum populo: negat ille, & dicere prorſus*
N *il ſeſe accepiſſe, ambo producere teſtes,*
I *nquiriq́; ſuper uero. tum demq́; circum*
F *unditur, auxiliumq́; ferunt clamoribus omnis*
A *mbobus populus, quod quiſq; ibi cuiq; fauebat.*
P *ræcones turbam arcebant, motusq́; premebant,*
D *onec marmoribus mox conſedere politis,*
I *n ſacro poſitis cœtu, ſpectanda ferentes*

Sceptra

S ceptra ſenes manibus, præconum uoce ualentum.
Q ui ſimul indixere tenenda ſilentia turbæ,
I ura ſimul dixere, auri duo magna talenta
I n medio poſita exponunt, quæ præmia ferret
C uius dicta foret melior ſententia cauſæ.
A ltera celato quæ mœnia doctus in auro
F ecerat ignipotens, arcta obſidione premebant
B inæ utrinq; acies, populorum caſtra duorum
A rmis conſpicua, armorum fulgentia cultu.
H is ingens certamen erat: pars altera ferro
E xcindendam urbem, totáq; à ſtirpe ruendam:
A ltera cenſebat deductis obſidionem
S oluere militibus, ciues multare bonorum
D imidia parte. at non his qui clauſa tenebant
M œnia, conditio placuit: ſed talia ciues
E docti, inſidias hoſti fraudemq; parabant,
M uros inualidiq; ſenes trepidæq; puellæ
E t pueri tenuere, & dulcia pectora matrum.
I lli ibant ducibus Gradiuo & Pallade glaucá,
C ultus utriq; deo fuit aureus, aurea ueſtis:
Q uales eſſe deos decet arma humana ferentes.
P oné ſequebantur formáq; & corpore toto
T urba minor. tacita qui poſtquam ad fraude paratum
I nſidijs uenere locum, qua plurimus amnis
L abitur, & fluuio ſitientes irrigat herbas,
H uc ſe profecti deſerto in margine condunt, Virgilianum.
A rmis contecti fulgentibus ære coruſco.
A t duo præmiſſi, quibus explorare poteſtas
C onatus fuit hoſtiles data, cum retuliſſent
H oſtis adeſſe gregem pecudumq; boumq; recuruis
C ruribus, urgentum ueſtigia, iamq; ſub ipſos
P rodierant tumulos tacita loca fraude tenentum
P roxima, paſtores duo qui concentibus auras

M ulcebant uarijs, quos fiſtula ſtridula fudit
P one ſequebantur, neq; quiſquam ex agmine tales
H oſtili inſidias præuiderat: ocyus omnes
C onſurgunt, ferroq; petunt, ferroq; trucidant
O mnia, candentumq; ouium, ualidumq; iuuencorum
I pſos paſtores etiam, cum deniq; clamor
F erro occubentum, & ſæuo ſub marte cadentum,
M œnia uallantis, ſummisq; in rebus agentis
C onſilia, attonitas populi ueniſſet ad aures,
A rma & equos propere arripiunt, ac dira minati
H oſtibus occurrunt, & mutua uulnera miſcent,
M artem alternantes ad ripam fluminis alti.
E xoritur facies diræ atrociſſima pugnæ,
P ugnantes inter contentio dira, tumultusq;,
E t fatum crudele ultrò citroq; uolabant.
A ſpiceres alios multo cum ſanguine miſtam
V itam exhalantes, alios in uulnera pronos
D eficere, & uitam uix ducere: uulneris illum
E xpertem, hunc cæſum pedibus per tota reuinctis
C aſtra rapi: iamq; arma uirûm, iam corpora multa
C æde cruentari, fluere atro ſanguine ueſtes.
N on ſecus ac uiuis certarent agmine utroq;
M ilitibus, tanquam paſſim exanimata trahebant
C orpora, quos picto iuraſſes uiuere in auro.
P inguia præterea ter aratæ iugera terræ
S culpſerat ignipotens, clypei cœleſtis in auro.
H ic multi agricolæ bobus ſub aratra coactis
T erram inuertebant, qui cum certamine multo
V ltima ueniſſent ad arati limina campi,
P ræſto erat hic feſſis qui dulcia uina propinans
F underet: illi ad agri ſtudia intermiſſa reuerſi
V omeris obtuſi dentem impreſſere nouali
A ltius. hic ad aratra retrò, mirabile uiſu,

Terra

T *erra uidebatur ductis nigreſcere ſulcis,*
A *uriferæ ſimilis, flauentibus aurea campis,*
S *icut arabatur: ſed & aurea meßis, & illam*
M *eſſores cupidi peracuta falce ſecabant.*
I *amq; graues denſo ſternebant ordine culmos,*
A *lter & alterius cumulabat aceruus aceruum,*
M *ulta uidebantur manibus delapſa iacentium*
F *arra iacere ſolo, tum ſternebantur ariſtæ*
P *oſt alias aliæ, collectos inde maniplos*
T *res ſimul agricolæ conſueto more ligabant:*
P *onè ſequebantur pueri, qui ſparſa tenaci*
F *arra manu legerent, qui mox collecta ferebant*
A *urea ſpiciferis ſtringentibus hordea culmis.*
S *ceptra tenens manibus ſtabat rex intus in agro.*
I *nde procul uiridi ſub quercu ſacra parabant*
F *ercula præcones, cæſo boue. ſedula matrum*
T *urba ſuis cœnam meſſoribus inſtruit, albo*
F *arre cibos miſcens inſperſerat. Addidit idem*
P *arte alia deus in clypeo, cum uitibus uuas,*
V *inea botriferos oſtenderat aurea ramos,*
P *almitis argento candentes bracchia pali*
F *ulcierant, circum ueniebat foſſa coloris*
C *æruli, quàm totam ambibat ſtannea ſepes,*
V *nica ducebat per opertum uitibus hortum*
S *emita, qua lectas deferret uinitor uuas.*
T *um pueri, & teneræ forma atq; ætate puellæ*
I *n calathis crudi prædulcia munera Bacchi*
F *erre uidebantur: medio citharœdus in horto*
R *uſtica perſonuit uocali carmina plectro,*
E *t tenui uoce accinuit: cui læta iuuentus*
A *rguto commota ſono, pede plurima terram*
P *ulſat, & ingenti faciles clamore choreas*
D *ucere uiſa ſimul. Species fuit hactenus horti,*

Q uæ ſuper ille faber diuino inſculpſerat æri,
A rmentale boum cœlo capita alta ferentum
A gmen, inaurato quorum pars corpore toto,
Ae rea pars fuerant, rumpentes aëra magno
M ugitu, è ſtabulis properant in paſcua uaſto
I mpete, ad obſtreperum fluuium, longeq; ſonantem,
E t multa tremulum uiridantis arundine ripæ.
P rotinus hinc puro cælatis quattuor auro,
P aſtores armenta boum ſpecioſa ſequuntur,
Q uos comitabantur ter tres robuſta moloßi
C orpora, pernicesq́; pedum leuitate, ſed inter
A gmina ruperunt duo robore prima leones
T erribiles, quamuis mugitu grande ſonantem
E ximium rapuere bouem, raptumq́; trahebant:
M ox arrepta graui laniantes uiſcera morſu,
C arniuoros atro macularunt ſanguine rictus.
P aſtores properè accurrunt, certantq́; tueri,
I mmittuntq́; canes. illi cum rapta leones
T ergora glutirent, properè aßiluere: ſed ipſos
N equaquam rapidis adoriri morſibus auſi,
Ae thereas uanis implent latratibus auras.
H inc operi faber adiecit pede claudus utroq;,
P lanicies per amœna fuit, ſpectanda per amplam
P aſcua conuallem, ſtabula intus plurima, & albis
P lenæ ouibus caulæ: tum tecta paluſtribus uluis
C ulmina uillarum, ſpectandum deniq; multa
A rte chorum, & uario diſtinxerat ordine, qualem
C onſtruxiſſe ferunt Cretæis Dædalon oris,
F ormoſæ auxilium Minoïdos ignibus olim.
I llic & nitidi iuuenes, pulchræq́; puellæ
S tabant, alternata manu ceu uincla tenentes.
A t iuuenes toga uelabat condenſa nitenti
I nterfuſa oleo, patrio de more puellis

L aneaueſtis erat, pulchras hæ ferre coronas,
H i gladios auro grauidos, argentea lori
T ortilis ex humero pendere uolumina ſummo.
A tq; illi in numerum pedibus ſaltare ſuētis
S altantes duxere choros, faciliq́; rotatu
N unc hac nunc illac uertuntur: non ſecus ac ſi   Cōparatio.
S i quis adaptatam manibus prius experiatur
C urrere poſſe rotam figulus, mox ordine uerſo
M utua ſaltantes ſpacia in ſua quiſq; redibant.
P lurima circumſtans delectabatur amicum
T urba chorum ſpectans: gemini quibus alludentes
M ulta aſſultabant pueri dulcedine cantus,
A tq; hinc in medium perfecta laude redibant.
P inxit & Oceani magnam reuolubilis undam,
C ircum oras clypei extremas, multaq́; fideliq́;
A rte laborati, quem poſtquam robore ab omni
I nuictum, ualidumq́; manu, magnumq́; peregit:
T um uerò ignitas ſuperantem lumine flammas
A ggreſſus thoraca dedit: dein fortibus aptam
T emporibus galeam, cuius ſummum aurea conum
C riſta tegit: tum pulchro ocreas ex ære nitentes.
O mnia quæ poſtquam perfecerat ille deorum
A rma faber, tulit illa deæ, poſuitq́; nitentes
A nte pedes Thetidis. quibus illa animata receptis,
D euolat è ſummo nebuloſi culmine Olympi,
A ccipitri ſimilis, Vulcania munera portans.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XIX.

I N terea croceum promens aurora colorem,   Deſcriptio matutini temporis.
O ceaniq́; patris ſurgens è fluctibus, almam
H umano generi lucē, diuiſq; ferebat. (nas
C um Thetis arma ferēs, Vulcania dona, cari-

C onſtitit ad celeres. Vbi poſtquam inuenit Achillem
P atroclo affuſum, lachrymisq; inuiſa rigantem
V ulnera, cum ſocijs plorantibus: aſtitit autem,
A pprendensq; manu natum, ſic diua profatur.

Thetis Achilli.
S it licet ille dolor uehemens, cariſſime fili,
L inquamus tamen exanimem, tu corpus amici
D eſere, & his armis accingere, quæ tibi porto,
V ulcani perfecta manu, conflata caminis:
Q ualia nemo uirûm de tot mortalibus unquam
I nduit. hæc dicens, cœleſtia munera nato
O btulit ante pedes. ſonitum proiecta dederunt
A rma ſolo: ſtupuere animis & lumina capti
M yrmidones: ſiquidem tanto fulgore micabant,
V t uiſentum acies perſtringeret. infremuit ira

Obiecta mouent ſenſum. Naturam bellicoſi uiri exprimit.
C oncitus Aeacides, totoq; ardentis ab ore
S cintillæ abſiſtunt: ardere & lumina flammis
T orua uidebantur, ſpectantis munera diuûm.
S ed tamen & donis & tanto lætus honore
G audet, & expleri mentem nequit illa tuendo,
T am docta uariata manu, tam dædala ſpectans.

Achilles Thetidi.
T um matrem alloquitur. Mater mea, talibus armis
M e deus exornat, non qualibus eſſe decebat
M embra armata hominum, ſed corpora ſola deorum.
S ed nunc abſq; mora tam pulchris induar armis.
S ed metuo, ne ad Patrocli neglecta uolantes
V ulnera corrumpant animalcula tabida, muſcæ,
V nde ſcaturierint rodentes mortua uermes.
S oluit enim fœda totum putredine corpus,
T abida neruoſæ cum ſpinæ facta medulla eſt.

Thetis Achilli.
C ui mater. Nihil hæc fili te cura fatiget.
N os mala uulneribus prohibebimus omnia crudis
Q uæ nocuiſſe queant, etiam ſi inhumatus in annum
P atroclus iaceat, ſeruabitur integer, atq;

Incorruptus

Incorruptus erit. Tu nunc heroas Achiuos
In cœtum diſperſa iube per caſtra uocari,
Vt magno corám ipſe reconcilieris Atridæ.
Ipſe tibi deinde arma gerenda in prælia ſumes.
Hæc dicens, ſimul ipſum infuſo robore firmat,
Patrocli ambroſiam rubicundaq; nectara ſtillans
Naribus infudit, ne triſti uiſcera tabo
Defluerent. póſt accedens ad littus Achilles,
Horrendum inſonuit clamans, heroas Achiuûm
Excitat: ad naues, ſine nomine turba, relicti Achilles Græcos conuocat.
Calones, lixæq;, & qui uulgaria menſæ
Munera curabant, naualiaq; arma, penuq;
Omne, culinarum artifices, uenere uocanti
Parentes primi, quod mirarentur, Achilles
Quid nam prodierit, quem tot ceſſaſſe diebus
Conſtiterit. uenêre autem, ſed claudus uterq;,
Magnanimi duo, Tydides, & fortis Vlyſſes, Diomedes & Vlyſſes claudi.
Nitentes haſtis, quod adhuc dum cruda gerebant
Vulnera: & hi primi in cœtu ſedere uolentes.
Tum rex Atrides, ſed & ipſe ex uulnere languens,
Quod crudele Coon in pugna inflixerat ipſi,
Ille Coon Antenorides. Iam plena coronæ
Concio tota fuit, iam conſedere uocati
Argiui proceres omnes. tum ſurgit Achilles,
Et ſtans Rex Atrida (inquit) quo tempore nobis Achilles Agamemnoni.
Incidit ira deûm, quo nos diſcordia uecors
Diſiunxit, quàm tunc ſatius meliuſq; fuiſſet
Omnibus his, nobiſq; etiam, ſi diua puellam
(Illam quæ nobis inſani cauſa furoris
Irarumq; fuit) uolucri Diana ſagitta
Fixiſſet, quo capta die nos uertimus altæ
Mœnia Lyrneſi: neq; enim tot pubis Achiuæ
(Me nimis irato) cecidiſſent milia, nec ſe

T antopere noſtris ſatiaſſet cædibus Hector,
I nſultans, cui noſtra ſuas contentio uires
A uxit. & heu nimium fuit utilis omnibus iſtis
Q ui Troiam, quicunq; colunt loca proxima Troiæ:
C uius ego Danaos in longum temporis æuum
N unquam oblituros reor. at nunc acta remitti
E ſt æquum, quamuis doleant: nunc pectore motus
„ S edandi irarum placido, placabilis iræ
„ M agnanimum decet eſſe uirum nunc ipſe remitto
V t decet, indignos ueſani pectoris æſtus.
V erum age pulchricomos produc in prælia Achiuos,
O buius experiar Troas, num claſſe relicta
I n nos ire uelint alacres, an ad alta reuerti
P ergama. Sed puto ſponte aliquem conuerſa daturum
T erga fugæ, ſi noſtræ ictus effugerit haſtæ.
S ic ait. at Danaï læti audiuere, uidentes
C onſediſſe graui generoſum pectus ab ira
M agnanimi Aeacidæ tum ſurgens rex Agamemnon
A' ſolio (neq; enim medium prodibat in orbem)
Agamemnō Græcis. M agnanimi heroës Danaï decet, inquit, & æquum eſt,
S tantem audire loqui me, ſic, ut nemo loquenti
„ O bſtrepat. eſt etenim uel magna laude diſerto
„ D ifficile, in magno populo cœtuq; frequenti
D icere. nam quo pacto aliquis uel dixerit æquis
A udierit' ue animis, quando bonus ipſe ſuorum
O rator ſubitò turbetur ſæpe tumultu.
S ed mihi magnanimo nunc eſt & geſtit Achilli
R eſpondere animus, mea dicta attendite Graij.
S æpius his mecum proceres de rebus Achiuos
C ertantes memini. quarum tamen ipſe nec author
E t neq; cauſa fui: ſed Iuppiter, & graue fatum,
E t furor in tenebris habitantis Erinnyos atræ,
H i mihi perſuaſere nefas, cæcumq; furorem,

Quando

Q uando ego præripui Bryſeïda ſtultus Achilli
F ormoſam. Sed quid facerem? deus omnia nutu “
D irigit æterno, Iouis eſt facienda uoluntas. “
I pſa Iouis proles mortalibus omnibus Ate, ATE.
N oxia mille modis, pedibus non mollibus unquam
R epit humi, uerum capita ipſa & maxima rerum
A ggrediens homines affligit, & inter amicos
S æpe ſimultates & noxia iurgia ſpargit.
N amq; nec ipſa Ioui magno quandoq; pepercit:
Q uanquam hunc eſſe ferunt hominum primum atq; deorum.
H unc etenim Iuno (mulier licet) arte fefellit,
F raudibus inſtructa, quo tempore uiperecidam
A lcmene paritura fuit Bœotide in urbe
T hebarum, ſupera tunc iactabundus in aula
I uppiter affatur diuos: Et ut iſta ſit, inquit,
C erta meæ uobis ſententia cognita mentis,
(P romam etenim quæcunq; animus mihi parturit intus)
L ux hodierna uirum, Lucinaq; diua, labores
I n partu releuans, fatis ridentibus, edent
E' noſtro genere, & noſtro de ſanguine natum,
V icinos latè populos qui marte ſubactos
I mperio reget, & multos dominabitur annos.
H uic inſtructa dolis reſpondit regia Iuno·
F alleris: haud etenim uerba hæc res ipſa ſequetur.
A t mihi nunc iura, per quæ pater optime nunquam
F allere ſacra ſoles, fore facta æqualia uerbis:
S cilicet, ut latè populos ditione gubernet,
L ux hodierna uirum quemcunq; educet ab aluo
M aterna, de gente tua, de ſanguine noſtro.
S ic ait, ipſe doli ſecurus Iuppiter huius,
N ec fraudem metuens, iurat quæ fallere nunquam
S acra ſolet. quam rem ſibi ſæpius inde moleſtam
I uppiter indoluit; nam mox Saturnia cœlo

Quæ Iuppiter dijs iactauerit de natiuitate Herculis, uelut per digreßionem inſerit.

D euolat, Argolicumq́; petens delabitur Argos.
V xorem Stheneli Perſidæ namq́; ſciebat,
F erre uterum puero grauidam.iam ſeptimus illi
M enſis erat,nec dum cruda maturus in aluo
F œtus,at auxilio peperit Iunonis eadem
L uce marem puerum,remorato tempore partus
F ormoſæ Alcmenes.tum cœlo reddita Iuno,
H is affata Iouem,breuiter,ſermonibus uſa eſt.
I uppiter omnipotens,hæc imis ſenſibus hauri,
Q uæ tibi nunc dicam:uitalibus editus auris
P rodijt Euryſtheus hodie,de coniuge natus
P erſidæ Stheneli,te non indigna propago,
S anguinis ille tui, populos qui legibus æquis
E tregat,& meritò patrijs dominetur in Argis.
I uppiter his animo nimium commotus acerbo,
V ertice contortis comprenſam crinibus Aten,
I urauit nunquam redituram ad lucida cœli
S idera,non unquam deinceps in parte futuram
S edis Olympiacæ,quæ tantum affligere poſſet
R es hominum diuûmq́;,& inutilis omnibus eſſet.

Iuppiter Aten de cœlo deijcit,ut hominibus tantum noceat.

H æc dicens,raptamq́; coma pedibusq́; rotatam
P ræcipitem terras cœlo deiecit ab alto,
P erpetuo humanis nocituram tempore rebus.
E t ſic ille Ioui cariſſimus,omne laborum,
F ilius,eſt per fata genus tolerare coactus
R ege ſub Euryſtheo.Sic (cum fortiſſimus Hector
T ot Danaûm leto dederit,graue dedecus) Aten
N on potui uitare miſer,quæ prima malorum
N obis cauſa fuit.quæ cum ueriſſima dicam,
E t me tunc animo,tunc ſenſu pectoris omni
I uppiter exuerit,magno nos rurſus Achilli
M utua coniungat non uano gratia nexu.
V erum,age,nunc tu te expedias fortiſſime Achilles,

Et re-

E t reliquos hortare, ut eant in prælia tecum.
M unera, quæ tibi cunq; bonus promiſit Vlyſſes,
I n tua caſtra profectus heri, tibi certa dabuntur.
N e dubita, quod ſi libet expectare, tametſi
I n pugnam properas, tibi mox de nauibus iſthæc
O mnia ſiſtentur præſentia, ut iſta libenter
Q uàm tibi dem certis poſſis cognoſcere ſignis.

Agamemnon ad Achillē.

C ui pedibus celer extemplò reſpondit Achilles:
H eroum rex Atrida, ſeu dona daturus
S is mihi, quæ decuit: ſeu uoti pœnitet, eſto
A rbitrij res iſta tui, nunc cura gerendi
D ebuit eſſe prior nobis ante omnia belli.
N ec patitur res iſta moram, cum ſtemus ab hoſte
N on procul: & magnum ſupereſt opus, & labor ingens,
V t quando primam ante aciem, prima agmina Troum
P ellentem reliqui uideant, imitentur Achillem.

Achilles Agamemnoni.

C onſilio bonus hunc contra ſic infit Vlyſſes:
E tſi tu uirtute alijs & robore præſtas
O mnibus Aeacida, non ſic tamen iſta decebit
B ella geras, ut ieiunos educere Graios
D ardanidas contra inſtituas, cum prælia finem
N on ita ſint habitura breui. poſtquam ſemel acres
C onſeruere manus, uires deus addit utriſq;,
I nſpiratq; animos: Sed nunc age corpora curent,
I ntra caſtra iube, quo uiribus auctior omnis
S ufficiat ſibi ſuſceptis exercitus armis.
Q uis conſiſtat enim decertans ſolis ab ortu,
V ſq; ſub occaſum ieiuno corpore miles?
N am licet excellant generoſo in corpore uires,
M embra tamen ſi fluxa ſitiq; fameq; laborent,
L angueſcunt, genua ægra labant, & crura uacillant.
A t ſi paſta cibo, uinoq; refecta ſuaui,
C orpora ſint, tolerant æſtus, pugnæq; laborem

Vlyſſes Achilli.

V ulnifico totis ſtantum ſub marte diebus,
C reſcit & accedens uires audacia firmat.
Q uare age diſcubitum uadant in caſtra iubeto.
I nterea celſis è nauibus omnia Atrides
M unera proferri iubeat, poniq; frequentis
I n cœtu populi, tota ut ſpectante corona
A ccipias: ipſe aſſurgens tibi iuret, amicæ
ἀκιτρεῖ N ulla coïre tuæ ſe uelle cubilia ſecum:
V t ſint connubio, ſicut decet eſſe, pudico
C oniuncti. rex Argiuûm clariſſime Atrida,
T u quoq; nunc hilari facito ſub pectore triſtes
A ffectus cohibe: poſt in tentoria ductum
A ccipies cœna te digna & diuite Achillem,
N ec quicquam, quod te ipſe putes debere, relinquas.
H oc pacto erga alios euades iuſtior omnes.
„ N on etenim turpe eſt regi, nec crimen habendum,
„ S i ſtudeat placare uirum, quem læſerit olim
„ I pſe prior. Cui ſic reſpondet rex Agamemnon.
Agamemnõ Vlyßi. L audo equidem Laërtiade quæcunq; locutus,
O mnia uera refers, atq; ordine cuncta profaris.
E t iurare placet, nec fallere: quodq; monebas,
P rorſus idem monet hic animus, modò perſtet Achilles,
N ec nimium properet: dum uos maneatis, & ipſi
M unera donec eant latum, redeantq; ferentes,
E t nos præſtemus iurandi debita iuris.
Q uis tamen expediat melius te hoc munus Vlyſſe?
V ade igitur, quoſcunq; uoles tibi delige toto
E populò iuuenes, qui tecum ad curua profecti
R oſtra carinarum, cum pulchris dona puellis
H uc referant, quæ promiſi me dona daturum.
V errem Talthybius ferat in media agmina Graiûm,
S acrificetq; Ioui, ſpectantiq; omnia ſoli.
Achilles Agamẽnoni. T alia dicentem, ſic eſt affatus Achilles.

Magnanime

M agnanime Atrida Danaûm rex armipotentum,
H æc aliàs triſtis perfuncti munere belli
(Q uanquam non adeò mens huc feſtinet anhelans)
E t meliore iſtam peragemus tempore cauſam.
N unc Danaï ad naues tot milia ab Hectore diro
I nterfecta iacent, ex quo illi gloria talis
A b Ioue conceſſa eſt: uos nunc prandebitis? ite,
D ucite pranſuros comites: ego triſtia ducam
I eiunos Danaos in prælia, donec amicum
S ol petat Oceanum: clades & dedecus ulti
A rgiuûm, largè cœnabimus. antè ciborum
N ulla fames erit, & potus mihi nulla uoluptas.
Q uando domi iacet Hectorea confoſſus amicus
C uſpide, ueſtibulum iuxta mihi, quem ſuper ægri
N unc mihi Myrmidones lugent. nulla ergò ciborum
A ut potus mihi cura: ſed inſani improba martis
E ſt ſitis, & fletus amor immoderatus amari,
Q uem noſtris manibus conciſus ſentiat hoſtis.
H uic ita conſilijs prudens reſpondit Vlyſſes:
P elida Graiûm fortiſſime, tu mihi longè
A rtibus armorum præſtas, & uiribus haſtæ:
V erum ego te ingenio ſupero prudente, ferendis
C onſilijs, & te qui ſum prouectior annis,
P luraq; te noui. quocirca aduertere debes
H æc mea dicta animo: queis poſſis uera doceri.
T emporis exigui ſpacio ſatiantur amari "
M artis amore homines, cum ferro ut falce manipli "
I n terram plures recidunt, nec plurima meſſis
C onſequitur: poſtquam plus iuſta parte bilancem
I uppiter inclinat, qui per diſcrimina belli
C uſtodit ſeruatq; homines. quod ſi quis inerti
F ortè fame pereat, non eſt lugendus Achiuis.
Q uouis nempe die ſpectantur multa cadentum

Funera;

F unera: qui duri cum ceſſauere labores,
C ondendi ſub humum ſunt. his quoq; qui meliores
" I ngenio, exiguo concludunt tempore luctum.
" Q ui uero è duri ſuperant certamine martis,
" H os adhibere decet curam potusq́; cibiq́;,
" V iribus ut ualidi uenienti audacius hoſti
" O ccurrant: nec quiſquam alia eſt ratione ciendus
A d pugnam è populo, nec in alta miles Achiuûm
C laſſe reliquendus quiſquam. Sed fortibus omnes
I n Troas delati animis, pugnemus in hoſtem.

Vlyſſes eligit qui munera adferant.

D ixit, & illuſtri prognatos Neſtore, & acrem
P hylidenq; Megeta, Thoantaq;, Merionemq;,
E t Creontiaden Lycomedea, dein Menalippum,
S uſcipiens comites, uenit in tentoria magni
A tridæ, ſeptemq́; ab eo pulchrosq́; nouosq;
P ræmiſſos tripodas, bis denos inde lebetas,
Q uattuor hinc ter equos, tum ſeptem mirificorum
A rtifices operum forma præſtante puellas,
O ctauam flauo Briſeida crine decoram,
A ppenſis auri poſthæc bis quinq; talentis,
D ona ſequebantur iuuenes precioſa ferentes
P ræclaro Laërte ſatum. quibus omnibus ipſo
I n cœtu populi poſitis, ſurrexit Atrides,
I uxtà Talthybius præco aſſiſtebat, utraq;
P orcellum retinens, ibi regum maximus ampla
V agina eductum ſtringens dum ſuſtinet enſem,
(A lta omni in populo tenuere ſilentia cuncti
D um rex uerba facit, ſic fas, ſic iura iubebant)
I lle alta elatos tollens ad ſidera uultus,
H æc in uerba Iouem ſublata eſt uoce precatus.

Iurat Agamemnon.

S int mihi nunc teſtes primum pater ille deorum
I uppiter, & mater tellus, & lumina ſolis,
E t furiæ, ultrices iurantum falſa ſub orco,

M e non cognouiſſe aliquo Briſeïda tactu,
S eu ui, ſiue aliquo quocunq; libidinis æſtu
P ermotum, uerum intactam tenuiſſe puellam.
S i quid in hoc homines iurandi iure fefelli,
Q uæ iuraui eadem conteſtor numina, pœnis
A fficiant, quæ debentur qui friuola iurant.
S ic ait, & pecudis iugulum ferit enſe recidens
T althybius, quam mox in fluctus æquoris eſcam
P iſcibus abiecit. tum ſurgens magnus Achilles,
F ortes alloquitur Danaos, atq; iſta profatur.
I uppiter, ingentes miſeris mortalibus affers — Achilles Græcis.
E rumnas. nec enim me proritaſſet ad iram
R ex Danaûm, neq; prærepta turbaſſet amica,
S i non tot perimi uoluiſſes milia Graiûm.
S ed nunc tempus erat curandi corpora amici,
P rælia pôſt Phrygibus laturi dira petemus.
S ic ait. & cœtu miſſo, ſua quiſq; petebant
D ilapſi iuuenes tentoria. Theſſala pubes
D ona ſequebantur læti, quiq; illa ferebant,
Ae acidæ iam præualidam conſcendere nauem,
P onere dona manu, iuſſæ reſidere puellæ,
I n ſtabula æripedes agere ad præſepia ſerui.
A t Veneri ſimilis formam Briſeïs, ut intus
C onſtitit, & ferro confoſſum uidit acuto
P atroclum exanimem, ſuper & lugubre cadauer
V ulneraq; incumbens, pectus laniata decorum, — Briſeïs mortuum Patroclum deplorat.
E t molles laniata genas, flauamq; comarum
C æſariem uellens, querulis ululatibus auras
I mplet, & illachrymans. Anima mihi carior (inquit)
H eu qualis Patrocle iaces? uiuum ipſa reliqui
H inc abiens, caſſum inuenio te luce reuerſa.
S ic mala fata malis miſeræ mihi Iuppiter addit
A ccumulans: cui me nuptam tribuere parentes,

Mors tulit atra uirum, patriæ pro mœnibus auſum
Decertare manu: quo tres quoq; tempore fratres
Hauſit acerba dies, genitos ab utroq; parente,
Germanos mihi: tum tu me fata impia flentem,
Coniuge cum cæſo magni præclara Myneti
Mœnia dirueret populorum uictor Achilles,
Tum tu me flentem ſolatus es optime Graiûm,
Pollicitus dare uelle operam, quo magnus Achilles
Duceret uxorem miſeram me, & nauibus altis
Impoſitam patriæ ſecum deferret ad oras,
Atq; apud inſignem iuga connubialia Phthiam
Conficeret, mecum turba celebrante Hymenæum
Myrmidonum. meritò ergo queror, lachrymiſq; peremptum
Inſolabilibus te proſequor. Iſta querenti
Afflebant aliæ quoq;, & ingemuere puellæ,
Omnes Patroclum, *dira omnes fata dolentes.*
Ipſum turba ſenum circum uenere, rogantes
Antè cibum caperet, quàm Martia *bella ſubiret.*
Ipſe negans, uerbis ſic eſt conqueſtus Achilles.
Achilles a- *Si quis adeſt, fido qui ſit mihi pectore amicus,*
micis. *Ne pergat ſuadere cibum me ſumere, donec*
Explero hunc animi (quo nunc conſumor acerbo)
Mœrorem, pœnaſq; exegero morte ſuperbi
Priamidæ, telis uictricibus ultus amicum.
Et certum eſt guſtare nihil potuſ'ue cibi'ue,
Donec in occiduas ſol ſeſe immerſerit undas.
Hæc dicens, alios dimiſit abire uolentes.
Reſtiterant tamen ex alijs pars optima regum,
Atridæ gemini fratres, & fortis Vlyſſes,
Neſtor & Idomeneus, *& canens tempora* Phœnix,
Quærentes adhibere animo ſolatia triſti.
Noluit ille tamen prius illa admittere, quàm ſe
Sanguineo expleret per triſtia prælia marte,

Namq;

N amq; priora animo uoluens, lachrymisq; ſubortis
I ngemuit: Lautam nobis cariſſime cœnam
A ppoſuiſti, inquit, Danaï quo tempore preſſi — Achilles Patroclum affatur.
T roianis equitum turmis ceſſere, uolentes
Q uo poſſent pacto lachrymoſum auertere bellum.
N unc armis ſpoliate iaces, & luminis aura.
V erum ego te propter nec edam, nec pocula ſumam,
M œſtus morte tua: qua non contingere quicquam
I n uita nobis potuiſſet acerbius unquam,
N on ſi defunctum genitorem Pelea fato
A udiſſem, qui nunc Phthiæ quoq; fundit inanes
I nfœlix lachrymas pro me, qui ad mœnia Troiæ
T riſtia bella gero, ueſanum propter amorem
E xitioſæ Helenes. non, ſi mihi carus obiſſet
F ilius, in Scyro qui nunc nutritur aquoſa,
I lle Neoptolemus, uita mihi carior ipſa,
S i modò adhuc uiuens uitali ueſcitur aura.
S perabam ſiquidem, procul hic ab equeſtribus Argis
M e ſolum miſeræ poſiturum lumina uitæ,
T e fauſto in patriam rediturum ſidere Phthiam,
V iuus ut è Scyro reuocares præpete uectus
N aue Neoptolemum, qui regna paterna teneret,
P ræclaramq; domum. genitorem Pelea namq;
A rbitror exceſſiſſe olim uitalibus auris:
V el, ſi uiuit adhuc, confectum ætate ſenili,
E t triſtem mœrore animi, qui nuncia noſtræ
E xpectet mortis: lachrymis hæc fatus obortis,
E t reliquis mouit labrymas ſenioribus. Illi
N amq; recordantes quæ quiſq; reliquerit olim
I n domibus patrijs, humectant lumina fletu.
Q uos ab Olympiaca miſeratus Iuppiter arce,
A ccitam paucis affatur Pallada dictis: — Iuppiter Palladi.
F ilia nunc, inquit, prorſus neglecta relinquis

F ortis corda uiri, nec quicquam curat Achilles
Q uàm reſidere apud exanimem pro claſſe Patroclum,
I mpaſtum impotumq́; abierunt cætera pranſum
A gmina. Sed ſummo tu mox delabere Olympo,
E t dulci Ambroſia, tum ſuaui nectaris hauſtu
F ortia membra uiri refoue, ne forſitan inter
P rælia deficiant. his parens diua, per auras
L abitur, Harpyïæ ſimilis ſtridore canoræ
A larum, ſtansq́; ambroſiam per pectus Achilli
I nſtillat dulcem, tum ſuauem nectaris hauſtum,
N e defeſſa fame genua incuruata labarent.
I nde citò reuolans ſaltu repetebat Olympum.
T um Danaï armati properant è nauibus, inſtar
C oncretæ denſæq́; niuis: quam Iuppiter acri
D iſperſam Borea cœlo deiecit ab alto.
S ic denſæ galeæ, ſic ſcuta micantia ferro,
S ic nitidi umbones, ſolidi thoraces, & haſtæ
F raxineæ, uaria claraq́; per aëra ſummum
L uce coruſcabant: tremere omnia uiſa repente,
S ub pedibus ſtridere ſolum procedere Achilles
I n medio, ingentem frendensq́; gemensq́; dolorem,
E luctari animo, rutilo flammantibus igni
T orua minari oculis, diuinis inclytus armis
M uniri, deus ignipotens quæ fecerat ipſi.
E t primum ſuras ocreæ, tum pectora thorax
I nduit, enſem humeris magnum ſuſpendit ab amplis,
I ngentem hinc clypeum fulgentem lumine claro.
S icut ubi aërio celſi de uertice montis
A pparet nautis, medijs è fluctibus ignis,
Q uem fortè agricolæ ad caulas fecere, ſed ipſos
L ongius optato propellit littore fluctus:
H aud ſecus è clypeo multum fulgoris Achillis,
P roximus accepto fit lumine purior aër.

Græcorum exercitus inſtruuntur.

Armatur Achilles.

Tum

T um galeam capiti imponit ſplendore micantem
A ſtrorum ſimili, quam caudæ inſignis equinæ
C riſta tegit, crines auro radiante micabant,
V ulcano impoſiti mirabilis arte laboris.
T um ſeſe aſſumptis ipſe exercebat in armis,
H uc illuc membra ampla mouens, num ferret, & aptis
S e tegat experiens, & erant leuia arma ferenti
C eu pennæ uolucres: poſtremò protulit haſtam,
H aſtam Peliaco ſapiens quam uertice Chiron — Haſtæ Ach
E` trabe fraxinea prægrandem inciderat olim, — illis deſcri-
I nciſamq́; ſuo caro donauit amico, — ptio.
P eleo Aeacidæ, qua multas ille uirorum
P roſtrauit fortes animas, & corpora leto
M ulta dedit, quam nemo alius potuiſſet Achiuûm
A ut capere, aut tractare manu, niſi ſolus Achilles.
C urrus Automedon atq; Alcimus, æripedesq́;
A urigæ inſtruxere, & equis ad frena coactis
F riuola nexilibus cohibebant ora lupatis,
V t bene compoſitis regeretur currus habenis.
A utomedon celer arrepto ſuper alta flagello,
I nſiluit terga æripedum: tum magnus Achilles
I pſe quoq; aſcendit currum, fulgentibus armis
C onſpicuus, ceu ſol aliquis, aut lucifer ardens,
I mperium in patrios quodam terrore ſtupendus
E xercebat equos, atq; hæc eſt uerba profatus.
X anthe comans, & acute Bali, præclara Podarges — Achilles e-
P rogenies, nunc aurigam defendite ueſtrum — quos allo-
R ectius, & ſaluum referatis in agmina Graiûm, — quitur.
C um pugna defuncti erimus: nec, ſicut amicum
P atroclum, exanimem me fortè relinquite Teucris.
T unc Xanthus ceruice retrò à temone reflexa, — Xanthus
I n terram recidente iuba, ſic fatur (& illum — equus lo-
F ecerat humano Iuno ſermone loquentem) — quitur.

N unc quoq; te incolumem ſeruabimus optime Achille:
S ed tamen illa dies propè adeſt, quæ ſoluet ab iſto
C orpore te: quem nos ut deteſtamur, ita eius
„ N on ſumus authores: ſed inelectabile fatum,
„ E t deus omnipotens. nec noſtra ignauia amicum
P erdidit ulla tibi, nec noſtra eſt culpa, quod armis
P atroclum ueſtris ſpoliarit perfidus Hector.
S ed quem pulchra comas Latona enixa creauit,
O ptimus ille deûm, qui qua denſiſſima ſtabant
A gmina, proſtrauit iuuenem, decus Hectoris illud
E ſſe uolens. nos & Zephyri uelocius aura,
C uius flabra ferunt longè eſſe celerrima, plantis
Ae quantes ipſas etiam uelocibus auras,
E ripiebamus currum ex hoſtilibus armis.
S ed tibi fatale eſt hominiq; deoq; perire
F ortiter. Humana Xantho ſic uoce loquenti,
P reſſerunt furiæ uocem. Quem maximus heros
I ndignans tam dira loqui: Xanthe, inquit Achilles,
Achilles I mprobe, quid mortem mihi uaticinaris acerbam?
Xantho. Q uod te non decuit. iam dudum hæc omnia noui,
M e procul à patria, cariſq; parentibus, ipſum
P roxima uicinæ ſubiturum limina mortis.
N on tamen interea Teucros arcere ſuperbos
C eſſabo, aut ſtricto Troum petere agmina ferro.
D ixit, & in medias acies, mediamq; phalangem
P ernices immiſit equos iratus Achilles.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XX.

S I ic apud æquoreas pubes Danaëia naues
C irca magnanimũ cupidè armabãtur Achillẽ.
A t parte ex alia campi ſe in bella parabant,
A rma reſumentes Troum ſociæq; phalanges.

Iuppiter

I uppiter interea Themidi mandauit, ut omnes
C œlicolas in concilium cœtumq́; uocaret,
O mnibus è domibus paßim lucentis Olympi.
I lla Iouis parens monitis, uocat omnia diuûm
N umina, conueniant ad magni tecta Tonantis.
T um neq; diuorum ſeſe ſubducere quiſquam
A uſus erat, non ipſe pater qui circuit orbem
O ceanus, nemo fluuiorum latifluentum,
N ympharum non ulla locos & amœna colentum
L uſtra uireſcentum nemorum, non læta rigantes
P aſcua, muſcoſos fontes, non amnibus altis
N aïades quæcunq; habitant. Sed ad ardua poſtquam
L imina conſcendere omnes, conſidere iuſſi
C onſedere thronis, patri quos Mulciber aptos
F ecerat ipſe Ioui: nec defuit ipſe tridentis
Ae quorei dominus, non auſus ſpernere ſummi
I uſſa Iouis, ſed ab æquorei regione profundi
V enit in æthereas arces, mediusq́; reſidens,
C onuerſusq; Ioui: Quæ te cauſa, inquit, adegit
I uppiter, omnibus hoc diuis tam grande uocatis
C ogere concilium? num ſunt tibi Troïa curæ
A gmina, & audaces Danaï, qui mutua uaſta
P rælia mole parant. cui nubes Iuppiter arctans,
C uncta tenes Neptune, inquit, quo nomine cunctos
C œlicolas in concilium tam grande uocarim.
C uræ etenim quanquam perituri ſunt mihi, uerum
H os ego deſpiciens è ſummo oblector Olympo.
S ed uos conuentos uolui, ut quod cuiq; placeret
V el ferat auxilium, uel non ferat, alterutriſq;
T am Danaïs quàm Troiugenis adſitis amici,
V t ſua cuiq; animi ſuadebit certa uoluntas.
N am ſi cum Phrygibus ſolus decernat Achilles,
A rma Phrygum ſoli non poſſe reſiſtere certum eſt.

Themis deorum concilium conuocat.

Neptunus Ioui.

Iuppiter Neptuno & dijs alijs.

A nte equidem ſolo conatu terruit omnes.
A t grauiter caſu nunc conſternatus amici,
N e miſeram fatis nondum ſtatuentibus urbem
E xcindat uereor. Sic Iuppiter ore locutus,
C oncuiit grauis ardorem & certamina pugnæ:
Qui dij uel Græcis uel Troianis fauerint. D ij uarios tacito uoluebant pectore motus,
E t uarios animorum habitus. nam candida Iuno,
P allas, & excutiens quaſſatæ uiſcera terræ
N eptunus, Maiaq; creatus Atlantide nympha
M ercurius ſapiens, & opum non futilis author,
E t tu clauda trahens faber unice cura deorum,
P ro Danaïs ſtabant hæc numina tanta deorum.
I nde Phrygum, Mars armipotens, intonſus Apollo,
D iua ualens arcu, flauens Latona capillos,
L æta Venus, partes & bella iniuſta fouebant.
D onec ab humanis diuûm ſe munera rebus
A uertere, ſuum Danaï lætantur Achillem,
aƈtantes in bella armis prodiſſe reſumptis:
D udum ignaua equidem deſederat ocia ducens,
A pugna procul ad naues. quo deniq; uiſo,
T orpebant gelida Troum formidine mentes,
M arti perſimilem uultus atq; arma uidentes.
V erum ubi dij partes iterum, belliq; tumultus
R eſpexere iterum, tum pugna acerrima ſurgens
I nfremuit, ſummo nunc Pallas ab aggere foſſæ,
N unc eadem longè reſonanti à littore clamans
H orrendum inſonuit: tum nigræ more procellæ
M ars ſtetit inclamans, nunc magnæ à turribus urbis,
N unc ſacro à Simoënte loco, fortiſſima Troum
H ortamenta animis addens. iam caſtra tenebant
V traq; cœlicolæ. tum uerò inſana tumultus
E xoritur facies, tum uerò ſummus ab alto
H orrendum intonuit diuûm pater atq; hominum rex.

Ipſe

I pſe tridentifera commotæ maxima terræ
F undamenta manu quatiens concuſſit ab imo
G urgite Neptunus, tunc proxima culmina cœlo
A ërij tremulo nutabant uertice montes.
T unc etiam irriguæ tremuerunt fontibus Idæ,
R adices oblita ſuas, & Gargara meſſes.
I lion intremuit, Danaeïa claſſis in ipſo
C oncuſſit tremulos motu ſtupefacta rudentes.
T erritus umbrarum dominus, pallentia linquens
T artara, lucifugum terra caput extulit alta,
P roſpiciens mare ueliuolum clamore mouebat,
N e terram quatiens aperiret tartara frater,
E t triſtes ſine luce domos, regna inuia uiuis,
F ormidata etiam ſuperis. tanto ergo tumultu
C oncurrere hominum miſcentes prælia diui,
I nter ſeſe etiam certamina fœda mouentes.
N amq; tridentiferum contrà ſe armabat Apollo,
A rcubus & neruo longè iaculante ſagittas.
S anguineum contrà Mauortem cæſia Pallas,
V enatu atq; arcu gaudens ſoror aurea Phœbi
I unoni ſeſe oppoſuit, formoſa capillum
M ercurium Latona petit: prohibere parabat
V ulcanum lateq; fluens atq; inclytus amnis
Q uem Xanthum ſuperi, mortales uoce Scamandrum
E ſſe ferunt. Sic dij diuis fera bella mouebant.
I nterea ingenti ſtudio properabat Achilles,
H ectora in abſentem, cupiens illi obuia tantum
C onſerere arma uiro: ſatiari ſanguine namq;
I llius ardebat. tum Troiæ fautor Apollo,
P riamides forma exiſtens & uoce Lycaon,
V iribus Aeneam ſubitò melioribus implet,
H ortatus magno fidens occurrat Achilli.
T ros, aït, Aenea, conſultor & optime Troum,

Omnium uelut elementorum horrendum quendã motũ Achille in bellum reuerſo, ac Troianos fato iã urgente, extitiſſe ſcribit. Iã enim & dij ipſi bellum reparabant inter ſe.

Vide ſi libet Macrobiũ de hoc loco, lib. 5. cap. 6.

Dij inter ſemetipſos bella mouent.

Apollo forma Lycaonis aſſumpta, Aeneæ.

Q uò recidere minæ, quibus uti ſæpe ſolebas,
T roianos inter proceres, & prandia regum?
S cilicet auſurum te, ſi res poſcat, Achilli
I ntrepidas conferre manus? ea uerba loquuto
Aeneas Apollini. R eddidit Aeneas· Priamo ſate clare Lycaon,
Q uid uelut ignauum nunc me, qui nolit Achilli
A ut alij conferre manus de gente Pelaſgûm,
I nſimulas? nec enim primum nunc ſolus Achilli
C ongrediar. namq; ipſe meam tunc ſcilicet haſtam
P ertimuit, cum pinifera inuaſiſſet in Ida
N oſtra armenta boum, poſtquam Lyrneſia bello
M œnia uertiſſet ferus ille, & Pedaſon altam,
S ed me tunc celerem pedibus, tum uiribus auctum
I uppiter aſſeruit, tutatus ab hoſte ſuperbo·
N amq; ego magnanimo cecidiſſem uictus Achilli,
E t magnæ haud dubie præſenti Palladis haſta,
Q uæ dea conſultrix, quæ dux, quæ deniq; cuſtos
I lli ſemper adeſt: quæ ſuaſit, ut armipotentes
C onficeret Lelegas ferro, Troasq; domaret.
Q uare ego nulli hominum qui congrediatur Achilli
P erſuadere uelim, cui ſemper adeſſe deorum
R es eſt certa aliquem, qui ſeruet & eruat ipſum·
S i qua pericla cadant: nec torquet inania forti
V nquam tela manu, quæ emiſſa feruntur in hoſtem,
I ctibus uſq; adeò certis, ne prorſus aberrent.
Q uod mihi ſi diuorum aliquis ſe præbeat æquum,
N on fuero multum inferior cenſendus Achille,
Q uamuis ſe totum contectum corpora ferro
I actitet, & cœlo demiſſa ſibi induat arma.
R eddidit huic contrà magno Ioue natus Apollo·
Apollo Aeneæ. E t tu poſce deos ueniam, quem mater amorum
D iua Venus peperit, Iouis inclyta filia magni:
I llum diua minor genuit, Thetis orta marino

De ſene:

D e ſene: te ſuperûm rectoris filia. Sed tu
V ade, fer audaces in Achillem & dirige greſſus,
N ec moueare minis, nec dictis cede ſuperbis.
S ic ait, inſpirans renouatum in membra uigorem,
E t uires animo. medios ruit ille per hoſtes,
P er medias acies in Achillem fertur. at ipſum
O bſeruans Iuno, his alios affata deos eſt.
R ex maris huc Neptune uide, tuq; innuba Pallas,
Q uid paret Aeneas, qui nunc infeſtus & atrox
F ertur in Aeacidem, perſuaſus Apolline ab ipſo.
Q uare agite, hinc illum nos propulſemus, Achilli
S iſtentes aliquem è nobis, qui robore firmet,
C onforteтq; animo, ſeſe ut curæ eſſe deorum
S entiat eximijs: uani, quicunq; deorum
T roianis ſunt auxilio. nos namq; relicta
V enimus huc alij cœleſti ſede fauentes
H uic pugnæ: tum ne qua hodie patiatur Achilles
Q uæ noceant mala cauturi. pòſt tempore paruo
E ueniet, quæ naſcenti ſors prodita fati eſt.
Q uod niſi præmonitus diuinis uocibus eſſet,
F ortè timendum ipſi fuerat, ne congrederetur
S ecum de ſuperis aliquis. dij namq; graues ſunt, "
H umano generi cum ſe exhibuere uidendos. "
C ui ſpacioſa mouens concuſſæ uiſcera terræ, Neptunus Iunoni.
N e turbere, inquit, Iuno. nec enim ſatis æquum eſt,
N on etiam ipſe uelim trahere in certamina diuos,
M utua moturos inter ſe prælia. Sed nos
C edentes, ſpecula bellum ſpectemus ab alta:
A rma uiros curare & triſtia bella ſinamus.
Q uod ſi fortè ferox Mauors, aut pulcher Apollo
I mpediant, armiſq; uetent contendere Achillem,
T um quoq; nos contrà contendere iure licebit.
N ec dubito, quin his manibus, noſtriſq; coacti

V iribus, in cœlum redeant, terraſq́; relinquant.
H æc nigrum quatiens faciebat uerba capillum.
E t mox in celſum munitumq́; aggere murum,
E t foſſa ingenti, ſe contulit Herculis oræ
L ittoris impoſitum, quem Troës, & inclyta Pallas
C ondiderant magno Alcidæ, cum fortè ſequentem
L ittore ab undiſono fugeret per gramina cœtum,
V t ſe illò ueluti tutam conferret in arcem.
H uc ſe Neptunus tum contulit, & bona Iuno,
E t reliqui diuûm, Danaïs quicunq; fauebant,
A mbroſia aërio contecti corpora nymbo.
V erum alij in tumulo peramœnæ Callicolones
A d Simoënta, Phrygum partes ſedere fouentes,
A rcigerum iuxta Phœbum, Martemq́; ruinis
G audentem. Sic diuerſa tunc parte ſedentes,
C onſilia inter ſe belli de rebus agebant.
N on tamen eſt animus cuiquam ſe immittere bello,
O rdiri'ue manu, quod cœlo Iuppiter alto
P ræcipit, ingentes implentur milite campi,
A rma refulgebant latè peditumq́; equitumq́;,
S ub pedibus trepidante ſolum ſtrepit omne tumultu.
I n medium duo procedunt heroës in armis
C onſpicui, celer Aeneas, & magnus Achilles.
T um prior Aeneas ferratam comminus haſtam
E t clypeum quatiens, nutant in uertice criſtæ
I nſignis galeæ, ferus ipſe & dira minatus
F ertur in Aeaciden. Sed contrà inſurgit Achilles,
C eu leo, quem iuuenes infeſtis undiq; telis
P er campos agitant. quem ſi quis uulnere læſit,
V iribus atq; animis audacior, ocyus illum
A ppetit ore fremens, & hianti gutture ſpumans,
T um demum furit, irarumq́; inceditur æſtu,
E t caudam mouet, & latera, atq; immania terga,

Neptunus nigro capillo.
Murus Herculis in littore Troiano.
Tumulus Callicolonæ ad Simoëntem.
Aeneas in Achillem.
Bona comparatio.

In

I n pugnam ſeſe irritans exaſperat ira,
I rruit obuia quæq; terens, ſolumq́; requirens
V ulneris autorem, uel uictor in hoſte futurus,
V el moriturus ibi. Sic tunc generoſus Achilles
V iribus inuictis, & magna concitus ira,
P ræterea conſueta animi uirtute ſuperbus
F ertur in Aeneam. cui iam cum proximus eſſet,
S ic prior Aeacides: Quid, ait, ſic agmine abiſti
L ongius Aenea? mecum certare paratum — Achilles
N unquid habes animum? teq́; hinc Priameïa Troiæ — Aeneæ.
R egna recepturum ſperas? ſpes uana profectò
I ſta tua eſt, luditq́; animum tibi imagine falſa.
N am nec ob hoc regno Priamus tibi cedet auito,
S i me fortè neci dederis. Sunt dulcia nati
P ignora, adeſt ipſi rerum prudentia conſtans.
A n te fortè Phryges donabunt uberis agri
P lanicie, quæ dona ferat cerealia, latè
L uxurians, ut delicijs & rebus abundes
D iues opum? Sed & haudquaquam facile arbitror ipſum
T u me conficies. haſtam tu hanc antè timebas,
C um procul errantem te ſolum à bobus opimis
F ontibus irriguæ ſequerer ſub montibus Idæ,
S umma per & ualles: nec me expectare ſequentem
A uſus es, includens Lyrneſi in mœnia celſæ
T ete ipſe, ingenti formidine pectora fractus:
Q uæ tunc ipſe meæ confiſus robore dextræ,
E t Iouis auxilijs, & Palladis ægide fultæ
M œnia, proſtrauiq; ſolo, prædamq́; recepi
E ximiam, pulchraſq; nurus, blandaſq; puellas.
S ed te tunc manibus noſtris, iuſtoq́; furori
I uppiter eripuit, ſeruans, alijq; deorum.
N on tamen euades nunc, ut te falſa moratur
S uſpicio, atq; animi te ludit inutilis error.

V erum age diſcedas moneo, & ſub tuta tuorum
S igna redi, nec me expectes, nec in arma laceſſas,
S ponte tua noſtra niſi uis occumbere dextra.
» Q uæ ſunt facta, etiam ſtultus cognouit, & horum
» P œnitet, & ſerò dolet haud uitaſſe ruinam.
H uic Anchiſiades contrá ſic reddidit heros·
Aeneas Achilli. D eſine Pelida terrere minacibus ultrò
C eu puerum uerbis: nec te mihi fraudibus iſtis
P oſſe cauillari credas, & talia noui
C ompoſita incautas ludibria fallere mentes.
N ec quibus ipſi ambo ſimus natalibus orti,
O bſcurum eſſe puto, qua ducat origine gentem
Q uiſq; ſuam, quæ ſit ſeries, quis finis auorum,
Q ui fuerint proaui·Sed ſola cognita fama
N oſtra tibi, tua ſunt nobis cognomina patrum,
N on oculis. Dea te peperit Thetis æquoris alti,
P eleo rectori hominum: me glorior ortum
M agnanimo Anchiſa, peperit Venus aurea·uerum
N on hi tantum hodie plorabunt pignora natos:
N on etenim nec uana loquor, nec friuola fingo:
V t ſic omiſſa redeamus in agmina pugna.
Q uod ſi noſſe uoles noſtrum genus, omnibus etſi
I d notum eſt, fortè ipſe etiam cognoſcere quæras.
D ardanus á magno genitus Ioue, condidit urbem
D ardaniam, nondum in campo ſtetit Ilion iſto
E ximium, ſed adhuc in aquoſæ uallibus Idæ,
D ardanidæ coluere uiri: pòſt Dardanus author
G entis, Erichthonium genuit, mortalibus illum
P ræſtantem magnis opibus, tria millia pingues
P aſcebantur equæ lætis in uallibus illi,
O mnes fœtiferæ, pullis comitantibus omnes
Boreas in equum. C onſpicuæ·quas cum Boreas uiolentus amaret,
I n nigrum conuerſus equum ſeruiuit amori

Indul-

I ndulgens.ex quo grauidæ peperere quater tres
P ullos eximios: qui ſi per ſumma uolarent
G ramina,nec ſummæ curſu quaterentur ariſtæ   Virgilius de Camilla.
L uxuriantis agri,nec tincta humoribus ullis
P er medios pelagi ferrent ueſtigia fluctus.
N atus Erichthonio Tros eſt,qui nomina Troiæ
I ndidit huic nati tres ſunt poſt fata relicti,
I lus,& Aſſaracus,formaq́; bonus Ganymedes,
P incernam Iouis hunc ſuperi rapuere futurum,
V t cum dijs ageret longum immortalibus æuum.
I li Laomedon proles fuit ille adamatum
T itonum Auroræ,Priamum,Lampum,Clytiumq́;
P rogenuit fortes,clarumq́; Hicetaona bello.
A ſſaracusq́; Capyn,Anchiſen ille ſuperbum,
M e pater Anchiſes genuit dedit Hectora magnus
M agnanimum Priamus: tali me ſanguine cretum
G lorior.at nobis uirtutem & nomina laudum “
N unc minuit,nunc illa eadem mortalibus auget “
O mnipotens: ut cuncta poteſt,ut cuncta gubernat. “
N on tamen hæc nobis medio in certamine pugnæ
S unt memoranda,uelut pueris amentibus: & nos
O bijcere alterutrim forſan non pauca queamus,
Q uorum nulla (licet centum fora proferat intus)
V aſta carina capax fuerit.nam lingua diſerta eſt “
H umano generi,multoq́; uolubilis uſu, “
P lurima uerborum uis eſt & copia fandi, “
E t temerè nunc dicta uolant,nunc reddita pungunt “
O blectant'ue animum.Nam qualia dixeris ipſe, “
T alia & accipies: namq; hæc eſt mutua merces. “
S ed quid opus uerbis contendere,uana ferentum
M ore puellarum? quæ nigra bile furentes
I n medio populi cœtu deformia miſcent
I urgia,nunc falſa urgentes,nunc uera notantes?

At tu

A t tu me pugna minime abſterrebis ab iſta,
T am promptum atq; alacrem·certum eſt decernere ferro,
P ræſtet uter. dixit, clypeiq; inſigne ſuperbi
P ercuſſit feriens haſta: ſed in orbe refixum
C oncrepuit ferrum. clypeum tunc fortis Achilles
P rotulit inſertis manibus, ne forſitan ipſum
L æderet Aeneæ ferro penetrabile telum:
D emens, qui dextra uiolari munera diuûm
C rederet humana·nec enim pertranſijt ictu
I ngentem clypeum, Aeneæ grauis haſta ſuperbi·
V im prohibebat enim quod Mulciber addidit aurum.
V ix geminas mucrone plicas perfodit acuto,
I llæſis, quæ reſtabant, tribus: ordine quinq;
F ecerat ignipotens, fuſis ex ære duabus,
E ſtanno geminis itidem, media aurea ſtabat.
I n quam tunc infixa uolatilis haſta pependit.
T um ferus inſurgens telum contorſit Achilles
I n clypeum Aeneæ, quáq; & tenuiſſima ferri
L amina, taurorumq; inſunt moliſſima terga,
C onſtitit Aeneas, clypeumq; timore retorſit
A d ſeſe retrahens, clypeiq; umbone refracto,
T rans humeros trans terga uolans Peleïa nudo
C onſtitit haſta ſolo. uitato grauiter ictu
T erritus Aeneas tam certo tamq; propinquo eſt.
T um celer horrendum clamans inſurgit Achilles,
A tq; iterum Aeneæ repetito uulnera ferro
A pparat ingerere. ille ingentis pondere ſaxi
C orrepto, quod nec duo noſtra ætate leuarent,
Virgilius & ipſe alibi. Q ualia nunc hominum producit corpora tellus:
I lle manu facili uerſans, rapideq; rotatum
M iſit in Aeaciden, galeæq; inflixit, & orbi
I mmanis clypei, ſic ſeſe à morte propinqua
S eruabat. tamen & gladio cecidiſſet Achillis,

Ni deus

N i deus æquorei, quatiens terræ ima, profundi
T ali alios diuos affatus uoce fuiſſet:
Q uàm uereor (ſuperi) ne magni forſan Achillis — Neptunus deos ſibi aſſiſtentes alloquutur.
Ae neas manibus, perſuaſus Apolline, mortem
O ppetat ante diem, demens: qui ab Apolline uanis
I nductus monitis, tanto ſe obiecerit hoſti.
N on etenim mortis medio in diſcrimine, Apollo «
A fferet ullus opem. Sed cur tamen illi ſuorum «
I mmeritus peccata luat, qui ſemper honores
E xhibuit diuis, & munera grata rependit.
N os quoq; nunc ipſum per tanta pericula ſaluum
P ræſtemus, ne fortè grauem moueatur ad iram
I uppiter, Aeneam ſi fortè trucidet Achilles.
N amq; illum è tanto ſupereſſe & uiuere bello
F ata iubent, ne Dardanium ſine prole, ſine omni
P oſteritate genus pereat, quem ſemper amauit
I uppiter ante alios mortali è ſemine natos.
N unc autem Priami genus eſt exoſus, & ipſum
E ruet, excindens ſimul ardua Pergama Troiæ.
A t domus Aeneæ cunctis dominabitur oris, — Vaticiniū de poſteritate Aeneæ, uerū. niſi forte dicamus poetam iam tum nouiſſe, cum hæc ſcriberet, de poſteris Aeneæ in Italia apud Albā tunc regnantibus. Sunt enim qui ſcribant, Homerū poſt bellum Troianū floruiſſe annis 400, &c.
E t nati natorum, & qui naſcentur ab illis.
C ui formoſa oculos Iuno: Maris arbiter, inquit, — Iuno Neptuno.
V ideris ipſe licet, ſit'ne eripiendus ut impar
C ongreſſu Aeneas, an dimittendus Achilli.
I pſa ego iamdudum, Pallasq; innupta, deorum
I n cœtu adſtantes iurauimus, hoſtica Teucris
O mnia facturas, neq; quicquam arcere quod ipſis
P erniciem ferat, haud etiam cum infeſta cremabit
F lamma ipſos urbemq; ſimul: namq; igne peribit
H oſtili Danaûm. Sæuarum rector aquarum
T alibus auditis, properans per tela, per hoſtes,
P er medias acies, huc uſq;, ubi uiribus impar
C onſtitit Aeneas magno congreſſus Achilli.

At deus

A t deus offuſa claros caligine uiſus
A bſtulit Aeacidæ, clypeoq; haſtile reuulſum
A bijcit ante pedes, ipſum celeremq; agilemq;
Neptunus Aeneam liberat. R eddidit Aeneam. celeres fugit ille per auras,
D educente deo, ſuper agmina & arma uirorum,
E t iam contigerat lati ſpacia ultima campi,
Q ua ualidis poſiti ſtabant Caucones in armis,
C um deus accedens propior: Quis te deus, inquit,
I mpulit Aenea, quo congredereris Achilli,
T am ualido? cui ſis bonitate & uiribus impar,
Q ui ſuperis etiam te longè eſt carior ipſis,
S ed tibi magnanimus quoties occurret Achilles,
N e ſteteris, fuge, cede uiro, ne ſorte maligna
P ræuenias magni tibi debita tempora fati,
A nte diem moriens. Sed poſtquam uictor Achilles
O cciderit, tunc bella manu, tunc arma retracta,
N il metuens Danaos, quorum tu nullius unquam
M arte cades. dixit, tenuesq; effugit in auras,
E t ſimul offuſam ſubita caligine nubem
A bſtulit Aeacidæ. qui poſtquam luce recepta
O mnia proſpexit, ſtetit acri feruidus ira,
Achilles ſecum iratus. I nfrendensq; animo ſecum. Prò Iuppiter, inquit,
Q uæ mihi nunc uanam fallunt ludibria mentem,
A tq; oculos? iacet haſta ſolo, uir at ille receßit
Q uem iaculatus eram, & ſuperos habet ipſe fauentes
Ae neas, quæ uerba ipſum iactare putabam
O mnia uana prius, Sed mortem effugerit, eſto
C eſſerit, haud etenim mecum deinde ulla feroci
C onſeret arma manu, qui tam formidine multa
F ugerit inſtantis tentata pericula fati.
Q uin potius Danaos in Martia bella paratos
I n Troas rapio mecum, forteſq; phalangas
E xperior, dextraq; Phrygum ſocia agmina ſterno?

D ixit, & in medios ſeſe ad ſua ſigna recepit,
C omminus arma iubens inferre ferocius hoſti,
N ec procul incertis inimica laceſſere Teucrûm
A gmina miſsilibus, ſed mutua uulnera dextris
I ngerere, arma armis pugnent, hærensq; uiro uir.
N am mihi difficile eſt, inquit, tot milia ſoli
S uſtinuiſſe uirûm, quamuis ſim fortis, & omnes
V iribus exuperem. nec enim deus ipſe, cruentus
A rbiter armorum, nec quaſſans ægida Pallas,
T antam ſuſtineant molem. tamen omnibus armis
E t quantum præſtare queam uirtute manuq;,
H ic hodie nihil omittam. per tela, per haſtas,
P er gladios penetrans, ferro ſic omnia ſternam,
V t ſe nemo Phrygum ſit lætaturus Achilli
C onſeruiſſe manum, nec me contra arma tuliſſe.
D ixit, & in medios audax irrupit aceruos.
A t parte ex alia Troas fortiſſimus Hector
H ortabatur, agens uerbis: Nemo, inquit, Achillem,
S ic metuat, præclari animis & pectore Troës,
P rotinus ut noſtris fugiendum cenſeat armis.
T erret enim uerbis animos, quibus omnia uanis
A rrogat ipſe ſibi: quibus æquem numina diuûm,
S i ſit opus: queis cum ſuperis rixarier auſim.
S ed nec inutilibus perfecerit omnia uerbis,
Q uædam ut perficiat, quædam imperfecta relinquet.
I pſe uirum aggrediar, ſimilem licet omnia flammis,
S ic licet ardenti tactu uiolentior igni,
D uritia rigidum ſuperent præcordia ferrum
I pſius, aggrediar tamen, & contrà arma mouebo.
S ic ait, irrumpens aciem, ſimul arma ſequuntur
T roïa, ſic ſtudio uanimi, ſic mentibus æquis,
V t uires etiam æquarent. tum clamor obortus,
I am reparanda nouas in prælia ſuſcitat iras.

Hector Troianis & ſocijs.

Hæ

H ic propè ſtans, his Priamiden affatur Apollo.
Apollo Hectori. H ector, adhuc magno ne congrediaris Achilli,
V erum intra medias acies mediasq; cateruas
T e recipe, ut primos poſſis uitare tumultus.
N e te uel iaculo configere poſſit adacto
E minus, aut ſtricto propè ſtans ferus enſe trucidet.
T alibus admonitus, ſeſe ad ſua ſigna recepit
H ector, & attonitus diuina uoce quieuit.
A t clamore ferox, & uiribus acer Achilles
I rruit in Teucros, atq; Iphitiona ſuperbum
S ternit Otrentiden ferro, quem Naiade nympha
C onceptum, genuit populorum uictor Otrenteus.
I pſum qui multos populos quoq; rexit, & urbes,
S ub gelidis Tmoli radicibus, inter opimas
L imitis Idæi gentes, & ditia regna,
Q uæ uiuens tenuit: medium cui à uertice findens
D iſſecuit facili flictu caput acer Achilles.
I lle cadens, terram ſonitu concuſſit & armis.
C ui ferus exprobrans his inſultabat Achilles,
Achilles Iphitioni inſultat. E n tibi Otrentida, quod tu crudele petiſti,
N unc te ſternit humi fatum, qui tanta minatus,
N uper terror eras Danaïs, nunc occidis haſtæ
C onfoſſus mucrone meæ, licet inclyta clarum
S temmata te faciant, Gygææ ſtagna paludis
C um tibi ſit natale ſolum, piſcoſa prope Hylli
F lumina, & undantem precioſis fluctibus Hermum,
Q ua nemus eſt patria tibi relligione ſacratum.
S ic ait inſultans, illum nox ferrea texit,
E t mox æripedes curſu triuere rotarum
A d primos Danaûm inſultus: tum corpora fortem
Achilles Demoleontem interimit. D emoleonta petit, Troiano Antenore natum.
Q uem per & æratam galeam, per & oſſa cerebro
C ontuſo feriens, perfregit tempus utrunq;.

Atq;

A tq; ita deiectum leto dedit. inde fugacem
H ippodamanta ſequens: is enim iam puluere in alto
A miſſis fugiebat equis: tranſuerberat haſta Hippodamas.
A tergo, inter utrumq; humerum. qui ſanguine fuſo
I am nimio moriens, in apertas mugijt auras:
N on ſecus ac magno diſcerptus robore taurus,
L ittoreo iuuenum Neptuno ſacra parantum,
Ae quoream qui rex Elicen colit. ille litantum
G audet honore fauens, & tali munere lætus.
I nde ſatum Priamo Polydorum fertur in acrem, Polydorus.
E t ſuperis forma ſimilem: quem captus amore
Q uod minimus natorum, & quod cariſſimus eſſet,
A pugna pater infœlix prohibere cupita
N on potuit. ſed cum pedibus pernicibus eſſet, παῖς ab
T unc quoque per cuneos, perq; agmina nota uolabat ætate.
D iſcurrens, donec metuenda concidit haſta,
Q uam ferus intruſit tergo fugientis Achilles,
A urea qua teretem connectit fibula zonam,
E t duplex coit incumbens in uincula thorax,
H ac medium fixo tranſegit acumine uentrem.
I lle gemens, labante genu procumbit utroq;
I n terram, nebulæq; oculos texere cadentis.
Q uem ſua iam tremula retinentem uiſcera dextra,
P roſtratumq; ſolo, dum conſpicit inclytus Hector,
M ox offuſa oculis caligine, non tulit ultra
C unctari, aut dubitare animo: ſed feruidus ira,
E t flammæ ſimilis, ruit acer, & obuius hoſtem
I ntorto aggreditur telo, quem lætus Achilles
C onſpiciens, tumidusq; animo, ſic deinde profatur.
E n uir adeſt, caro qui me ſpoliauit amico, Achilles cõſpicato Hectore, exultat, illumq; prouocat.
Q uo facto hunc animum mœrore affecit acerbo.
N on tamen effugiet, quin hoc certamine dextram
C onſerat, & pugnæ locus hic erit aptus utriq;.

 Dixerat:

Dixerat: & toruum inſpiciens, Age cõminus Hector
Congrediamur, ait, noſtra te hic improba dextra
Mors properata manet. Quem contrà interritus Hector
Hector Achilli. *Mé ne igitur uerbis terrere procacibus, inquit,*
Ceu fatuum te poſſe putas? ſate ſanguine Pelei,
Si libeat, ſimiles uideor nouiſſe cauillos,
Et uerbis tentare animos nugacibus ultrò.
Robore tu quanquam præſtes, ego uiribus impar
Sim tibi, apud ſuperos tamen eſt ea certa poteſtas,
Vt noſtra mortem inuenias confectus ab haſta.
Nam ualet, & noſtrum non eſt ſine acumine ferrum.
Dixit, & intorquens in Achillem conijcit haſtam
Hector & Achilles cõgrediuntur. *Ipſe prior: leni afflatu quam proxima Pallas*
Vertit, & auerſam decepti abiecit inanem
Hectoris ante pedes. rapida tum feruidus ira
Pelides, & in arma ferox, & cædis auarus,
Irruit horrendum clamans, & in Hectora uerſus
Vrget agens telis. hinc illum fautor Apollo
Apollo Hectorẽ à morte liberat. *Condenſa eripuit nebulæ caligine tectum:*
Quod facile eſt præſtare deo. ter magnus Achilles
Infeſto inſiluit iaculo, ter fixit inanes
Incaſſum nebulas. ſub quartum dira minatus
Inſultum: Fugiſti, inquit, certam improbe mortem,
Non uirtute tua, ſed Apolline fretus amico,
Qui te præſentis certo è diſcrimine fati
Eripuit, quem tu tela inter & arma precari
Debebis meritò. quod ſi mihi deinde deorum
Fortè aliquis faueat, ut, & eſt ſpes certa, fauebit,
Hæc tibi perniciem feret, hac mactabere dextra.
Nunc tamen ibo, alios Troas & perſequar omnes,
Quicunq; audebunt ſumptis ueſtigia in armis
Obuia ferre mihi. ſic dixit, & agmina Troum
Irrumpens, Dryopem ferit, & ceruice ſoluta

Ante pedes nuda ſtrauit tellure ſupinum.
Demuchum petit inde, Philetore principe natum:
Cui greſſum tardante genu de uulnere claudo
Tranſegit medium gladio, cæſumq́; reliquit.
Inde Biante ſatos patre, Laogonumq́; ferocem,
Dardanon eximiumq́;, ab equis & curribus ambos
Deiecit ſternens: illum tamen eminus haſta,
Comminus hunc gladio. Tros cretus Alaſtore ſupplex
Procidit ante pedes, genua amplexatus Achilli,
Si fortè ætatem pueri miſeratus, inermi
Parceret. ah demens, qui non agnoſcere poſſet. ἐπιφώνημα
Iam non eſſe pium, iam nulla ex parte benignum,
Sed grauiter ſtimulis agitatum triſtibus iræ,
Qui neq; ſupplicibus iam parcere poſſet, Achillem.
Ergo ferum molli ſuſcepit in epate ferrum,
Impleuitq́; ſinum, tenebræ texere natantes
Vicina iam morte oculos. pòſt aure ſub alta
Mulion enſe petens tranſuerberat: ille per aurem
Exijt oppoſitam. medium pòſt fortis Echecli
Diſcidit enſe caput, genuit quem clarus Agenor:
Totus ab effuſo manabat ſanguine mucro,
Atq; ipſum rapuit non euitabile fatum.
Poſt hunc Deucaliona graui tranſuerberat ictu,
Qua collum atq; humeri coëunt. cui morte grauato,
Et caſſo manibus, & caligantibus alta
Nocte oculis, tota caput à ceruice reſectum
Abſtulit, & nuda procul inde abiecit arena.
Cum galea effuſum fluit atra per oſſa cerebrum,
Corpus humi iacet exanimum. Tum fortis Achilles
Rhigmum Piriden, præſtantem pectore & armis
Aggreditur, quem nuper opima ex Thrace profectum
Tranſegit medium ferro, quod in inguina fixum
Venit, & in coſtas laterum perrupit utraſq;.

Miſerabilis admodũ moriẽdi modus. In quibus hic poeta mire uarius eſt, et Virgilius non infœliciter imitatus.

L abitur ille cadens curru ſuper arma ſupinus.
H inc ferit aurigam, qui iam flectebat habenas
A uertens currum. qui telo in terga recepto
T urbatis prolapſus equis iuga nota relinquit
C um uita, miſer ipſe ſuo ſe in ſanguine uerſans.
Comparat Achillẽ uento omnia proſternenti. A t uelut immenſæ iuga per uaga & arida ſyluæ
P erfurit ignis edax, & concremat omnia, & ullum
N eſcit habere modum, quem flatu uentus adauget,
H ac illac uario ſpirans: ſic magnus Achilles
V iribus indomitis ſpacioſa per agmina uictor
G raſſabatur, agens nunc hos, nunc excipit illos,
I nterimens: multo manabant ſanguine riui.
E t uelut æſtiuæ coguntur tempore meſſis
Nũc bobus trituranti-bus. S ub iuga colla boues iuncti, pede trita biſulco
E xprimere è granibus culmis cerealia grana,
A nnus maturas dum conterit area fruges:
S ic ſub magnanimi tum calcabantur Achillis
Ae ripedum pedibus, clypeiq; & ſtrata uirorum
C orpora, conſperſi rorabant ſanguine currus,
S anguine manabant radij, ſpinæq; rotarum,
V ngula quem curſu rapido ſpargebat equorum:
V iribus indomitis ſic fulminat acer Achilles,
E gregiam uirtute uolens extendere laudem.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XXI.

T iam latiuagi rapidiſſima flumina Xanthi
C ontigerãt, fluuiũ quem Iuppiter immortalis
P rogenuit, geminas in partes Troas abactos:
H os urbẽ uerſus metuendus agebat Achilles,
Q ua nuper Danaĩ nimia formidine capti
H ectoreas fugere manus. huc ergo fugatos
I mpulit Aeacides, ſimili formidine Troas

P erfuſos : quibus obſcuram Saturnia nubem
I ntulit, offundens tenebras, ne tuta tueri
T erga fuga poſſent. illos ad flumina Xanthi
C ompulit ingenti ſtrepitu, tum littus & undæ
I nſonuere : illi latebras ſub margine ripæ,
S axaq; uerticibus prærupta, & denſa petebant
B rachia ramorum uirides umbrantia ripas.
A c uelut incenſos flammis urentibus agros
A ëriæ exiliunt repetentes nota locuſtæ
F lumina, mox alis ſubeunt pernicibus undas :
P elidæ ſic turba metu perculſa ruebat,
I mplebantq; uiris & equis uada cærula Xanthi,
L atifluis metuendi undis, longeq; ſonantis.
I lle animo fidens, & fortibus inclytus armis,
H aſtili in ripa ſubter dumeta relicto,
I nſilit in fluuium ſolo ſpectabilis enſe,
C ædis adhuc auidus, tum plurima uulnera Teucris
I ctibus ingeminat crebris, & funera denſet.
I lli uulneribus uicti, & terroribus acti
T urpiter ingemere, & muliebres edere fletus,
C ædibus impleri, fuſoq; rubeſcere flumen
S anguine. ceu uiſo delphino ſæpe minores
I n latebras fugiunt piſces, quia deuorat omnes,
Q uoſcunq; aſſequitur : ſic tum formidine capti
T roës, in undoſæ latuerunt marginæ ripæ.
M ilia tot tandem cædendo feſſus Achilles,
B is ſex è rapido delegit flumine uiuos,
Q uos iuuenes Patrocle tibi mactaret ad ipſum
I nferias tumulum : quos ut per inhoſpita captos
C eruorum hinnuleos ſub uenatore trementes
A lligat, & manibus zonis poſt terga reuinctis
I pſorum proprijs, ſocijs abducere mandat
A d ſua iuxta agiles tentoria nota carinas.

Achilles Troianos in Xanthũ fluuium cõpellit.

Comparatio à delphino.

I nde auidus cædem repetit. cui fortè Lycaon
O huius è fluuio fugiens, Priameia proles,
O ccurrit. Quondam hunc Troiæ populator Achilles
Caſus Lycaonis. C eperat antè manu, patriaq; abduxerat alta
I nuitum nocturnus agens iter. aſtitit autem
T ale nihil iuueni metuenti magnus Achilles,
C um uiridem ſtricto caprificum cæderet enſe,
V nde rotis faceret radios: mox ergo reuinctum,
N auibus in Lemnum munitam detulit altis,
I pſum cum reliquis uendens ab Iaſone nato.
Q uem pòſt ingenti precio, gazaq; redemit
I mbrius Eëtion, claramq; remiſit Ariſbam:
V nde iterum fugiens patriam remearat in urbem,
C um ſibi conſuetis uno & bis quinq; diebus
O blectatus erat, bis ſexta abiecerat ipſum
M ortiferis iterum manibus graſſantis Achilli.
N amq; is damnatum fato, atq; redire uolentem,
I nfernas fuerat mox detruſurus ad umbras.
Q uem poſtquam celer Aeacides agnouit inermem,
A biectis clypeo, atq; haſta, galeaq; decora:
O mnia namq; fuga proiecerat actus inani,
C ontinuoq; uiæ defeſſus membra labore,
Achilles admiratur caſum Lycaonis. H æc ſecum uoluens animo indignante putabat:
Q uæ nunc mira oculos fallunt ludibria? quis nam
C aſus hic eſt? nunquid Troës mihi morte perempti
E tenebris redeunt, uictaq; è morte reſurgunt?
Q uo fato auſpicióue redit, qua ſorte Lycaon,
V enditus in claram quam cingunt æquora Lemnon,
N ec maris immenſi fluctus cohibere uolentem
E ffugere, ut multos, potuere? ſed effugere haſtam
H anc puto non poterit. licet experiamur, an idem
R urſus ab infernis latebris emergat in auras:
A n, ſicut fortes etiam, terra alma ſepultum

C omprimat. hæc animo uolventi facta, Lycaon
A dſtitit, ut ſupplex genua amplexetur Achillis,
Q uamuis exitium ſe poſſe euadere fruſtra
S peraret, licet oblongam quam miſit Achilles
P rocumbens in humum ſupplex uitauerit haſtam.
Q uæ fugiens infixa ſolo eſt, genua alta Lycaon
D extra complexus, læua exitiabile telum,
T alibus inuictum ſupplex affatur Achillem.
T e ueneror, ſupplexq́; tuis ſate ſanguine Pelei
A duoluor genibus: miſerere, & parce, nec ultrà
S æui animo. tibi me dedo, tibi dedita ſerua
F ortè nec indigni cui parcas omnia ſerui.
A' te uita data eſt miſero mihi, tempore quo me
I ncautum patrio cepiſti uictor in agro,
E t procul à patria, caris procul hinc ab amicis
I n ſacra uenum Lemno & præſtante dediſti.
T unc tibi ſacra dedi, ſed nunc ter tanta daturus,
S i redimar. ter quarta dies hæc exit ab illo,
Q uo ſacræ rediÿ ſuper ardua Pergama Troiæ,
M ulta mari terraq́; ferens incommoda. nunc me
F ata tuis iterum manibus crudelia reddunt,
O derit ipſe licet qui me tibi reddidit hoſtis
I uppiter, immeritumq́; ærumna perdit acerba.
P aucula me miſeræ numerantem tempora uitæ
L aothoë genitrix Althaï filia magni
E nixa eſt: ſenis Althaï, qui ſceptra gubernans
I mperiÿ Lelegum, nunc Pedaſon incolit altam,
C ultaq́; latiflui loca Satnioëntis ad undas:
L aothoë Priamo cum multis iuncta cubili,
N os peperit formoſa duos, quos tu tamen ambos
F orſitan interimes, poſtquam tua dextra peremit
F ormoſum Polydoron, ego in diſcrimen apertum
D editus ante oculos extrema pericula cerno,

Lycaon ſupplex Achillem deprecatur, oratione ad perſuadendum appoſitiſſima, & ualde pathetica, à fortuna, natalib. educatione, ætate, &c. de quibus in hoc opere, minime nobis uacabat ulla ratione diſſerere.

I nuictas nec poſſe manus euadere ſpes eſt
V lla ſuper, poſtquam premit inſuperabile fatum.
D icam pauca tamen, tu condita pectore ſerua:
N e rogo me perimas, cum non ſim frater eodem
H ectoris ex utero, qui te ſpoliauit amico
M agnanimo, iuſtamq; uolens commouit in iram.
T alibus obteſtans lachrymis ac uoce Lycaon,
R eſponſum crudele tulit. Stulte, inquit Achilles,
N ec precibus locus hic fuerat, nec talia uerbis
V elle ſuperuacuis deducere. tunc ego Teucris
P arcere fortè queam, cum Patroclum ultus amicum,
C ædibus hunc animum explero, dextramq; inimico
S anguine laſſaro Troum, cum tempora plures
A nte hæc uendiderim captos, nunc uiuere nullum
V lterius patiar, duramq; euadere mortem:
N ec te, nec reliquos, quorum permiſſa poteſtas
A b Ioue patre mihi eſt, ante altæ Pergama Troiæ
C ondita, præcipuè Priami de ſanguine natos.
S ed morere interea nunc tu quoque amice. quid autem
I ngemis? occubuit Patroclus & ipſe, uir olim
T e melior longè, & ſumptis præſtantior armis.
N on' ne uides quàm magnus ego, quàm robore præſtans,
Q uàm ſim membra decens ſpecie, formaq; uirili
M atre dea, claroq; & magno patre creatus?
M e tamen impia mors, & non ſuperabile fatum
H inc rapient, & erit tempus, ſeu mane renaſcens
H oc aurora ferat, mediæ ſeu tempora lucis,
Q uo me aliquis gladio perimet, uel arundine miſſa
E' neruo, & ualido longè iaculantis ab arcu.
S ic ait, & miſſa miſerum tranſuerberat haſta
P riamiden: mox ille animo liquente recumbens,
P aſſis in terram manibus genua ægra remiſit.
C eruicem ſtrati gladio tranſegit Achilles

Auerſam,

Quis enim irato et crudeli perſuadeat?

Locus notatu dignus.

A uerſam,totumq́; in uulnere condidit enſem,
V nde cruor niger effluxit: tum exangue cadauer
C orreptum pede proiecit uiolentus Achilles
I n fluuium,rapidis uoluendum piſcibus eſcam.
E t ſic inſultans: Tu nunc cum piſcibus iſtic — *Achilles inſultat mortuo Lycaoni,ſatis crudeliter.*
I nfœlix iaceas,qui carnem atq; oſſa uorabunt
N unc tua,nec genitrix aderit tibi fida iacenti
Q uæ fleat,at torrens maris in uada lata Scamander
T e feret,atq; aliquis procul actus gurgite piſcis
V iſcera & inteſtina Lycaonis alba uorabit.
I nterea mihi cedentes occumbite Troës, — *Ad Troianos ſermonem cōuertit.*
P ergama nos donec capiamus,& Ilion altum.
V os date terga fugæ,nos illa auerſa prememus.
N ec uobis fluuius torrens & flexibus ingens
S ufficiat,cui uos tauros mactatis opimos:
S ed uiuos inuoluat equos,& raptet in undas,
A tq; ita uos triſti pereatis funere,donec
O mnes ulciſcar ſuper atra morte ſodalis
P atrocli,& Danaûm,quos me ceſſante nefanda
C æde peremiſtis ueloces ante carinas.
S ic ait.at fluuius magis indignatus agebat
S ecum animo uoluens,quo pacto inhiberet Achillem
C ædibus,ut miſeros poſſet defendere Troas.
I am ferus Aeacides animoq; paratus,& haſtam
O blongam quatiens,inſurgit in Aſteropæum — *Achilles in Aſteropæū.*
P elegono genitum,quem ſuſtulit Axius amnis
È nata ſenioris Aceſameni Peribœa,
I lli quæ fuerat natarum maxima natu.
H uic igitur deus accumbens produxerat acrem
P elegonum,qui pôſt genitor fuit Aſteropæo.
O buius hic igitur uictori occurrit Achilli,
B ina manu lato criſpans haſtilia ferro. — Virgilianum.
N am uires dederat,ſolidumq́; in pectora robur

 Xanthus,

Xanthus, ob immodicas cædes iratus Achilli.
Tum prior alloquitur uenientem magnus Achilles·

Achilles Aſteropæo.

Quis uir es? unde genus? nobis qui ire obuius audes!
Qui iuuenum patribus ſunt infœlicibus orti,
Noſtras hi uires, hi robora noſtra laceſſunt.
Ad quem Pelegono genitus uerba iſta profatus·

Aſteropæus Achilli.

Magnanime Aeacida, quid de natalibus, inquit,
Percontare meis? oriundus ab ubere terra
Pœoniæ procul hinc diſtantis, in arma paratos
Pœonas adduxi: lux eſt undena, quod altum
Ilion appulimus. genus eſt mihi ab amne paternum
Axio altifluo, qui diuitis irrigat agros
Pœoniæ, & pingues fœcundo flumine campos.
Pelegonum genuit pater Axius armipotentem,
Illum me genuiſſe ferunt. nunc inclyte Achille,
Ne dubita conferre manum. Sic dixit: at illi

Pelias haſta.

Peliada intentans haſtam uibrabat Achilles.
Ille duas (nam dexter utraq; manu fuit) haſtas
Torſit in Aeaciden: quarum uolat altera magnum
Delata in clypeum, quem nec perfregit, ob aurum,
Munus enim cœleſte fuit: uerum altera dextrum
Vulnere non magno cubitum uix attigit, ater
Defluit inde tamen ſanguis, uolat haſta per auras,

Atqui Achillem inuulnerabilẽ fuiſſe, ſunt qui ſcribant.

Atq; infixa ſolo eſt. furit acri concitus ira
Intentus cædi Aeacides, & in Aſteropæum
Contorquet ſummis connixus uiribus haſtam.
Sed fruſtrata manum atq; animum mittentis aberrans
Sic infixa ſolo ſtetit altæ in margine ripæ,
Vt media uix parte ſui proſtaret ad auras.
Ter conatus erat manibus conuellere fixam
Aeacidæ tellure haſtam, ter falſus inani
Deſtitit incœpto, dum quartò euellere tentat,
Tum ſtrictum à latere inſurgit furibundus in enſem

Aeacides,

Ae acides, medijq; ferit retinacula uentris
C onſcindens gladio, mox inteſtina cadentis
O mnia defluxere ſolo, nox occupat illum
F errea, perpetuæq; oculos texere tenebræ.
T um pulchra Aeacides incumbens arma iacenti
D etrahit, & clauſas fruſtra hæc iactabat ad aures. — *Spoliat Aſteropæū.*
S ic nunc Aſteropæe iace, te nulla profectò — *Inſultat mortuo.*
C um Ioue progenitis uis depugnare coëgit,
Q uamuis tu fluuio natus genitore fuiſſes,
T u te latiflui de flumine dixeris Axi
P rogenitum licet: ipſe Iouis me à ſtirpe profectum
G lorior, imperio populos qui ſeruat & urbes
M yrmidonum Peleus genuit me, maximus illum
Ae acus, hunc moderans totum Saturnius orbem.
Q ui ſicut fluuijs præſtantior omnibus unus
P ræſidet, eſt etiam genus ipſius omnibus unum
N obilius fluuijs, magnum quicunq; per orbem
I n mare prorumpunt. etenim tibi ſi quid auitus
F erret opis fluuius, non hoc ſe nomine magno
V el potuit conferre Ioui, uel debuit unquam:
C ui neq; conferri præſtans Achelous aquarum — *Achelous fluuiorum præſtantiſſimus.*
O ptimus, aut magni poſſint ampliſſima Nerei
N umina, qui fluuios, fontes, uada, ſtagna, paludes,
E x ſeſe generans omnes facit: ille tremendum
N amq; Iouis timuit fulmen, tetrumq; fragorem.
D ixit, & è ripa uellens quam miſerat haſtam,
P ropulit exanimem, bibulaq; reliquit arena.
A lluit unda uirum, nigro iam tota cruore
P erſimilis, piſces adipemq; & nuda petentes
V iſcera rodebant, equitum ferus ipſe cohortes
P æonas abſtruſos dumoſæ in margine ripæ
P erſequitur. nam magnanimum cecidiſſe uidentes
D uctorem, ſeſe abdiderant. ille acribus actus

Iratum

I ratum ſtimulis, illa de gente cecidit
T herſilochumq́;, Mydonaq́;, Mneſumq́;, Aſtypylumq́;,
Ae nion & Thraſium, ſed & addidit his Ophelestem:
E t plures uictrice manu miſsiſſet ad umbras
P æonas Aeacides, niſi in ora uirilia uerſus
V ictorem fluuius ſic fundis eſſet ab imis
A ffatus, ſua uerba ira dictante loquenti·

Xanthus ſl. Achillē alloquitur.

Ae acida, fruſtra nunc uiribus uteris iſtis
T am ualidis, fruſtra patras tam turpia factu
A tq; indigna uiris, equidem tibi numina diuûm
S emper adeſſe ſolent, poſtquam tibi Iuppiter omnes
T radidit heu triſti perdendos funere Troas.
I llorum tu terga ſequens tamen edere debes,
Q uæ te plus deceant per campum facta patentem.
T ota cadaueribus mihi ripa impletur, & altus
A lueus obſtruitur, nec latum euoluere poſſum
I n mare me, tanta eſt conſueti anguſtia curſus.
N ec ceſſas à cæde tamen: ſed deſine quæſo,
I am deſiſte precor populorum uictor Achille,
Ae grè me ſiquidem ſtupor opprimit altus euntem.
I lli reſpondens pedibus celer infit Achilles·

Achilles Scamādro, ſiue Xantho. nam idem eſt.

E ſto quæ mandas faciam, Ioue nate Scamander,
N on tamen à Phrygibus potero ceſſare ſuperbis,
N ec prius abſtinuiſſe manus, quàm prorſus in urbem
C ompulero, quàm congrediar cum cædis auaro
H ectore: uincat uter, ſimul experiamur in armis.
D ixit, & in Troas multa ferus inſilit ira,
D æmonio ſimilis. tum Phœbum Xanthus adortus,

Xanthus Apollini.

A rcitenens Ioue nate, inquit, non ergò paternæ
I uſſa uoluntatis ſequeris? nempe ille iubebat
A uxilium ferres Teucris, & fautor adeſſes,
D onec ad occaſum ſol uergeret, humidaq; almam
T ellurem ueniens nox magna inuolueret umbra.

Sic

S ic ait. at ferus Aeacides reſilire profundo
C onatus fluuio cum iam contenderet, undas
P erturbans, fluctusq́; ciens, demortua Xanthus
C orpora, quæ paſſim confecta ab Achille iacebant,
E x alto abiecit fluuio. ceu taurus acuto
M ugitu reboans, ſed uiuos gurgite in alto
A bſcondit, latebrasq́; dedit ſub margine lato.
F luctus apud magnum ſeſe attollebat Achillem,
E t ſupra circumq́; premens, inuaſerat ingens
I n clypeum, nec ſtare ſatis, nec fidere certis
I am pedibus poterat: tum grandem corripit alnum,
V i magna euulſam totam e radicibus imis,
C uius ab iniectis ramis impleta crepido eſt
O mnis, & unda fremens ceu facto ponte retenta eſt,
C um tota in fluuium cecidiſſet iacta profundum.
T um campo Aeacides celer inſilit, & pede terram
C oncuſſit uolucri trepidans. nec deſtitit ergo
F lauentis fluuij magnus deus, omnibus illum
F luctibus inuoluens, ut ſic retineret iturum
I n certum exitium Troum. cum fortis Achilles,
V enatrici aquilæ ſimilis, quæ uiribus audax
I nter aues, quorum eſt & uelociſſima, præſtat,
I rruit ingentem contorquens uiribus haſtam
P ræualidis, cui circum humeros & pectora uaſtum
A rma dedere ſonum. cum ſe ſubduceret autem
F luctibus, obliquum declinans, omnibus illum
P artibus urgebat fluuiús, ſtrepituq́; premebat
I ngenti undarum. ſicut cum ſæpe colonus
F onte rigaturus plantas, hortosq́; ſalubri
T ramite ducit aquas foſſo, curuoq́; ligone
O bſtantes remouet cumulos, & ſaxa repellit.
A motis quibus unda ſequax admurmurat, horto
I nſinuans ſeſe, & ſitientes irrigat herbas.

Achillis labores in fluuio.

Cõparatio.

Haud

H aud ſecus Aeaciden, quantumuis uiribus acrem,
V ndarum moles fluctu inſectante premebant.
» L ongè etenim ſuperant mortalia pectora diui.
A t quanto maiore animo ſpumantibus undis
R eſtitit Aeacides, ut ſe, exploraret, an omnes
O diſſent ſuperi cœleſtia templa colentes:
T anto ui maiore uolubilis impetus undæ,
I n caput inq; humeros inuaſit. at ille petebat
E ditiora animo mœſtus loca. at hoc magis ipſum
X anthus in obliquum rapuit, pedibusq; negatum
S ubtraxit ſabulum. qua ſorte coactus Achilles,
S uſpiciens latum ingemuit, ſic fatus, Olympum.

Achillis in fluuio laborantis ad Iouem oratio.

I uppiter, ut quid nemo deûm miſeretur Achillis,
Q ui me de fluuij ui liberet? an' ne ego quicquam
P oſthac perpetiar? certè horum nemo malorum
E ſt autor mihi de ſuperis, niſi cærula mater:
Q uæ me blanditijs mendacibus antè fefellit,
C um mihi Apollineis prædiceret eſſe cadendum
I lion ad ſacrum telis. utinamq; ſuperbi
H ectoris enſe cadam, quo non præſtantior alter
» D icitur his habitare locis. cauſa æquior eſſet,
» S i fortis fortem interimat. nam mortis honeſtæ
I mpia fata adimunt ſolatia, ſcilicet iſthoc
O bruar in fluuio, ceu natus patre ſubulco,
Q uem torrentis hyems ignota condat arena.

Neptunus & Pallas Achilli ſubueniunt.

T alibus oranti Neptunus & innuba Pallas
C omminus aſtabant, uultus atq; ora coloremq;
A ſſimiles hominum, manibusq; in mutua utrinq;
F œdera porrectis, prior hic Neptunus Achillem.
N e trepidato, inquit, ne'ue hoc moueare periclo,
N os tibi dij tales, Iouis eſt hæc namq; uoluntas,
A dſumus auxilio, qui te eripiamus ab iſta
I nſolita fluuij prauaq; libidine, ne te

Sis

S it ratione ulla periturum hic eſſe timendum.
I pſe uidebis enim, citò deſinet, & tibi cedet.
H oc tamen es nobis iterumq́; iterumq́; monendus,
N on prius hoſtiles tanto in certamine dextras
E ſſe quieturas, quàm mœnia diuitis Ili
I ntra ſe includat fugiens Troiana iuuentus.
H ectora tu perimes, nauesq́; redibis ad altas.
H oc decus, hanc laudem tibi nos tribuemus opimam.
H æc ubi dixerunt, in cœtum abiere deorum.
A t ferus Aeacides diuis hortantibus auctus
V iribus, atq; animo, campum ſuperauit opertum
F luctibus, hic in aqua fluitabant corpora & arma
N uper ademptorum. feruentes ergo per æſtus,
E t rectà rapidæ ſeſe tulit obuius undæ,
N ec potuit prohibere uirum contrà arma ferentem,
Q uamuis fluctipotens fluuij uiolentia magni,
V t dea cui magnas infuderit Attica uires.
N on tamen incœpto potuit deſiſtere Xanthus,
S ed magis iratus Pelidæ, ſuſtulit undas
A ltius aſſueto, ſic eſt Simoënta propinquam
A ffatus: Fer opem frater cariſſime, ut unà
P oſſimus cohibere uirum, uiolentia cuius
N os premit, & magnæ reſcindet Pergama Troiæ.
N ec Troës poterint, ſociæ ue reſiſtere uires.
S ed fer opem citò, nec ceſſes, facito effluat omnis
A lueus, atq; undas quas tot de fontibus hauris
I n campos emitte, infla torrentibus omnes
F luctiuagis uenas, lapidum, fruticumq́; fragorem
A rboreasq́; cie ſtrages, ſi fortè queamus
C rudelem cohibere uirum, qui grandibus audet
N unc factis æquare deos. Sed ab impete noſtro
N on uires, non arma illum pulcherrima tutum
P ræſtabunt, quæ ſparſa luto, limoq́; relinquet.

Xanthus Simoëntem aduocat.

Viribus

V iribus inde ipſum feſſum ceſſantibus alto
O pperiam ſabulo, cumuloq́; ſequacis arenæ
C orpus & oſſa tegam, lapidum quoq; mole coacta
H ic ipſi tumulum ſtatuam. non oſſa legentes
I pſius inuenient Danaï, nec deinde ſepulchrum
E ffodient aliud, facturos quale fuiſſe
C redibile eſt, ſi fortè illum ſepelire dediſſent
F ata uirum, qui nunc Teucros affligit, Achiuos.
D ixit, & iratus retrò ſpumantibus undis
S anguine, concito miſcebat murmura fluctu.
E t ſimul auctus aqua Iouis imbribus, acer in hoſtem
I rruit Aeaciden, & fluctibus arripit altis.
T um Iuno metuens ne ſupprimeretur Achilles,
F luminis inſani latè graſſante procella, — Iuno Achilli metuens Vulcanũ alloquitur.
V ulcanum properè alloquitur: Cariſsime fili
C laude, ait, erigere, & ſolitis accingere flammis,
O pportune ut ſis te dignum armatus in hoſtem.
X anthus enim uiolentus aqua, ſæuusq́; procellis
Ae ſtuat. ipſa grauem Zephyrumq́;, Notumq́; ferocem
A ggrediar uentos, tempeſtatemq; ciebo,
I nſanam reuocans à fluctibus uſq; marinis,
Q uæ Troûm capita inuoluens arma opprimat, igni
E xitioſa mouens incendia. tu arripe flammis
E t Xanthum, atq; in eo ſtirpes, ripasq́; præaltas.
N ec te uel precibus moueat, uel terreat ullis
I mprobus ille minis: nec tu prius attrahe uires
N ate tuas, quàm noſtra iterum mandata capeſſas,
T um reuoca indomitos ambuſtis fluctibus ignes.
S ic ait, at deus ignipotens primum omnia campi
C omprendit loca, tum proiecta cadauera Achilli — Vulcanus fluuium incendit. mira poëtæ narratio.
A d fluuium, rapidis depaſcitur omnia flammis.
T unc latus uetito ſiccatur flumine campus.
S icut ubi autumni Boreas ſub ſidere ſpirans

Siccat

S iccat agrum, paulo antè immiſſo fonte rigatum,
Q uo facto irrigui dominus lætatur agelli
O mnia ſic totus areſcere iugera campis,
V ri laticremis proiecta cadauera flammis,
I nde igne in fluuium uerſo prope nata cremari
O mnia, frondentes ulmi, tum populus albens,
E t ſalices, alniq́; graues, humilesq́; myricæ,
E t loti, iunciq́;, atq; amnibus apta cyperus,
A tq; alia ad fluuium puri naſcentia Xanthi.
I am grauis anguillas aliosq́; in flumine piſces
T orrebat deus, huc illuc feruore natantes
I nſolito, iam deſeruit ſuus impetus amnem.
E rgo deum proprio compellans nomine Xanthus,
I gnipotens Vulcane (inquit) tibi nemo deorum,
N on etiam ipſe, tuoq́; reſiſtere poſſumus igni.
P arce precor, flammasq́; aufer, graſſetur abactos
V t libet in Troas, Troiamq́; euertat Achilles,
A bducat captos, quid opus mihi talibus ipſis
A uxilium præſtare modis? ſic dixit, ab æſtu
I gnifico ſudans feruebat lympida flaui
N on ſecus unda dei, quàm ſi feruentibus ignem
M ultum ſupponas cacabis, ut tempore paruo
P orci pinguis adeps calido liquefiat aheno:
S ic Xanthi feruebat aquæ uis omnis aduſti.
N ec labi ſolito curſu, nec tendere in æquor,
N ec requies miſero, nec reſpirare poteſtas
V lla datur, rapido ſic torquebatur ab æſtu.
E rgo ad Iunonem tales dedit ore querelas.
C ur tuus eſt noſtras exurere filius undas
P ræ reliquis auſus fluuijs? nec ſolus ego ſum
Q ui partes foueam Troum, ſed proxima Troiæ
F lumina dij quicunq; colunt, peterentur eadem
I n cauſa meritò. tamen hæc ego cœpta relinquam,

Piſces aſſi in fluuio.

Xanthus Vulcanum orat, ut ſibi parcat.

Xanthus fl. incendio cruciatus Iunonem alloquitur.

S i regina iubes, deſiſtat & ipſe, nec ultrà
S æuiat ignipotens: tibi ego ſanctiſsima rerum
O mnia iurabo, me non uelle amplius ullum
A Teucris arcere malum, ne Troia cremetur
I gnibus infeſtis: ab Achiuis namq; cremanda eſt.
Iuno Vulca- T alibus auditis, properè pulcherrima Iuno
no. V ulcanum alloquitur. Satis eſt, dulciſsime fili:
„ N on decuit diuum turbari, morte carentem,
„ V ſq; adeò, mortale genus breue propter, & ægrum.
M ulciber his motus, domita ui fluminis alti
A mouit flammas. redit in ſua littora Xanthus,
E t licet iratæ deinde haud parère recuſant
I unoni, ignipotens, & rector fluminis alti.
V erum alios inter diuos grauis orta tumultu
Seditio deo- T erribili erupit contentio, namq; uoluntas
rum. D iſſons, & infauſtum diſcors ſententia bellum
M ouerat iſtorum. magno ſic ergo fragore
C oncurrunt, tellus infrà perculſa remugit,
D eſuper intonuit uaſti domus ardua cœli:
A udijt ipſe ſedens in ſummo uertice Olympi
I uppiter, & riſu ſecum exhilaratus, ab illa
G audia concœpit ueſana lite deorum.
C omminus illi igitur concurrere, primus acutum
Dij inter ſe M ars clypeum quatiens, in Pallada fertur, & illi
armis con- E xprobans: Quid, ait, nimium tibi ſtulta laceſſens
currunt. I nfera bella deos, tribuis? te decipit ingens
V is, & ſtulta animi petulanſq; audacia. nunquid
E s memor, ut blandis potuiſti inducere uerbis
T ydidem, ſtricto ut peteret mea corpora ferro,
C um tu tot Danaûm tota ſpectante caterua
A uſa meum telo uiolare es corpus honeſtum:
N unc ego te ulciſcar, nunc te tua pœna ſequetur.
S ic ait, & longum contorſit in ægida telum,

Aegida

Ae gida terrificam, latam, quam ſcindere nedum — Mars in Palladem.
T ela triſulca Iouis poſſint. tum diua relatis
I n Martem pedibus, ſaxum circumſpicit ingens,
S axum antiquum, ingens, nigrum, qui fortè iacebat
L imes agro poſitus: quod raptum undice dextra — Pallas Martem proſternit.
M ittit in aduerſum meliori robore Martem,
C eruicemq́; ferit. iuncturis ille ſolutis
M embrorum cadit, atq; immani corpore ſeptem
I ugera contexit lati, quem contigit, agri,
T erribiles turpi fœdans in puluere crines.
A rma procul campum circum ſonuere per omnem.
I lla deum ridens, ſic iactabunda profatur·
S tulte, an adhuc neſcis quàm te ſim fortior ipſo? — Pallas Marti inſultat.
Q ui te poſſe meas uires ſuperare putabas,
M aternæ exercent furiæ, cum ſcilicet eſſet
I lla irata tibi, ſuaſit malè: nempe relictis
P artibus Argiuûm, periuræ nomina Troiæ
S i poſſis toto pergis defendere bello.
S ic ait, & nitidos oculos auertit. at ipſum
C rebros edentem gemitus, & multa querentem,
E rexit Ioue nata Venus, manibusq́; leuauit.
Q uam Iuno aſpiciens, ſic eſt affata Mineruam·
E heu ſcutiferi Iouis inclyta filia Pallas, — Iuno Palladi.
D iua pudore uacans, homicidam Cypria Martem
P er medios ducit cuneos, belliq́; tumultus.
V erum age tu Venerem robuſta ulciſcere dextra.
S ic ait. at Pallas animo gauiſa, ferocem
I ncuſſit Veneri dextram, pectusq́; decorum
P erculit. Illa cadens animo liquente, genuq́;, — Pallas Venerem proſternit, cum ipſo Marte. Inſultat utriſq́;.
P rocubuit, uirides ambo iacuere per herbas.
H is illa inſultans· Tales, ait, omnibus iſtis
E ueniant caſus, qui Troas & arma tuentur
I mpia, fœdifragum, dum congrediuntur Achiuis

A rmatis,& ſint tam fortia pectora,tamq́;
A udaces,quàm pulchra Venus,ſolatia Marti
A uxiliumq́; ferens,contra me eſt auſa uenire.
εἰρωνικῶς. S ic equidem puto Troianam populabimur urbem,
I nde quieſcentes tantæ à diſcrimine pugnæ.
R iſit ad hæc Iuno.tum Phœbum ſceptriger alti
Ae quoris alloquitur·Quid nos ita turpiter,inquit,
Neptunus Apollini. C eſſamus? nec enim decuit,cum prælia diui
M iſcuerint alij? nec item res eſſe decori
H æc nobis poterit,ſi ſic repetamus Olympum,
E t Iouis æratam ſedem ſine nomine pugnæ
I ndecores·quin tu,quia iunior,incipis ergo,
Q uod me ne facerem decuit,quia grandior æuo
S um te,plura etiam rerum diſcrimina noui.
S tulte,quid inſipido tam nunc ſis pectore? nunquid
N on meminiſſe potes,quàm nos apud Ilion olim
P aſſi indigna adeò ſimus? cum nos duo ſoli
Neptunus & Apollo Laomedonti ſeruierūt. E' numero diuûm,miſſi ab Ioue Laomedonti
P ro certa mercede ut ſeruiremus in annum,
I pſe dabat mandata,& regia iuſſa ſuperbus.
I pſe ego Troianam muris immanibus urbem,
E t latis,pulchrisq́;,& cinctam turribus altis
M uniui,ſtatuiq́;,inuictaq́; Pergama feci.
T e camuras pauiſſe boues in uallibus Idæ
I rriguæ memini.qui cum iam tempora gratæ
E t faciles nobis Horæ perfecta tuliſſent,
S oluendi precij,tum nos ille impius ambos
D imiſit uacuos,& ſpe deluſit inani,
M ulta minans etiam,manibus pedibusq́; ligatum
T e procul in terras miſſurum Phœbe repoſtas,
H inc utriuſq́; aures inhoneſto uulnere truncas
F acturum.nos promiſſis,nec iure negando
M unere fraudati,cœleſtia templa reuerſi,

Liquimus

Liquimus ingratum irati. tu nunc memor horum,
Pro damnis bona facta refers, & lucra rependis
Troianis, neq; nobiſcum conſumere pergis
Fœdifragos cum diuitijs, cumq; urbe ſuperba,
Cum nuribus, cum coniugibus. Sic ille locutus
Conticuit. tunc arcitenens Ioue natus Apollo,
Neptune, haud me equidem ſapientem dixeris unquam, Apollo Neptuno.
Si tecum conferre manus miſerabilis ergò
Troiani populi potero nam frondibus omnes “
Sunt ſimiles homines: nunc læti, alacresq; fruuntur “
Terræ muneribus nunc deſtituuntur, & arent. “
Nos igitur deceat deſiſtere. ſi libet autem
Depugnent alij. Sic dicens, rettulit iſto
Cum ſermone pedem, nolens committere pugnam
Cum patruo. quem uenatrix Latonia ſpectans,
Sic affata ſoror Fugis inquit, Apollo ſuperbo Diana Apollini.
Neptuno cedens? quò nunc tibi tela? quid arcus
Incaſſum ex humero pendet tibi? non ego poſthac
Te poßim perferre domo, uelut antè, paterna
Iactantem, quàm tu in cœtu perſæpe deorum
Reſtiteris uaſti maris humida ſceptra tenenti.
Cui nihil arcitenens reſpondit. at inclyta Iuno
Percita bile nigra, ſic inſectata Dianam·
Quid canis, inquit, adhuc non deſinis eſſe moleſta Iuno Dianæ.
Atq; aduerſa mihi? licet arcubus atq; ſagittis
Tu ualeas, cœtus muliebres ante, leonem
Te pater extulerit, poßisq; occidere telo
Quandocunq; uoles, tecum tamen omnibus armis
Præcipuè ualidis contendere uiribus auſim.
Et tibi erat ſatius per inhoſpita luſtra ferarum
Miſſilibus pauidas telis configere ceruas,
Quàm ſic inſectari alios, & te meliores.
Quod ſi pugna tibi cordi eſt, & te mihi præfers

 Viribus,

V iribus, ut poſſis certo condiſcere ſigno
Q uàm te ſim melior, quàm te ſim fortior ipſa,
C ongrediamur. & hæc dicens, utraq; prehendens
I pſius arripuit læua, dextraq; ſagittas:
A tq; arcum rapit ex humero, quibus aure ſub ipſam
Iuno Dianã uerberat. V erberat, arridens uerſæ cecidere ſagittæ
E' pharetra, lachrymas fundens dea fugit, & arcum,
E t teretes calamos (ſua munera cara) relinquens:
V t fugit accipitrem latitans ſub rupe columba
A ërea. neq; enim comprehendi debuit. atq; hic
L atonam alloquitur, generatus Atlantide nympha.
Mercurius Latonæ. H aud ego diua uelim tecum committere pugnam,
D ifficile eſt etenim cogentis nubila diui
C oniugibus conferre manus: licet auſa fuiſti
S æpe meas inter diuos eludere uires,
E t me poſtpoſuiſſe tibi. Sic dixit: at illa
C ollegit diſperſa ſolo, cel eresq; ſagittas,
A tq; arcum teretem, natamq; ſecuta Dianam eſt.
I amq; illa æthereum cœli conſcenderat axem,
A nte Iouis thalamum proſtrata, & queſta parenti
C um lachrymis, quæ paſſa foret. tenuiſſe uideres
I ncorruptibilem circum ſua corpora pallam.
Iuppiter Dianæ. C ui pater arridens Saturnius, ô ſcelus, & cui
T antum in te licuit mea filia? quis'ue deorum
A uſus id eſt? ac ſi mala publica facta patraſſes.
Diana Ioui. Cui dea ſyluarumq; potens, arcuq; tremenda.
T antum auſa eſt, inquit, tua pulchra & amabilis uxor,
Q uæ modò grata deos inter certamina mouit.
T ales dum ſecum quærunt referuntq; querelas,
I lion interea ſacrum petit altus Apollo,
A rtifici cui ſtructa manu ſacra mœnia Troiæ
E t curæ & cordi fuerant, ne forſitan urbem
I llo Argiua die caperet manus, atq; ita fatis

V im facerent. nec enim fas tum capere alta fuiſſet
P ergama. diui alij rediere in Olympia templa,
P ars ira, pars lætitia communiter omnes
A ffecti, aſſedere patri. nec fortis Achilles
D eſinit interea cuneos perrumpere, & omni
S ternere uerſa loco: nunc agmina quadrupedantum,
N unc peditum. ſicut qui fertur in aëra fumus,
V rbis ab incenſæ tectis, iraq́; deorum,
P er loca uaſta ſitu diffunditur, atq; laborem
T riſtitiamq́; affert mortalibus: haud ſecus ira
A tq; dolore animi nimio turbatus Achilles,
E t curam Phrygibus multam tulit, atq; laborem.
F ortè ſenex Priamus ſuper altæ culmine turris
C onſtiterat, magnum deſpectans altus Achillem
D eſuper, in campo palantes Troas agentem,
C um iam nemo uel auderet uel poſſet Achilli
C onſeruiſſe manus, ullo'ue reſiſtere pacto.
D eſcendens igitur turrim rex deſerit altam,
E t ſtans ad muros, populares fatur ad aures:
M agnanimi Troës, ne portas claudere quiſquam — Priamus
A udeat, ante ſuam quàm ſuſcipiatur in urbem — Troianis.
T urba uirûm fugiens, cui nunc metuendus Achilles
C omminus inſultat, perturbans omnia, cladem
H aud dubiam noſtris extremaq́; damna daturus,
N i deus auertat. quare ipſis antè receptis
I ntra urbem, patulas tum primum occludite portas,
O bicibusq́; feras firmate, & condite poſtes.
V alde etenim metuo, uir hic exitialis in urbem
N e irrumpens, hodie affligat nos clade ſuprema.
S ic ait, ac illi obicibus à poſtibus æreis
A motis, ſubitò portas habuere patentes,
S eruaruntq́; fuga ſub mœnia tuta receptos.
O buius his fautor fugientibus ibat Apollo,

V t clade à tanta eriperet. namq; alta petentes
M œnia, feſſa fuga uix corpora nuda trahebant
P uluere ſparſa, ſiti pereuntia. talibus ipſos
C ædibus urgebat ferro metuendus Achilles,
E fferus, & nimia rabie cor fractus acerbum,
E t ſimul eximij decoriſq; & laudis auarus.
A tq; ibi tum Danaï cepiſſent Ilion altum,
N i deus arcitenens mouiſſet Agenora fortem,
M agno Antenore progenitum, cui robora, uireſq;
I ndidit, & magnum contra commouit Achillem.
E rgo procul dubijs perſtabat Agenor in armis,
I nnixus fago, & multa caligine tectus,
S i forſan uitare manus aut pellere poſſet
Ae acidæ ualidas, duramq; euadere mortem.
V erum ubi magnanimum uenientem agnouit Achillem,
A nxius ingenti curarum conſtitit æſtu,
M agnanimo ſecum ſub pectore talia uerſans.

Ratiocinatur ſecum Agenor, q̃d optimũ factu ſit.

H eu quid agam? nunquid fugiam, ceu Dardana pubes
C ætera palantum? capiet me fortis Achilles
H aud dubie, & uelut imbellem iugulabit acerba
M orte trucidandum. Quid ſi Troiana fugari
A gmina tota ſinam, campos ego & ardua ſummæ
L uſtra petens Idæ? denſis me deniq; ſyluis
I ncludam, inde iterum rediturus in Ilion altum,
H eſperus Oceani poſtquam ſe immiſerit undis,
S udorem abloturus equis? quid nunc tamen iſthæc
C onſultat ſecum hic animus? ne fortè reuerſum
I n campo me corripiat pede feruidus urgens
Ae acides celeri, neq; ſit pòſt ulla facultas
E ffugiendi atræ crudelia uulnera mortis.
Q uandoquidem ille alijs præpollet uiribus unus
O mnibus. hunc igitur contrà ſi fortibus armis
A nte urbem ſtetero, quid ſi non fruſter ab omni

Parte

P arte cadens uoto? quod & hic penetrabile telo
C orpus habet, nec plus anima licet optimus una.
M ortalem namq; eſſe ferunt, Saturnius ipſum
Q uamuis præclarum præ cunctis reddidit unum.
H æc dicens, in magnanimum conuerſus Achillem,
C onſtitit inſano pugnæ correptus amore·
A c ueluti ſylua præceps cum pardus ab alta
I rruit aduerſi uenantis in arma, nec ullum
C lamorem, nec tela timens, quod corpora ſi quis
I llius attigerit ferro prior, ocyus illum
P erſequitur ſolum, nec deſerit antè uirum, quàm
A ut raptum interimat, ferro aut cadat ipſe cruento:
S ic Antenori des clarusq; & fortis Agenor,
N on prius ulla fugæ trepidæ dare terga uolebat,
Q uàm fortem expertus pugna aggrederetur Achillem.
S ed clypeo forti atq; habili protectus, & haſta,
F ertur in aduerſum, clamans· Fortiſsime Achille,
I am nimium ſpes uana fuit tibi, poſſe ſuperbum
I lion expugnare hodie, ſed pectore demens.
N am ſuperamus adhuc multiq; & fortia Troës
P ectora, qui dulcem patriam defendere caris
P ro natis, pro coniugibus poſsimus; at ipſe
T u mortem huc ſequeris·Sic ille loquutus, & audax
E t fortis bellator, acutum miſit in hoſtem
I ntorquens telum, nec aberrans haſta ſub ipſum
I n crus eſt delata genu, noua uincula magnæ
I nſonuere ocreæ, ferrumq; ex ære reſultans
D iuino, nihil offendit, nihil inde recidit.
T unc animo indignans contrà illum inuaſit Achilles,
S ed nec ut occideret ſub Achille eſt paſſus Apollo,
N ec decus hoc illi tribuit: ſed nube receptum,
S uſtulit è pugna, turbaq; auertit Achillem
F raude noua. ſimilis nam cuncta Antenore nato,

Agenor in Achillem.

Cōparatio.

Agenor Achilli.

S tans procul impetijt telis. tum ſæuus Achilles
C urrere, cedentisq; ſequi ueſtigia diui,
V ſq; ad aquas, & iam nimis illi nota Scamandri
L ittora, fraude noua deus oblectarier, ille
S perare hunc celeri ſe poſſe præhendere curſu.
A t nimia Troës capti formidine, in urbem
T urmatim ſeſe referunt, implentq; recepti
M œnia. namq; extrà nec ſe expectare uiciſſim
A udebant, nec qui caderent, fugerent'ue morari:
S ed trepidi pedibus ſibi conſuluere citatis.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XXII.

S I c igitur muros & apertam Troës in urbem
D um fugiunt, uelut hinnulei, ſudore fluentes
D um ſiccant artus, dulci & ſitientia potu
O ra rigant, armis & propugnacula firmant:
I nterea Argiui muris portisq; propinqui,
O ra humerosq; tegunt clypeis. tunc Hectora fortem
V iribus humanis non exuperabile fatum,
I lion ante ſacrum, Scææq; ante extima portæ
L imina conſtituit: tunc magnum affatur Achillem,
Apollo Achilli. H is deus arcitenens· Quid me ſate ſanguine Pelei
I nſectare citis pedibus, mortalis, agentem
M orte carens æuum? nondum'ne intelligis & me
E ſſe deum? quò uis animi tam prompta? quid autem
I n ſua non ſequeris fugientes mœnia Troas?
Q uæ iam tota tenent. iterum tu uanus aberras:
N on tamen occides mea, nulli obnoxia morti,
C orpora. Sic fato, contrà indignatus Achilles
Achilles Apollini. R eddidit· O fallax, ô crudeliſſime diuûm,
H uc me deluſum mendacis imagine formæ,
E t procul immittens arcu fallente ſagittas

Vertiſti

Vertiſti à muris, ubi adhuc quota milia Troum
Sanguineo noſtræ cecidiſſent fulmine dextræ?
Hoc mihi tu tantum decus eripis, artibus iſtis
Indignos ſeruans, facili tibi, ſed mihi triſti
Numine, nil metuens humanis miſſa lacertis
Spicula, nec meritam tali pro crimine pœnam:
Quam tamen ô utinam de te mihi ſumere forti
Hac dextra liceat, lueres quæ facta mereris.
Sic ait, & rapido petit ardua mœnia curſu,
Ingentem ſpirans animis atrocibus iram.
Sicut uictor equus plani ſuper æquore campi
Fertur, & hærentem curſu rapit alite currum:
Sic alacer pede præcipiti ueniebat Achilles.
Quem ſenior Priamus primus conſpexit in armis
Fulgentem: uelut exortum quod tempore ſidus
Diuitis autumni fulget, mortalibus ægris — *Comparatio à ſidere autumnali, quem canẽ uocant.*
Triſte quidem, ſed præcipuo ſplendore coruſcans
Nocturnas uincit tenebras, quem nomine dicunt
Eſſe canem ferro atq; auro grauis Orionis:
Non ſecus Aeacides curſu celer actus anhelo,
Sidereis toto fulgebat pectore in armis.
Ingemuit ſenior, tonſoq; à uertice canos
Euellens manibus, ſtantem prope limina portæ
Hectora nil trepidum, nihil arma manus'ue timentem
Aeacidæ, quin uel cupidum magis ocyus acres
Conſeruiſſe manus, ſic eſt aggreſſus obortis
Ipſe ſenex lachrymis, paſſisq; ante Hectora palmis:
Dulcis, & ante alios Hector cariſſime fili, — *Priami ad Hectorem, ne cum Achille confligat, deprecatio.*
Ne quæſo, ne perge, alijs in tuta receptis
Expectare uirum ſolus, ne forſitan atra
Morte ſtatim pereas. ſiquidem te fortior ille eſt,
Impius: atq; utinam tam diuis eſſet amicus,
Quam mihi. iam canibus foret eſca uoracibus, & iam

Paſceret

P *aſceret immundas uolucres, mea pectora mœror*
D *eſereret grauis. ille etenim tot fortibus orbum*
D *eſtituit natis, quos aut ferus enſe peremit,*
A *ut in longinquas portandos uendidit oras.*
N *am neq; nunc rediſſe Lycaona, nec Polydorum*
C *um reliquis noſtris in apertam uidimus urbem,*
Q *uos mihi Laothoë peperit pulcherrima. uiui*
O *ſuperent ſaltem, captiui & luce fruantur*
A *ëria. ſunt multa domi grauis æris & auri*
P *ondera, quæq; ſuæ natæ dedit inclytus Altes,*
O *mnibus his redimam. quid ſi crudelibus umbris*
O *ccubuere? dolor miſero mihi quantus? & illi*
Q *uæ peperit, quantus conſumet pectora mœror?*
F *orte etiam quædam miſerorum pectora Troum*
T *riſticia exercebit. at hæc tu uertere ſolus*
O *mnia nate potes: nos hic prohibere periclis*
S *olus nate potes. ſi te alta receperis intra*
M *œnia, ſanguinei ne tu quoq; forſan Achillis*
O *ccumbas manibus: ſimul hanc ſeruaueris urbem,*
E *t magno decore iratum priuaris Achillem,*
I *ſtam conſeruans animam nobiſq; tibiq;.*
Q *uod facias per ego hos canos obteſtor, & æui*
H *oc reliquum, ſenio fracti miſerere parentis,*
Q *uem pater exitio Saturnius urget acerbo,*
E *t fato damnat miſero, triſtiq; ſenectam*
P *ræcipitem hanc mœrore premit, qui tanta meorum*
C *ernere me uiuum uoluit mala uulnera, cædes,*
T *ot cæſos gladio natos, nataſq; nefandis*
Belli mala. A *breptas manibus, uiolata cubilia, raptos*
I *lliſoſq; ſolo pueros, ſtupra omnia paſſas*
A *bductaſq; nurus, tot damna illata ſceleſtis*
A *rgiuûm manibus. tum me nunc iſta uidentem*
F *ortè domus ſtantem prima intra limina, quiſquam*

Aggreſſus

A ggreſſus ferro perimat, lanientq́; iacentis
M ortua membra canes, uigilantes limine in ipſo:
Q uos alui ipſe domi, ſaturati hi ſanguine noſtro,
N oſtras ante domus, & limina prima iacebunt.
A t pulchrum eſt iuueni ſumptis occumbere in armis, "
S eu multa accipiat diuerſo uulnera ferro, "
S eu totus pereat: ſed cum ſenis arida cani "
M embra canes laniant, barbamq́; & tempora fœdant, "
O mnibus hæc facies dira & miſeranda uidetur. "
H æc ſenior, manibus conuellens uertice canos,
V erba dabat fruſtra. nec enim perſuaſit, ut armis
C ederet Aeacidæ fatis urgentibus Hector.
P arte alia nudata ſinus & pectora mater,
A lterius detecta oſtentans ubera mammæ,
T alibus aggreſſa eſt lachrymans, & ad Hectora fatur.
N ate decus noſtrum, mea ſola & ſumma uoluptas, — Hecuba Hectoem miſerabiliter deprecatur.
H æc reuerere precor, mœſtæ & miſerere parentis.
S i mea ſuxiſti puerilibus ubera labris,
Q uæ tibi ſollicitæ tulerint obliuia uitæ,
H orum nunc memor eſſe uelis: reminiſcere matris,
I mmanem fuge nate uirum, te confer in urbem,
N e contrà contende, nec arma fer obuia. nam ſi
T e fortè interimat ferus ille atq́; impius hoſtis,
N on ego te flos ô uteri cariſſime noſtri,
N on ego mi fili, non diues & inclyta coniunx
I mpoſitum feretro te proſequeremur inani
M unere deflentes lachrymis, & funus humantes:
S ed procul à nobis in littore claſſis Achiuæ,
H ei mihi, crudiuoris canibus data præda iaceres.
T alibus orantum lachrymis nihil ille mouetur,
S ed manet in ſeſe uenientem interritus hoſtem
M agnanimum, telo innixus, clypeoq́; coruſcans.
M ontanus ueluti coluber mala gramina paſtus,

Sæpe

Virgilianum. Sæpe uiatorem manet, acri percitus ira,
Lubrica conuoluens ſublato pectore terga,
Torua tuens oculis, caudaq́; & dente minatur:
Talis Priamides ſtabat, confiſus & armis,
Et uirtute ſua, prope celſæ limina turris
Indignans, ſecumq́; alto ſic corde uolutat.

Hector ſecum deliberat, an Achillem expectet.

Heu quid agam? ſic nunc redeam intra mœnia primus?
Arguerit me Pulydamas, qui ſuaſit ut omnes
E campo paterer Phrygas intra mœnia duci
Hac ſub nocte graui, qua nos inuaſit Achilles.
Verum ego contempſi uera & facienda monentem.
Nunc cum perdiderim populum malè, nota meorum
Ora ſubire pudet, nec poſſum ferre querelas
Troum Troïadumq́; graues, ne fortè quis horum
Talibus aggreſſus me uerbis arguat audax.
En populum qui perdit, en Hectora uiribus uſum
Confiſumq́; ſuis, patriam qui perdit, & omnem
Cum patria populum. Sic illi fortè loquentur.
Quorum ſi qua meas prolata ferantur ad aures,
Tunc ego tunc uellem tecum congreſſus Achilles
Aut cecidiſſe libens, aut te miſiſſe ſub umbras.
Tunc me pœniteat, mihi non ſub mœnibus urbis
Pro patria licuiſſe mori. quid ſi omnibus armis
Depoſitis, clypeo gladioq́; & caſſide & haſta
Conueniam? fortemq́; amplecter inermis Achillem?
Polliceárq́; Helenen me reddere uelle marito
Cum gaza, rebusq́; alijs, quaſcunq́; per altum
Dicitur in curuis Paris aduexiſſe carinis,
Principium cauſamq́; mali? reliqua omnia Troum
Munera, diuitias, & opes quaſcunq́; tenerent
Diuidere in Danaos, ſocioq́; & iudice Achille?
Tum cogam iurare Phrygas, ne fortè quid ultrò

Abſcondant,

A bſcondant, ſed cuncta duabus partibus æquis
D iſtribuant, quæcunq; olim precioſa tulerunt.
Q uo tamen abriperis? quid in hæc tam friuola aberras,
O nuper generoſe animi? num deſipis Hector?
N am neq; fidendum eſt illi, cui nulla mearum
C ura precum fuerit, quem non miſeratio ſortis
V lla meæ capiat, quem nec ius fas'ue pudor'ue
C ommoueant. ſcio conficeret me ſæuus inermem,
N on ſecus ac mollem metuentemq; arma puellam.
N on etiam è petra eſt aut robore natus Achilles,
A ffari blandis uerbis ut oporteat ipſum,
V t teneri faciunt iuuenes, teneræq; puellæ:
I lli etenim blanda & muliebria multa loquuntur.
S ed potius dubij ſubeunda eſt alea Martis,
C ertandumq; manu. ut mox hinc appareat, utri
S it deus hanc belli laudem palmamq; daturus.
T alia dum uoluens animo ſecum exigit Hector,
E cce fero ſimilis Marti ueniebat Achilles,
A pproperans, haſtamq; manu quatiebat anhela
G randem, fraxineam, totus noua robora ſpirans.
C uius ut exorti ſurgentia lumina ſolis
A rma nouum fudere iubar, Priameïus heros — Fugit Achillem Hector.
N on tulit aſpectum uenientis, & arma morari:
S ed citus inde fugam celeri pede corripit, ipſis
P rotinus à portis. ſequitur fugientis Achilles
D exteritate pedum fretus ueſtigia preſſans: — Comparatio ab accipitre & columba.
Q uàm facile accipiter præceps è montibus altis
I nſequitur timidam celſa ſub nube columbam,
P rædæ inhians, auidus: celeres fugit illa per auras,
O cyus ille inſtat, iam iamq; præhendit aduncis
S ublimem pedibus. tam tunc facile Hectora curſu
O ccupat Aeacides. ille ad ſua mœnia tendens,
Q uærit abire fuga. quem curſu feruidus urgens

Ae acides, muro arcebat. Iam terga relinquunt

Caprificus in muro Troiano.

A ggeris, antiquo qua ſe caprificus agreſtis
E xerit è muro. currentes æquora latæ
P er ſpacioſa uiæ, iam deuenere fluentum
Q ua duo latifluí fontes in parte Scamandri

Duorũ fontium diuerſarum naturarum deſcriptio.

E rumpunt: quorum calidiſsimus alter ad auras
E xhalat fumi nebulas, incendia quales
F undere ſæpe ſolent: ſummo fons alter in æſtu
F rigidus uſq; adeò eſt, ut frigora grandinis æquet,
E t niuis, & gelido glaciei ex amne creatæ.
N on procul inde cauæ ſtabant è marmore pelues
A mplæ dædaleæ, quæ ueſtimenta ſolebant
T roianæ lauere antè nurus, quàm mœnia & urbem
O cclusam Danaï longa obſidione tenerent.
H uc igitur curſu, hic fugiens, ille acriter urgens
D elati, bonus & fortis pede concitus anteit,
I nſequitur melior. nec enim pro tergore tauri,
P ro boue nec certamen erat, quæ præmia curſus
E ſſe ſolent: ſed pro magni uitáq; animáq;
H ectoris. ac uelut in ſtadio cum præmia coràm

Comparatio à certantibus in ſtadio.

S unt poſita, aut tripos, aut mulier uiduata marito,
C ornipedes ſpectantur equi contendere curſu,
E t ſolitam leuibus metam contingere plantis:
H is illi aſsimiles Priami ter mœnia circum
M utua torquebant pleno ueſtigia curſu.

Iuppiter dijs.

Q uos pater aſpiciens cœlo miſeratus ab alto
I uppiter affatur ſuperos: En Hectora carum,
T roiugenum uideo fugientem mœnia circum,
E t doleo, curisq; animum conſumor acerbis.
V iſcera namq; boum noſtras adoleuit ad aras
M ulta prius, nunc nubifera ſublimis in Ida,
N unc florentis adhuc ſuper ardua Pergama Troiæ,
N unc illum inſiſtens curſu premit acer Achilles.

Conſulite

Conſulite in medium,num'ne eripiamus,an ipſum
Protinus ut pereat forti tradamus Achilli.
Talia dicentem ſic eſt affata Minerua,
Glauca oculos·O nubipotens,ô fulmina torquens,
Quod pater ore tuo uerbum nunc excidit? an tu — *Pallas Ioui.*
Mortalem eripes,& morti obnoxia habentem
Membra uirum,nec fata ſines huic noxia duci?
Quod ſi etiam facias,non ergo probabimus omnes,
Quod facies,reliqui diuûm. Cui Iuppiter orſus
Reddidit hæc·Confide animo mea filia,non quod
Iſta uelim rata uerba,loquor: tu perge ſequendo — *Iuppiter*
Quod iamdudum animo uerſas,nec deſere cœptum· — *Palladi.*
Sic fatur,natamq́; manu ſimul impulit,aptam
Iamdudum in facinus: tenues quæ lapſa per auras,
Hectora turbaret,quem iamiam urgebat Achilles
Inſiſtens: ut ſæpe canis uenator adeptus
Hinnuleum cerui inſequitur per luſtra,per altas
Conualles,& certa premit ueſtigia,quamuis
Nunc ſub rupe caua,nunc denſa in fronde latentis.
Sic miſer inſtantem fugiens nunc Hector Achillem,
Non latuit,quòcunq; pedes uertiſſet, ad urbem
Sæpe fuga tentans,portaſq́; euadere ad altas,
Vnde ſui telis ipſum defendere poſſent,
Atq; arcere uirum fata illi dura ferentem.
Sed quanto ille magis muros & mœnia curſu
Appeteret,tanto magis hic auertere apertum
In campum,longeq́; arcere à mœnibus hoſtem.
Et uelut in ſomnis curſu cum ſæpe uidemus — *Cōparatio*
Nos non poſſe ſequi,non illum euadere,quem nos — *apta.*
Inſequimur: ſic Hectoreum dum tendit Achilles,
Non tamen aſſequitur corpus: nec quis tamen illum
Eriperet caſus,ni conciliator Apollo
Obuius,& uires iuueni firmaret,& ipſum

I n genua erigeret curſu meliora ferendo.
I nnuit ipſe ſuis, ne fortè quis Hectora telo
I mpetat, Aeacides, atq; hoc temerarius ipſe
P ræripiat decus eximium, laudemq; ſuperbam.
I am quartum attigerant repetiti marmora fontis,
Virgilius uertit. T um pater ipſe duas æquato examine lances
S uſtinet, & fata imponit diuerſa duorum,
H ectoris hoc domitoris equûm, magni illud Achillis.
L ancibus elatis, fatum ſtetit Hectoris imos
Apollo Hectorem deſerit. D eflexum ad manes. tunc illum & Apollo reliquit,
E t Pallas magnum præſens affatur Achillem.
C are Ioui magne Aeacida, ſpes maxima uoti
Pallas Achilli. I amdudum fuit iſta mei, nos cæde cruenta
H ectoris eximiam laudem ad naualia Graiûm
E ſſe relaturos: cui nunc fuga nulla relicta eſt,
N ullus in orbe locus, quo ſe miſer abdere poßit.
N on ſi procumbens genua ad patris, inclytus arcu
H ectoreum contra fatum nitatur Apollo,
T u nunc ſiſte pedes, & ab ægri pectoris æſtu
R eſpira nimio, feſſasq; recollige uires.
I nterea ipſa uirum, ſi mentem inducere poßim,
A ggrediar, tecum congreſſus ut ultima tentet
P rælia. ab his lætus dictis iam ſtabat Achilles,
F raxineæ incumbens haſtæ. mox omnia Pallas
D eiphobo ſimilis, faciem, uocemq;, coloremq;:
E t ſimul alloquitur deceptum his Hectora dictis.
Pallas Hectorem dolo aggreditur. I amdudum ab nimium frater cariſsime circum
P ergama perſequitur te pernix ille. nec uſquam
R eſpirare finit. Iam conſiſtamus oportet,
A mbo aggreſſuri fortem per mutua Achillem
A uxilia. Huic magnus contrà ſic reddidit Hector.
Hector Palladi formã D eiphobe, ante alios ſemper cariſsime fratres
A nte mihi, Priamo & diua Ciſſeide natos,

Nunc

N unc etiam facto mihi longè carior iſto: — Deiphobi aßimulatę.
Q ui patriæ egreſſus muris me propter, in hoſtem
A uſus es ire, atq; hæc noſtri te cura remordet,
Q uando alij muros ſeſe intra & clauſa tuentur
L imina portarum. cui talia uerba loquuto
R eddidit hæc Pallas: Nunc te cariſſime frater,
E t genitor genitrixq; rogant, ſummiſſaq; flectunt — Pallas Hectori.
T e coram genua, tandem conſiſtere mecum
I ncipias. magnum ſiquidem execrantur Achillem
O mnes, & metuunt, & me grauis egit in hoſtem
M œror & anxietas animi. nunc ergo ruamus
V nanimes, ſumptis in Achillem fortiter armis:
V lla nec ulterius mora ſit, nec tela quieſcant
N oſtra iterum, donec ſatis experiamur an ille
A rma ſuis referat manantia ſanguine noſtro,
A n'ne tua fatum ſubeat percuſſus ab haſta.
S ic ait, & falſum præcedit ſubdola fratrem.
I amq; propinquabant, cum talibus Hector Achillem
E t prior alloquitur: Non te amplius inclyte Peleo — Hector Achilli.
E dite, ſic metuam, quem circum mœnia Troiæ
L ata ter egiſti, nec contrà ſtare fugatum
P aſſus es. at rediit nunc in præcordia uirtus,
E t uigor ille animi: qui te expectare uolentem
M e reficit, quo te aut nigræ demittere morti,
A ut ipſe ad Stygios poſſim deſcendere manes.
V erum age, teſtemur diuos, qui fœdera certis
L egibus obſeruare iubent, & iura tuentur,
T eſtes præcipui. Nec enim te ego uictor acerbis
A fficiam pœnis. ſi uictum Iuppiter æquus
T e mihi tradiderit. quin pulchris protinus ipſum
T e ſpoliatum armis, Danaïs in funera reddam
C oncelebranda tibi: quod & ipſe paciſcere mecum,
V t facias, ſi me tibi donet Iuppiter hoſtis.

Mm 2 Hunc

Achilles Hectori.

H unc toruo inſpiciens uultu metuendus Achilles:
D eſipis Hector, ait, qui te quæcunq; paciſci
M ecum poſſe putas. quia quàm ſunt ſancta leonum
F œdera ad humanum genus, & concordia conſtat
C erta lupis ouibusq;, ego te tam fœdere firmo
A ccipiam, talis mihi erit concordia tecum,
D onec in alterius funeſtis cædibus alter
E xpleat inſanum Martem. nunc ergo memento
V irtutis, dextræ, & famæ, laudumq; tuarum,
Q ueis tibi nunc opus eſt. nec enim fuga te amplius hiſce
E ripiet manibus, quem noſtro hoc inclyta Pallas
C onficiet telo, quo te ſimul atq; peremptos
V lciſcar ſocios, quos tu ſæuiſſime diro
M arte peremiſti Troiæ ſub mœnibus altæ.
D ixit, & inſultans prælongam conijcit haſtam
C orpus in Hectoreum: quam protinus ille reducto
D euitans capite effugit. uolat illa, ſed ictu
F ruſtratam fixamq; ſolo Tritonia Pallas
R eddidit Aeacidæ. quod factum hoſtile fefellit
H ectora, qui magnum ſic eſt affatus Achillem:

Hector Achilli.

C orpore aberraſti noſtro fortiſſime Achille,
N ec tibi dij noſtræ cecinerunt tempora mortis
E x Ioue, ſic ut opinabare, loquax, & iniquo
S ubdolus ingenio, qui me formidine captum
E ſſe tui credas, & me uirtutis auitæ
O blitum. non ergo iterum fugientia terga
T u mea conſpicies: ſed ſi deus annuat, in te
N on ſine uulneribus multis aduerſa ferentem
P ectora. uerum agedum uita hoc nunc miſſile telum,
N e totum accipias in corpora: quandoquidem te
S ublato, melius nobiſcum ageretur, & eſſet
H oc bellum leuius: qui nobis omnibus unus
C ladibus afficias. his dictis ille rotato

Inſiliens

I nſiliens telo, medium citò contigit orbem
I ngentis clypei: duro quod ab ære repulſum
D ecidit. is telo fruſtratus, triſtis & amens
C onſtitit: haud aliud ſiquidem, quod ferret, habebat.
E rgo Deïphobum clypeo quem uiderat albo
I nſignem, uocat acclamans, ut ſuggerat haſtam.
I lle autem iam longè aberat, quod proditus Hector
A gnoſcens, ſurdas ſic eſt conqueſtus ad auras.
H ei mihi, nunc uideo quàm me in præſentia captum
F ata trahant ſuperi fratrem mihi adeſſe putaram
D eïphobum, cum nuſquam adſit, ſed in urbe moretur.
S ic me, Deïphobum Pallas mentita, ſefellit.
N unc me fata uocant, mihi nunc crudele relicto
I mminet exitium. nec enim ſupereſſe uidetur
V lla fugæ ratio, nullus locus. atqui ego nuper
D ijs cordi fueram: certè & me ſummus amauit
I uppiter, & fouit ſummo Ioue natus Apollo.
N unc auerſa deûm mens eſt, & me impia poſcunt
N umina Parcarum. Sed non inglorius ulla
M orte cadam, nec item deſcedam ignauus ad umbras,
M oliar egregium quiddam, quod deinde minores
F ortè etiam noſtri magna cum laude ſequantur.
S ic ait & lateri applicitum citò diripit enſem,
Ae re grauem, magnumq́; & acuta cuſpide fultum.
Q uem ſtringens: ut ſæpe plaga Iouis ales ab alta
D euolat in campos pedibus raptura recuruis
A ut timidum leporem, aut non duri corporis agnum:
I bat in aduerſum ſic concitus Hector Achillem,
E nſe coruſcanti minitans. hic fortis Achilles
V iribus atq; animo ſub pectora magna receptis,
I ngentem clypeum fulgentibus applicat armis,
C ui grauidæ ſummo nutant in uertice criſtæ,
O rdine quadruplici galeæ coniq; comantis,

Hector queritur ſe deluſum à Pallade.

A ddidit huic crines de puro Mulciber auro,
Q ui uentis leuiter perſtringebantur, & aura.
T aliter armatus pulchris ſtetit acer in armis,
Q ualis ſidereæ ſubluſtri noctis in umbra
H eſperus, aſtrorum decus, & pulcherrimus ignis
E micat apparens: talis tunc fortis Achilles,
P riamidæ exitium portans properabat in hoſtem,
I nfeſtam quatiens haſtam, obſeruabat inermem
C orporis Hectorei partem, qua figere poſſet
T ela, & letifero perſtringeret Hectora ferro.
T ectus enim fuerat totus fulgentibus armis,
P atroclo ereptis: tantum qua plurima ceruix
C ommiſſa eſt humeris, pars nuda relicta manebat,
Q ua ſunt præcipuè letalia uulnera: & illum
F raxineo temone locum percuſſit Achilles,
Hectorem T ranſadigens iugulum. quem tantum ex parte recidit,
confodit N ec totum diſſoluit, ut exiguæ ſuper ipſi
Achilles. E ſſet iter uoci, qua reſpondere ſuperbo
V ictori poſſet. cui iactabundus Achilles
P roſtrato inſultans, hæc illi eſt uerba profatus.
Achilli ia- H ector ut extinxti Patroclum morte nefanda,
centi He- T e fore iactabas ſaluum, nec talibus unquam
ctor inſul- P ro factis pœnas me ſumere poſſe, negantem
tat. C um ſocijs tanti commercia ſumere belli.
D emens ô nimium. namq; ipſius ultor, ad altas
T e longè melior, tunc pertulit ocia naues,
E t ſuper ipſe fui, qui te proſternere poſſem.
N unc tua funeſtæ uolucres, catuliq; uoraces
V iſcera depaſcent, campo proiecta patenti:
P atroclum Danaï condent, pompaq; frequenti
I nferias ducent, funebria iuſta ferentes.
S ic ait: atq; illi uix iam ſuſpiria ducens,
E t iam deficiens, moribundus reddidit Hector:

Per

P er te, per proauosq́; tuos, maneſq́; tuorum, | Hector iam deficiens Achilli.
P er genua obteſtor ſupplex tua, ne mea fœdis
A litibus canibusq́; cadauer & oſſa relinquas,
L ongè apud Argiuas inimico in littore naues:
S ed dona accipias pro me, quæ multa parentes
E t precioſa dabunt noſtri tibi, & æris & auri:
C orpus inane meis reddas, cinereſq́; ſepulchro
I nferri patiare, ut me Troiana iuuentus
T roianæq́; nurus condant, & debita noſtris
M anibus exoluant funebria. Talia fatum
A ſpiciens torue Aeacides: Quid me, inquit, inani
V oce rogas moriture canis, per ſacra meorum | Achilles Hectori.
N omina, per cineres patrios, animaſq́; parentum?
T ete ego, ſi liceat, ſi mens non ægra repugnet,
A tq́; utinam liceat, diſſectum corpore toto
D entibus his crudum laniem, & tua uiſcera mandem.
T alia tamq́; ſceleſta in meq́; meoſq́; patraſti,
V t nemo prohibere canes tibi corpore ab iſto
D ebeat, aut poſſit: non ſi mihi munera dentur
T er decies repetita iterum: non ſi mihi cunctas
P olliceatur opes, non ſi tua ponderet auro
C orpora Dardanides Priamus, tantumq́; rependat,
Q uantum ipſe æquipares: non te tamen optima mater,
Q uæ peperit, condet, nec te lugebit auito
I mpoſitum feretro. totum te ſæua uorabit
T urba canum, uolucrumq́; inhumata cadauera amantum.
I lli iam moriens ita reddidit inclytus Hector: | Hector iam moriens Achilli.
N oram equidem, nec te precibus lachrymis'ue moueri:
Q uandoquidem eſt animus tibi ferreus. at mihi pœnas | Prædicit mortē Achilli: id quod morituri nōnunquā multa ſolent.
T u quoq́; perſolues. namq́; hæc tibi fata recludam,
Q uæ monet ira deûm: cum Scææ ad limina portæ
T e Paris, & præſens arcu configet Apollo.
T alia dicentis mors lumina clauſit, & umbras

Multa gemens anima infernas,& nigra petiuit
Tartara,& ætatis florem indignata reliquit.
Hunc tamen exanimem ſic eſt affatus Achilles·
Tu morere interea,ſequar ipſe,& lumine cedam
Vitali,cum fata uolent,magniq; uoluntas
Venerit hæc Iouis,diuorum & morte carentum.
Dixit,& euulſam de uulnere ſuſtulit haſtam,
Abiecitq; procul.ſpolianti deinde cadauer
Armis,ſicut erant patrata à cæde,cruentis,
Accurrunt alij Danaûm,mirantur & oris
Hectorei ſpeciem,mirantur & indolis altæ
Virtutem extinctam,ſed adhuc iuuenilibus annis.
Tum certatim haſtis corpus contingere gaudent.
E' quibus hæc aliquis ſociûm referebat ad aures·
Quam nunc attactu eſt,& ad omnem mollior ictum
Illo,peſtiferum qui nauibus intulit ignem.
Hæc dicens,miſſa exanimem conuulnerat haſta.
Sic igitur ſpoliato armis,ſtans fortis Achilles
Achilles Alloquitur ſocios· O primi gentis Achiuæ
Græcis. Ductores Danaûm,poſtquam pia numina diuûm
Hunc armis uitáq; uirum ſpoliare dederunt,
Qui mala plura alijs ſæpe intulit omnibus unus
Rebus Achiuorum,nunc aggrediamur & urbem,
Exploraturi quæ ſit ſententia Troum.
Hectore num cæſo muros urbemq; relinquant,
An ſeruanda putent ſua mœnia.ſed quid in iſtas
Laberis Aeacida nugas? & uoluis inanes
Mole laborantis curarum pectoris æſtus?
En iacet ad uacuas deſerto in littore naues
Exanimis Patroclus,& indefletus,& exors·
Funeris & tumuli: qui nunquam è pectore noſtro
Excidet,& cuius nullum obliuiſcar in æuum,
Virgilianum. Dum memor ipſe mei,dum ſpiritus hos reget artus.

Quod

Q uod ſi fortè animas ſubeunt obliuia, poſtquam
A d Stygias uenere domos: tamen ipſe receptus
L ongè apud infernas Plutonia regna paludes,
T am mihi dilecti non obliuiſcar amici.
Q uare agite ô lætum ſocij Pæana canentes,
A d naues celeremus iter: ſimul Hectora, nobis
E ximium decus, exanimem referamus, ademptum
T roianis, quem ceu numen cœleſte colebant.
D ixit: & indignum facinus molitus, utroſq;
T raiecit ferro talos, & uulnera loris — Achilles cadaueri Hectoris illudit.
C onnectens bubulis, ad poſtremum alligat axem,
P uluereum ceruice ſolum uerrente ſupina.
T um ſuper aßiliens currum, fulgentibus armis
C onſpicuus, compellit equos. quibus ire coactis,
H aud tamen inuitis, pulcherrima puluere fœdo — Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.
C æſaries trahitur. capitis decor omnis honeſti
S ordibus eluitur terræ. ſic Iuppiter ipſis
H oſtibus indulſit. Poſtquam miſerabile nati
C onſpexit corpus genitrix è turribus altis,
I nfœlix euulſa comas, exuta decoros
C orporis ornatus, & fœmineo ululatu
P roxima peruolitat latè loca, queſtibus implens
O mnia, nec finem potis eſt adhibere dolori.
P arte alia pater & ciues circum undiq; ſtantes,
F lere, dolere, queri, lamentis rumpere uocem,
N on ſecus, infeſto quàm ſi ardeat Ilion igni,
E t totum in cineres conſidat, & hoſte redundent
P ergama: uix populus Priamum retinere, uolentem
A d muros ruere, & portis erumpere apertis.
Q ui caput immundo conſperſus puluere, ciues
N omine quemq; uocans, querula ſic uoce rogabat.
M ittite me ſolum ſocij, licet anxia pro me — Priamus Troianis.
S int uobis ſtudia, & ſortem doleatis iniquam:

Mittite me, ſinite ad Danaûm contendere naues.
Ibo etenim, ſupplexq́; uirum uenerabor, & illum
Crudelem & fortem, ſi fortè euincere poſſim,
Illum ut commoueat capitis reuerentia cani,
Et ſenij pietas noſtri. namq; & pater illi
Eſt Peleus ætate grauis, qui protulit illum
In ueſtram atq; meam cladem, propriumq́; dolorem.
Tot mihi florentes fama atq; ætate peremit
Crudelis natos, uidi tot acerba meorum
Funera: quos omnes non tantum defleo, quantum
Hectora nunc ſolum, cuius me triſtis ad umbras
Mœror aget. ſequar infœlix, ſequar ultima nati
Funera, ad infernas ſedes comitabor euntem.
O ſaltem his manibusq́;, & in his complexibus illum
Extingui ſuperis placuiſſet: ut & pia mater,
Atq; ego, qui uitali illum produximus auræ,
Nunc ſaturaremur lachrymis, in funere ſaltem.
Sic ſenior Priamus plorans, plorantibus unà
Ciuibus, ereptum lamentabatur honorem.
Hic Hecube lachrymis ſuper uda cadentibus ora,
Et ciues ſocias & cœlum queſtibus implet.

Hecuba mortem Hectoris deflet.

Erepto te nate mihi, quid cladibus iſtis
Amplius indulgere iuuat noctesq́; diesq́;?
Tu mihi deliciæ, tu ſola & ſumma uoluptas,
Ciuibus utilitas uiuens quoq; ſumma fuiſti:
Qui te non ſecus atq; deum coluere: tuorum
Præſidium tu ſemper eras, dum fata ſinebant.
Nunc moriens, & nos & feſſam deſeris urbem.
Talia fundebat lachrymans ſuſpiria mater.

Andromache.

At nondum Andromaches tam grandis fama ruinæ,
Coniugis Hectoreæ uacuas peruenit ad aures:
Necdum exiſſe uirum cognorat mœnibus urbis.
Quæ tum fortè ſedens miſera in penetralibus altis,

Telam

T elam exercebat manibus, coccumq́; rubentem
F loribus intexens uarijs, effinxit acuto
C ompingens radio: tum pulchro crine comantes
A ccerſens famulas, ingenti mole lebetem
A d flammas aptare iubet, quo iuſta parentur
B alnea, queis rediens è pugna ſe abluat Hector.
H eu ignara mali tanti. non illa ſciebat,
Q uàm procul ille domo manibus confectus Achillis
P alladis auxilio miſeranda morte iaceret.
I nterea audiri gemitus, lamentaq́; matrum,
P loratusq́; uirûm triſtes è turribus altis:
C oncidit, ac ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit,
E xcuſſi manibus radij, reuolutaq́; penſa, Virgilianum.
E uolat infœlix famulis comitata duabus.
I te (ait) huc mecum, ſi fortè agnoſcere poſſim
N um res inciderit grauior. mihi namq; gementem Andromache mortẽ Hectoris præſagit.
A udiuiſſe ſocrum uideor, mihi contremit æger
I mo in corde animus, genua ægra tremore fatiſcunt:
Q uàm metuo, aduerſi ne quid Priameïa coniux
L ugeat: atq; utinam longè abſit ab auribus illud
Q uicquid erit, noſtris. timeo uehementer, ut acrem
H ectora per campos fugientem uictor Achilles
V rgeat, atq; animis & forſan uulnere fractum.
S emper enim longè præcurrens fida ſuorum
A gmina, ſe cupido temerarius obijcit hoſti.
S ic effata, rapit curſum, ſimilisq́; furenti
E greditur: famulæ dominam poſt terga ſequuntur.
P oſtquam eſt ad turrim uentum, cœtusq́; uirorum,
A tq; ibi rem corám quæ ſit cognoſcit & audit,
E t uidet Hectoreum raptari in puluere corpus Andromache deficit uiſo Hectoris cadauere.
A d naues, ab equis uelocibus, Argiuorum:
I lli nox oculos ſubita caligine texit.
L abitur ut moriens retrò, labuntur & unà

Ornatus

O rnatus uarij, capitisq́; inſigne corona.
Q ua Venus ornârat quondam cum pluribus ipſam
M uneribus donisq́; alijs, quo tempore primum
D uxerat hanc Hector nuptam Eëtionis ab urbe.
C ircumſtant Priami natæq́; nurusq́; fouentes
E xanimem. poſtquam autem animo redeunte reuixit,
I mplebat miſeras querulis ululatibus aures:
M e miſeram, coniux (inquit) dulciſſime quondam
H ector, ut unà ambos genuit nos, unáq́; ducit
F atorum ſeries. Te Pergama celſa tulerunt,
M e pater Eëtion Thebis generauit in altis.
I lle etiam primis miſeram me eduxit ab annis,
V t fierem infœlix, properata & morte perirem.
A tq́; utinam infœlix nunquam generata fuiſſem.
T u nunc regna ſubis umbrarum luce carentum,
M e triſti in luctu uiduamq́; ægramq́; relinquis,
I nfanti è nobis genito non deinde futurus
P ræſidio, non ipſe tibi: poſtquam alta ſubiſti
R egna tenebrarum. ſi fortè euadat Achiuum
I lle manus puer Aſtyanax, maneatq́; ſuperſtes,
I n curas tamen hoc omnes ex tempore uiuet,
A tq́; illum lachrymæq́; manent, ſæuiq́; labores,
Q uando alij bona diripient quæcunq́; fuerunt
I pſius, atq́; hodierna dies æqualibus ipſum
O mnibus exutum, miſeranda ſorte relinquit.
O ra fluunt lachrymis: & qui patre luget adempto,
A d patris accedens comites, nunc illius arctum
A ttrectat ſagulum, nunc huius uellit amictum.
Q uorum aliquis miſerans puerum libanda propinet
P ocula, & admittat labris primoribus hauſtum,
N on tamen ut totum perfundant uina palatum.
Q uæ tamen ipſe olim fœlix, & utroq́; parente
P raditus, eijceret laribus, nec ſumere cœnam

Andromaches quercelæ in morte Hectoris.

Verberibus

V erberibus domitum ſecum pateretur eandem,
I procul hinc, dicens, nec enim conuiua recumbit
N obiſcum genitor tuus hic. ſic ergo ſubortis
P erfuſus lachrymis, uiduæ ſe reddere matri
I ncipiet puer Aſtyanax: & qui antè ſolebat
I n gremio ueſci patrio nutrice medulla,
E t pingues ouium è menſa ſibi ſumere partes:
T u n ſomno obrepente oculis, conſueuit in ulnis
N utricis, molliq; puer requieſcere lecto:
N unc miſer & curas, nunc & mala multa uidebit,
O rbatus patre Aſtyanax. hoc nominis illi
T roia dedit. Tu uero Hector cariſſime, nuper
S olus eras, qui ſeruabas & mœnia & urbem:
N unc tua turmatim naſcentes uiſcera uermes
C orrodent, quæcunq; canes liquere repleti,
A h procul ad Danaûm claſſem, procul arce paterna.
I pſa tuas ueſtes, quas tot taleſq; magiſtra
A rte laboratas intra tua tecta relinquis,
I gnibus urendas tradam. cum nullius uſus
S int tibi defuncto, ſed Troum Troïadumq;
A ucturæ decus, & famam, laudemq; ſupremam.
T alia perſtabat memorans, lachrymaſq; ciebat.
C omplorant aliæ matres, cum tota querelis
M œnia, fœmineoq; ſonabant omnia luctu.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XXIIII.

TA libus hi mœſtã dũ complent queſtibus urbẽ,
H elleſpontiaci iam proxima littora ponti
C ontigerant Danaï, tum naues ordine longo
Q uiſq; ſuas repetunt: ſolos criſtatus Achilles
M yrmidonas remanere iubet, queis talia fa- (tur: Achilles Myrmidonibus.
M yrmidones, & equis celeres, & fortibus armis,
Quos

Quos mihi delegi comites, à curribus acres
Nondum diſſoluamus equos, ſed ſtare ſinentes
Sic (ut ſunt) iunctos, Patrocli buſta petamus,
Exanimisq; omnes ploremus funus amici.
Illi etenim uita functis debentur honores.
Quo demum officio pietatis ritè peracto,
Aeripedes ſoluemus equos. tum corpora bello
Et fletu laſſata cibis reparabitis omnes
Verbibus. dixitq́;, & dictis agmina parent
Myrmidonum, lætiq; ducem ſua turba ſequuntur,
Quotquot erant mœſto cumulantes funera fletu,
Ter circum exanimem ducentes agmina amicum
Cum turmis equitum, luctu & mœrore grauatis.
Quos inter deſiderium miſerabile fletus
Excitat alma Thetis, lachrymis iam terra madebat
Omnis, & arma uirûm lachrymis perfuſa fluebant.
Talem etenim dubijs cuperent in rebus habere
Conſiliatorem, qualem amiſiſſe dolebant.
 Tum miſerè excrucians ſua pectora mœſtus Achilles,
Admouet ipſe manus homicidas pectori amico,
Atq; ita cum lachrymis. Magni ſate ſtirpe Menœti

Achilles Patroclũ mortuum alloquitur.

Gaude, ait, infernis etiam & lætare ſub umbris.
Omnia quandoquidem perſoluam, quæ tibi nuper
Pollicitum memini. tractum huc exangue cadauer
Hectoris, ut comedant canibusq; auibusq; relinquam.
Bis ſex nobilium Troum de ſanguine natos
His ego mactabo manibus, tibi amice tuisq́;
Manibus inferias, cinerum hic ad buſta tuorum.
 Sic ait. & grauiter commotus in Hectora, corpus
Exanimum tota reſupinum extendit arena,
Ante thorum Patrocle tuum: tum fortibus armis
Se exuere, & currus ſub equis diſſoluere, & omnes
Aeacidæ ante rates poſitis diſcumbere menſis,

Quæ

Quæ grauidæ ſtabant illic, lauteq́; paratæ.
Illic læta boum mactabant corpora, multæ
Balantes illic agnæ capræq́; cadebant,
Copia multa ſuum præſtantum dentibus albis
Conſidi in fruſta, & lento torrerier igni,
Defluere undatim ſanguis prope triſte cadauer.
Hic alij Danaûm reges lenire dolorem
Aeacidæ, quem de caſu capiebat amici,
Conati, duxere ad regem Agamemnona Achillem.
Cuius ut ad thalamum uentum eſt, aptare lebetem
Undantem lymphis, igniq́; apponere mandant,
Tentantes ſi fortè uolet ſibi fortis Achilles
Abluere hinc artus, & tabe fluentia membra.
Ille negat, iuratq́; Iouem ſe nolle lauari,
Patroclo quàm iuſta prius perſoluat, & igni
Concremet, & cineres tumulo componat, & altam
Cæſariem ſecet ipſe ſibi. Nec enim mihi talis
Contigit antè, inquit, dolor huius tempore uitæ.
Nunc tamen inuiſis epulis mihi cœna paretur.
Cras ubi prima nouos aurora reduxerit ortus,
Rex Atrida iube Danaos age cædere ſyluam, Achilles Agamemnoni.
Ligna ferant, ſtatuantq́; pyram, quibus oſſa cremari
Talia conueniat. facili quo mortuus igni
Conſumptus, properè ex oculis uaneſcat, ad altas
Deſcendens Ditis tenebras, & miles agendis
Inſiſtat rebus, quarum pars magna relicta eſt.
His omnes parent dictis, menſisq́; paratis
Accumbunt, unáq́; epulis potuq́; fruuntur:
Nec tamen his epulis animi ſuus ardor egebat.
Iamq́; ubi edendo fames, ſitis eſt extincta bibendo,
Vadunt quiſq́; ſua capturi in ſede quietem.
Mœſtus ad undantis circumflua littora ponti,
Myrmidonum comitante manu ueniebat Achilles,

Q uæ maris ingentes fluctus iacit unda reſorbens,
M ulta gemens, triſtiq; ſuo cum corde uolutans,
D onec curarum requies fractorq; laborum
L umina melle ſuo iam falleret oblita ſomnus.
P ulchra etenim multo laſſarat membra labore,
H ectora dum ſequitur fugientem fortis Achilles.
T unc illi ſupra caput aſtitit umbra Patrocli,
Anima Patrocli apparet Achilli. O mnia uiuenti ſimilis, uultusq; oculosq;,
S taturam, uocemq;, & cultum corporis omnem:
S ic affata uirum. Dormis'ne oblite ſodalis
Somnium Achillis. P elide, mihi care, tui? dum fata ſinebant
V iuere, carus eram, ſemper tibi primus habebar:
E xanimem nunc me, nec opina morte peremptum,
D eſeris heu. ſed nunc miſerere, & conde ſepulchro,
Q uo citius Stygij portis admittar auerni.
N am procul à placidis arcent me ſedibus umbræ,
N ec fluuium tranſire ſinunt, ne miſcear ipſis.
N unc uagor inferni ſpacioſa per atria Ditis,
E rrans incaſſum. nec enim licet eſſe quieto.
D a dextram miſero precor: & quoniam tibi promptum eſt,
E ripe me his inuicte malis. non ſedibus iſtis
Virgilianum. A d te iterum ueniam, rapido conſumptus ab igni:
N ec dabitur tecum poſthac de rebus agendis
C onſulere, ut nuper uiuentes fecimus ambo.
S ed me letiferi cohibet uis ferrea fati,
Q uod mihi naſcenti ſæuæ ſtatuere ſorores.
H oc quod te quoq; Achille manet, ſub mœnibus altis
L aomedonteæ paruo pòſt tempore Troiæ:
H oc quoq; te, repetens iterumq; iterumq;. precabor,
N e procul à noſtris tua mandes oſſa reponi
O ſsibus. & quoniam primos ſimul egimus annos,
C um puerum pater ex Opoënte Menœtius olim
M e tulit ad ueſtros ſtudio properante penates,

Tempore

T empore quo infœlix natum Amphidamante peremi
L udendo inuitus, tum me domus inclyta Pelei
S uſcepit, cura & tecum nutriuit eadem:
N unc etiam noſtra oſſa una condantur in urna,
C oniuncta aureola, ſed quæ capere utraq; poſſit:
Q uam tibi (nam memini) dono dedit inclyta mater.
T alia dicenti magnus reſpondit Achilles·
Q uid tandem huc Patrocle uenis dulciſſime? & iſthæc
O rdine ſic mandas ut proſequar? omnia porrò
E xequar, ut Patrocle iubes. ſed adeſto parumper
H uc ad me propius, da tangere pectus amicum,
D a collum amplecti, miſerum lenire dolorem
C omplexus poterint noſtri: ſine iungere dextras.
H is dictis petit amplexus, & inania tendit
B rachia. nam ſub humum ſe condidit umbra relabens,
C eu fumus tenues ſolet euaneſcere in auras.
T erritus Aeacides, ſomno experrectus ab alto eſt.
T um ſurgens quatiensq; manus, ſic uoce gementi,
H ei (inquit) certè eſt aliquis poſt ultima ſenſus "
F ata animi, ſunt umbrarum ſimulachra uagantum, "
S unt aliquid manes, quamuis non ſenſibus illos "
P ercipimus, ſiquidem mihi pernox umbra Patrocli "
A ſtitit, & uultus & cuncta ſimillima uiuo:
E t plorans mandata dedit, tum ceſſit in auras.
T alibus auditis omnes fleuere, miſerti
P atrocli exanimis. qui dum ſic triſtia lugent,
E cce diem reuehens miſeris mortalibus almum,
S urgit ab Oceano tenebris aurora fugatis.
C um pius Atrides Danaïs ad iuſſa uocatis
M erionem iubet eſſe ducem, comitem Idomeneï:
I nſtrumenta operum expediunt, aptantq; ſecures,
E t dolabras, aptasq; ad ligna trahenda catenas.
E t nunc ſumma petunt, nunc per decliuia curſum

Achilles Patroclo.

Euigilat Achilles.

Ortus ſolis.

A ccelerant, nunc ſyluoſis anfractibus errant.
I amq́; propinquabant celſæ radicibus Idæ,
I amq́; ipſam attigerant, iam ſumma atq́; ima tenebant,
A ptant ſeſe operi, ſonat icta ſecuribus ilex,
G landiferæq́; cadunt quercus, cadit ardua pinus,
P er ſyluam latè fragor intonat. ergò cadentum
F ruſta legunt, onerantq́; ingenti pondere mulos.
N ec mora, mulorum putrem quatit ungula campum,
P erq́; iter emenſum redeunt, atq́; inter eundum
P er nemus umbriferum iuuat ire, arbuſtaq́; denſis
V irgultis ſpectare, manu quæ quiſq́; ferebat.
N am ſic Meriones magni comes Idomeneī
I uſſerat. ut littus tenuere, ubi magnus Achilles
C ondiderat commune tibi Patrocle ſepulchrum,
E t ſibi, quodq́; una duo corpora clauderet urna,
H ic longo ingentem deponunt ordine ſyluam,
A tq́; ibi conſiſtunt omnes. tum magnus Achilles
M yrmidonas ferro accingi iubet, inde iugales
C urribus aduectant, illi omnes juſſa capeſſunt
P rotinus armati conſcenſis curribus adſunt,
M iles & aurigæ, proceduntagmine primi
P ulchrè inſtructo equites, ſequitur fulgentibus armis
T urba nitens peditum: poſt quos exangue cadauer
P atrocli impoſitum feretro de more miniſtri
E latum, in medium cœtu ſpectante reponunt.
M ox tonſi iniectis totum texere capillis,
C orpus inane uiri: ſequitur gemebundus amici
C omplexus caput Aeacides, & deſtinat orco
P ræſtantem mittens animam pallentibus umbris.
I am loca contigerant quæ deſignarat Achilles,
D epoſuere humeris capulum: tum mœſtus Achilles
F lauam cæſariem, quam lenifluo Sperchio
N utrierat, primisq́; uirentem eduxerat annis,

Ceduntur ligna ad pyrã extruendam.

Achilles cæſariem ſibi præcidit.

Ipſe

Ipſe ſuis manibus ſibi præſcidit, altaq; longè
Aequora proſpectans, animo indignante profatur.
Sperchie, hos alio crines tibi nomine Peleus
Sacrarat pater, in patriam ſi fortè rediſſem,
Hanc tibi diſſectam celſa de fronte dicarem,
Mactaremq; agnos decies quinq; albicomantes
Ad fontem, qua templa tibi atq; altaria fumant.
Hæc fouit ſenior: cuius tu uota preceſq;
Non exaudiſti. nunc cum mihi fata negarint
Ad patrios remeare lares, caroſq; parentes,
Deuoueo hanc Patrole comam tibi. talia dicens
In manibus poſuit iam non capientis amici
Cæſariem, lachrymas nec continuere uidentes.
Iamq; inter gemitus, inter ſuſpiria flentum,
Phœbus Atlantiaca ſeſe occuluiſſet in unda,
Ni prior Aeacides ſic admonuiſſet Atriden.
Atrida, tibi nam parent tot milia Graiûm,
Iam quia ploratum ſatis eſt, age præcipe, ut iſtinc
Secedant, linquantq; pyram, dapibuſq; paratis
Inſtaurent menſas alacres, cœnæq; parent ſe,
Nobis condendum tumulo eſt exangue cadauer:
Primores tantum maneant. Ea uerba loquutum
Audijt, & ſua quemq; iubet tentoria Atrides
Agmen abire retrò. tum queis ea cura laboris
Demandata fuit, congeſta protinus omni
Materia ſtruxere pyram, quæ partibus eſſet
Quattuor æqualis, ſed quælibet ordine centum
Longa pedum: & triſtes ſuper impoſuere Patroclum
Exanimem. multas etiam de more bidentes,
Incuruoſq; pedes lectiſſima corpora tauros,
Cæſos ante pyram circum poſuere. ſed horum
Pingui adipe exanimem totum contexit Achilles
A pede ad uſq; caput, mactataq; corpora circum

Achilles Sperchio amni tanquam præſenti.

Achilles Agamemnoni.

Mos cremãdorũ cadauerum uetuſtiſſimus.

M ellis & unguenti redolentia uaſa locauit.
T um feretro incumbens, gemitumq́; è pectore ducens,
Q uattuor adiecit buſto præſtantia equorum
C orpora, deq́; nouem geminos (quos ipſe fouebat
C onſueto ſibi more) canes, ter quattuor addit
E gregios iuuenes præſtanti ex ſanguine Troum,
I nfeſto mactans animo. pòſt igne uoraci
O mnia conſumente, graui de pectore queſtu
S uſpirans, his uoce uocans affatur amicum.

Achilles Patrocli manibus.

S alue (ait) infernis etiam Patrocle ſub umbris,
G aude etiam, quia pollicitis nunc omnia ſolui
D ebita uota meis. tecum bis ſena cremantur
C orpora Troiani iuuenes, uerum Hectora dirum
N on ignis conſumet edax, non flamma cremabit,
S ed proiecta canes depaſcent membra uoraces
I pſius. hæc minitans atrocia uerba profudit.
I nteger ille tamen tacuit: quia ſcilicet illum
A lma Venus uetuit catulos contingere fœdos,

Venus cadauer Hectoris cuſtodit.

N octes atq; dies aſsiſtens, membra rubenti
D iuino'q́; fouens oleo, ne fortè quid ipſi
C ontingat, laceret'ue exanguia membra iacentis.
T um placidam cœlo nubem demiſit Apollo,
O bduxitq́; locum dulci circumfluus umbra,
I n quo corpus erat poſitum, ne forſan aperti
C ontactum nimio ſolis tabeſceret æſtu.
P oſtquam omnem non poſſe pyram comprendere flam-
S enſerat Aeacides, procul aſtans uoce uocabat (mas
H orriferum Boream, Zephyrumq́;, immane ſonantem,
S acra uouens, auroq́; effundens uina precatur,
I nſpirent animas igni, flammasq́; cierent.

Iris in regionem uentorum.

A udijt orantem lita mille coloribus Iris,
E t mox nymbiferos petijt cita nuncia uentos.
Q ueis in marmorea propè diſcumbentibus aura

Aſtitit.

A ſtitit. at uiſa ſurgentes Iride uenti
A d ſe quiſq; uocat ſeſſum, ueſciq; paratis
I nuitant epulis: quibus illa hæc uerba loquuta eſt·
O ceani repetam fluctus, ubi ſacra parantur *Iris uentos*
A nnua ab Aethiopum populo, dijs omnibus: iſtic *alloquitur.*
D iſcubitura, uetor ueſtris accumbere menſis·
V erum magnanimus nunc uos inuitat Achilles,
T e Borea uiolente, & te genitiue Fauoni,
S acraq; facturum uobis promittit, ut ignem
I llic ad tumulum Patrocli, extructaq; buſta
(Q uem nunc exanimem lugent Argiua iuuentus)
S uſcitet afflatus ueſter, qua concitus aura
A rdeat iſte rogus. ſic fata, receſsit in auras.
P rotinus inſano miſceri turbine uenti, *Tempeſta-*
O bſtrepere, & nubes denſare, & murmure pontum *tis uentorũ*
T urbari, criſpari undæ, fluctusq; cieri. *deſcriptio.*
H oc ad frugiferam ſpirantes flamine Troiam
P erueniunt, flammasq; mouent, flatuq; frequenti
L ucida per totam iactant incendia noctem.
Q uam ſimul inſomnem magnus ducebat Achilles,
E x auro cratera tenens magnumq; rotundumq;,
I mpletumq; mero dextra, terræq; refundens
L ibabat Patrocle tibi, manesq; uocabat.
N on ſecus ac miſeri circum noua buſta parentes
N atorum, quos parca tulit malefida, queruntur,
E t lugent mœrore graui: ſic mœſtus Achilles,
F ata dolens properata ſui lugebat amici,
T riſtia deducens lachrymoſæ tempora noctis,
D onec ab Eoïs Auroræ præuius undis
L ucifer aſcendens ſuperis apparuit oris. *Ortus ſolis.*
T unc uenti poſuere: ſtrues iam tota ſepulchri
I n cineres conſumpta iacet, tum flamma quieuit.
T um procul à buſto ſecedens diuus Achilles,

F eſſa ſoporiferæ proiecit membra quieti :
C uius ut arripuit ſubrepens lumina ſomnus,
C um magnum peterent Atriden heroës Achiui
C ertatim,ſtrepituq́; uirûm,populiq́; tumultu
E xcitus Aeacides,ſic eſt affatus Achiuos·
Achilles A trida,proceresq́; alij,atq; heroës Achiui,
Græcis. N unc primum cineres nigranti extinguite uino,
E t uires cohibite ignis : tum nuda legemus
O ſſa Menœtiade cunctis notiſsima.nam ſunt
I n media ſita ſola pyra.Troiana uirorum
C orpora mixta feris parte exteriore locaui,
I nde eadem duplici pinguedine condita,circum
A urea tumba tegat,donec ſequar ipſe,ſub imos
D eſcendens manes.tumuli mediocris honorem
I nterea fieri iuſsi : monumenta parabunt
N obiliora uiri nobis,quos fata reſeruant
P oſt nos,multiplici ſocios in claſſe futuros.
T alia dicenti,parent heroës : & ignem
N igranti mandant ſocijs extinguere uino,
Q uantuſcunq; fuit.quo facto,flamma reſedit,
S ubſidunt cineres : mœſti pòſt alba Patrocli
O ſſa legunt ſocij,multoq́; interlita pingui
A ureola condunt urna, ueloq́; tegentes
I ncludunt tenui:poſt hæc prope buſta ſepulchri
F undamenta parant,aggeſtoq́; aggere terræ
I nſtituunt molem.poſt quæ perfecta,paratos
I re retrò uetat Aeacides.Nam præmia,ludos
F unebres,ſua proponit uictoribus,altis
N auibus educens ingenti mole lebetas,
E t tripidas magnos,& equos,mulosq́; bouesq́;,
E t bene præcinctas precioſa in ueſte puellas,
A tq; albi nigriq́; grauiſsima pondera ferri,
Ludorū fu- P rincipiò qui fortè uelint,inuitat,equorum

Prærapido

P ræ rapido curſu contendere: præmia ponit
V ictori famulam, forma præſtante puellam,
D octam Palladias artes, anſaq; lebetem
I nſignem duplici, magnum, multiq; capacem.
H æc primo. Sed enim precium dat habere ſecundo,
A cris equæ, necdum domitæ, ſexennis, & aluum
I mpletum rapidi geſtantis ſemine muli.
T ertia dona facit, pulchrumq;, & ab igne lebetem
I ntactum, qui bis geminas includere poßit
M enſuras. Auri quarto duo magna talenta.
I nde nouam quinto Phialam, ſua præmia ponit.
H is ita diſpoſitis, ſurgens ita fatur Achilles.
A trida, uosq; Argiui, bello apta iuuentus,
Q uæ nunc aſpicitis prolata è nauibus altis,
P ræmia ſunt equitum curſu certare uolentum.
Q uod ſi uel nobis alijs de rebus adeſſet
C ertamen, uel ut antè mihi certare liberet,
A nte omnes ego uictor eram cum laude futurus
N on dubia: uos noſtis equos, quibus acribus utor,
Q uos immortales genitor mihi maximus, illi
N eptunus dedit. Ipſe ſed his in cladibus expers
M uneris huius ero: namq; optima ſemper agentem
A urigam amiſere, oleo perfundere pingui
I llorum crines ſolitum, lymphaq; recenti
A bluere. ergo in humum mœſti per fortia fuſis
C olla iubis, ſtabunt ſua triſtia fata gementes.
E rgo ſuis quicunq; uirûm confidere forſan
A cribus audet equis, properè in certamina iungat
C urribus applicitos. ſic fato, protinus adſunt.
R ex prior Eumelus, magni clariſſimus ibat
F ilius Admeti, uincentum diues equorum.
P oſt hunc Tydides ſequitur, qui fortia ducens
S ub iuga cogit equos, quos forti nuper in armis

nebriū deſcriptio.

Achilles principibus Græcorum.

Curſu equeſtri certantes, aurigæ Eumelus.

Diomedes.

Qui confidit equis & curribus, erret oportet, “
Et uagus huc illuc metam monſtrante feratur, “
Deuius à ſtadio: contrà qui callidus acri “
Præditus ingenio eſt, quamuis uirtute minores, “
Ducat equos, tamen obſeruat quam tramite recto “
Contingat metam, nec ab hac auertit habenas. “
Non ignorat enim rationem artemq; regendi: “
Sed tergis iuuenum magis ac magis inſtat, & urget, “
Qui ſpacio præcedere, equisq; præire uidentur. “
Nunc qua parte ſitam poſſis contingere metam,
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto. Virgilianum
  Planicie in media campi, qua plurima curſu
Feruet equûm uia trita, & limite clauſa recenti eſt,
Prominet è terra ſtipes non longior ulnis
Quattuor, aut picea quernáue ex fronde reciſus, Vleta,
Aridus: haud etenim uentis'ue aut imbre fatiſcit.
Quem gemini iuxta lapides candore niuali
Hinc atq; hinc poſiti firmis radicibus hærent,
Aut tumulo ſignum impoſitum iam lumine caſſi,
Aut nota mittendis ibi condita curribus olim.
Quam nunc Aeacides metam certaminis huius
Eſſe iubet, quam tu propius nunc curribus actis
Intentus pete, & incumbens à parte ſiniſtra
Dextrum uerbere equum, uerbisq; urgeto. ſed ipſum
Proximus accedens ſignum, te flecte ſiniſtro
Vt ſtringens molli radat curuamine metam,
Nec tamen ad lapidem offendat, ne fortè labantes
Collidantur equi, currusq; ferantur inanes:
Quod lætum reliquis fuerit, tibi dedecus uni.
Quod ſi nunc fueris mea iuſſa ſequutus, in ipſo
Flexu primus eris, primusq; ad ſigna propinques,
Saluus eris, nec te quiſquam præuertere curſu
Aeripedum poterit: non ſi uel Ariona fortem

Nn 5 Adreſti.

Ariō equus A dreſti conſcendat equum, dijs patribus ortum:
Adreſti. A ut etiam, quos hæc aluerunt paſcua, magni
Equi Lao- L aomedontis equos habeat. poſt talią natum,
medontis. O ptima cum natum monuiſſet multa, reſedit.
Meriones. Q uintus Meriones ſeſe in certamen agebat
C urribus aſcenſis. iam omnes certare parati
C onſtiterant, & iam ſortes eduxit Achilles.
A ntilocho primam, tibi rex Eumele ſecundam,
C ontigit Atridæ Menelao tertia, quartam
M erioni fortuna dedit, uenit ultima magno
T ydidæ. ſic compoſitis, atq; ordine ductis
S ortibus, in campo procul aßignauit Achilles
D eſcriptis loca carceribus, metæq; ſtatutæ.
P ræfectum Phœnica dedit genitoris amicum,
Q ui curſus ſpectans cunctorum, uera referret.
Committi- P rotinus æripedes flagrisq; & uocibus acti
tur certa- E xiliunt, curſumq́; à nauibus ocyus omnes
men. A ccelerant, adduntq́; gradum: cita puluere nubes
Q uadrupedum cumulata leui petit aëra curſu.
T um Zephyro per colla iubæ ſtringuntur equorum,
N unc uoluuntur humi, curruſq; rotæq; feruntur
P ræcipites: celerem nunc curſus in aëra tolli
C urribus aurigæ, ſtudijs incumbere totis:
N unc trepidare animis, & equos ſibi quiſq; uocare,
N omine quemq; ſuo. tanta eſt in quoq; cupido
V incendi, tam corda pauor nouus intima pulſat.
I amq; reuertentes iterum canentia ponti
L ittora contigerant, metæq́; fuere propinqui,
T um uirtus animoſa, & uis apparuit omnis
V nius cuiuſq; uirûm. Tum principe curſu
E umelus ſuperabat equûm: cui proxima Troës
S eruabant Diomedis equi ueſtigia, tanquam
C urribus hærentes. Iam iamq́; priora ruentes

In iuga;

I n iuga: iam ceruicem Eumeli, & fortia terga
A fflatu humectant, atq; ipſum lora tenentem
F rontibus urgebant: præuertiſſentq;, uel ipſam
C epiſſent pariter metam, ni ſæuus Apollo
T ydidæ excuteret dextra è uictrice flagellum.
I lle dolore animi lachrymas emiſit, & ira
P ercitus, ante uidens curſum retinere quadrigam
E umeli, indecorem ſeſe currumq; relinqui
E xcuſſo è manibus ſtimulo: nec Pallas amico
D efuit. illa uidens Diomedem ab Apolline læſum,
A duolat, & dextra reddit fautrice flagellum,
E t uires immittit equis, & concitat ipſa.
T um petit Admeto genitum turbata, fremensq;
I llius euertit currum, iuga fortia frangens
A uulſo temone. feruntur ab axe iugales
I n loca iuncta uiæ, deuoluitur ipſe rotarum
I nter utrunq; orbem, lacer omnia, lumina, frontem,
E t nares, atq; ora ſimul, cubitosq; manusq;.
T um lachrymas oculis, nec uocem gutture miſit,
T eſtem lætitiæ. Tum caſu fretus amici,
E micat ante alios Diomedes uictor. at ipſi
A ddidit & uires, & laudem Pallas honeſtam.
P roximus hunc ſequitur Menelaus: tertius ibat
N eſtorides, affatus equos hac uoce paternos·
C urrite, ferte citi currum, properate, quid obſtet
Q uo minus Atriden ego conſequar axe citato?
(N am neq; Tydiden, cui uires innuba Pallas
S ufficit, & decus hoc tribuit, ſuperare laborem)
D edecus hoc tantum ne uos contingat, ut iſthæc
F œmina deuictos Aethe poſt terga relinquat.
Q uod niſi uictores eritis (mihi credite) poſthac
A mplius haudquaquam caros uos Neſtor habebit.
Q uin etiam ferro interimet, ſi præmia tardi

Caſus Eumeli.

Antilochus equos alloquitur.

Vltima

Vltima nos referamus, & hoc uincamur honore.
Accelerate igitur, uolucri præuertite curſu,
Et loca præripite ante alios anguſta uiarum,
Per quæ ego uos ducens celeres moderabor habenas,
Doctus equûm domitor: nec me uia fallet euntem,
  Talia dicentem regem audiuere iugales,
Corripiuntq́; ſimul ſpacium breuiore rotatu
Quàm prius. at tandem præceps obiecta uorago eſt,
Proſciſſusq; uiæ limes pluuialibus undis.
Hanc uidet Antilochus, per quam tendebat Atrides
Vitans peius iter. qui cum ſibi adeſſe propinquum
Cerneret Antilochum, ſed paulum tramite flexo
Menelaus Antilocho. Tendentem, ſic alloquitur ſate Neſtore magno,
Nunc temere huc immittis equos, age comprime currum,
Hæc anguſta uia eſt: mox ut te flexeris iſthac,
Latior excipiet campus. ſin hæc minus audis,
Iam metus eſt ne colliſis hic curribus ambo
Lædamur ratione pari. Sic dixit: at illum
Dißimulans audiſſe, tenet ueſtigia, & inſtans
Antilochus magis urget equos, atq; obſtruit aures.
Quantum autem uirtute ualens & uiribus æui
Expertus iuuenis, iacto comprendere diſco
Terraī potuit, tantum nunc Neſtore cretus
Præuertit Menelae tuos Atrida iugales.
Sponte reſiſtebas ſiquidem, ne curribus unà
Colliſis, nulli uictoria certa ueniret,
Fractaq; in anguſto iuga limite bina iacerent.
Ergo iterum Antilochum ſpectans iratus Atrides,
Menelaus Antilocho. Talibus alloquitur· Quò nunc fugis improbe, uel quid
Pernicioſe facis? pereas male. nam neq; uerum eſt,
Quod ſapere, & fortem te dicit Acheïa pubes.
Non tamen ex facili tibi præmia tanta dabuntur,
Nec ſine iurataq; fide, precibusq; profuſis

Illa

Illa feres. ſic dixit: equis hinc fatur Atrides.
Nulla mora eſt, agite eſte citi, uos robur & ætas
Commendant, & ſunt iuuenili in corpore uires,
Illos deſtituunt genua ægra ſenilibus annis.
Sic clamans, terrebat equos. illi agmine facto
Inſtaurant curſus. & iam loca capta tenebant,
Proxima ab Antilocho: ſpectabat utrunq; ruentem
Ad palmam totus poſitis exercitus armis,
Tanta ferebatur ſublata per aëra nubes
Pulueris, & tanta cinxit caligine cœlum.
Primus ibi Idomeneus Cretæa ductor ab Ida
(Extrà namq; ſedens circum loca celſa tenebat)
Currentes accepit equos, clamore regentis
Perlato. tum nouit equum ſpadica colore
Integrum, fronte excepta: quam paruè notabat
Alba nota, in formam reuocantis cornua Lunæ.
Stans igitur celſa in ſpecula, ſic deinde profatur.
O Danaûm proceres, reges, heroës, amici, **Idomeneus**
Solus equos ego conſpicio: uerum ire priores **Græcis.**
Nunc alios uideo, non idem auriga profectò
Hos moderatur equos, neq; cuius prima fuerunt
Ductæ galea fortis loca. namq; iugales
Illius in ſtadio reor offendere morantes.
Certè ego quos metæ propiores eſſe uidebam,
Nuſquam nunc uideo, cum totius undiq; campi
Aequora proſpiciam. certè aut amiſit habenas
Auriga è manibus, neq; ad iſtam ſiſtere laxos
Aeripedes potuit, neq; circum currere metam.
Aut cecidiſſe uirum, & currum fregiſſe putarim.
Nam diuerſam, animo uelut indignante, receptis
Viribus intendere uiam. ſed uos quoq; ſtantes
Intentos cohibete oculos: diſcernere certò
Tam mihi difficile eſt, quàm cuilibet ordinis huius.

Sed

Sed niſi me coniecturæ ſigna omnia fallunt,
Aetolus uir hic eſt magnorum rector Achiuûm,
Tydeo patre proditus armipotens Diomedes.
Non tulit hæc Aiax, grauiterq́; inuectus, Oïlei·
Aiax Oïleus Idomeneo. *Idomenee, inquit, quàm nunc temeraria nullo*
Dicta pudore iacis? celeres, ac penè uolantes
Plana feruntur equi medij ſuper æquora campi,
Nec tu es Achiuorum iuuenum uiridiſſimus æuo,
Nec ſunt perpetuo tibi perniciſſima uiſu
Lumina, nec iactare tamen te deſinis iſtis
Dictis uaniloquis, nec talem te eſſe decebat
Tam ſine fronte uirum, tam tota mente proteruum.
Sunt hic, ſunt alij te multa laude priores.
Prima tenent Diomedis equi, qui deinde ſequuntur
Illorum dextra artifici moderatur habenas
Eumelus. toruo dicentem talia uultu,
Iratoq́; tuens Cretæis ductor ab oris,
Docte bonis (inquit) maledicere, inutilis Aiax
Tunc cum bella manus poſcunt, quid inepte ferocis?
Quin age ſi lubitum eſt prodi, licet experiamur
Vter ſit curſu melior: tum cuius equorum
Digna ſit emerita uirtutis gloria palma,
Auferat aut tripoda, aut ingenti mole lebetem,
Muneris inter nos Agamemnon arbiter eſto.
Dixit. at iratus uerbis grauioribus Aiax
Multa minabatur: Sed res in uerba tuliſſent,
Ni ſurgens properè rem compoſuiſſet Achilles·
Achilles irã inter Idomeneum & Aiacẽ ſedat. *Non nunc, inquit, erat tempus contendere uerbis*
Acribus ô Aiax, heroës, & Idomenee.
Nec uos hæc leuitas decuit, nec res ea pulchra eſt.
Viderit hoc aliquis ueſtrûm, quia fecerit alter
Arguat, & meritò tanquam ſcelus eſſe piandum
Duxerit. ite igitur, cœtum ſpectate ſedentes.

Mox

M ox aderunt meritæ pro laude & honore coronæ
C ertantes: tum qui primi, qui deinde ſecundi
A duenient, coram uobis ſpectare licebit.
S ic ait. Interea Diomedes tergora equorum
V erbere concutiens aderat, leuis ungula campum
T ranſuolat, alta ferens uolucri ueſtigia planta
C urſus anhelus equûm, ſtetit ipſe in puluere lætus
P rotendens auriga manus, tum pondere currus
A uriq́; argentiq́; grauis per plana uiarum
O rbita ſumma leui uix puluere tacta uolabat.
C onſtitit in medio certaminis orbe reſiſtens,
P ectora cornipedum multo ſudore fluebant,
C eruiceſq́; iubæq́;. Ibi poſtquam conſtitit ergo,
D eſilijt curru, flagro ad iuga ſumma relicto.
T um fortis Sthenelus precium non uile puellam **Diomedes**
A rripit, & tripoda ingentem, ſocijsq́; ferenda **uictor.**
T radidit ad celſas pulcherrima munera naues.
I pſe reſoluit equos. Poſt hunc Neleïus heros
A ntilochus, qui fraude mala præuertit Atriden, **Antilochus**
N on uirtute aliqua, curru defeſſus anhelo **2.**
A d pulchras aderat uirtutum præmia merces.
Q uanto autem ſpacio princeps equus additus axi
D iſtat ab orbe rotæ, quam cauda uerberat ima:
T anto tum ſpacio poſt terga reliquit Atriden
A ntilochus, quando ille uirum præceſſerit ante **Menelaus**
Q uanto abeat ſpacio iacti grauis orbita diſci. **3.**
A tq; illum haud dubiè, niſi ſors inimica uetaſſet,
P ræterijſſet, agens meliori laude iugales:
A uctæ etenim fuerant animoſo in pectore uires
A tridæ maioris equæ prænobilis Aethes.
Q uod ſi illos prima ſors commiſiſſet arena,
E t primo in ſtadio certaſſent uiribus æquis,
A ntilochum palmæ ambiguum liquiſſet Atrides.

At

Meriones At comes Idomenei flauum ſequitur Menelaum,
4. Meriones, haſtæ ſpacio per inane uolutæ:
Cuius equis uires adimebat ſerior ætas.
Curribus ipſe etiam quod ineptior eſſet agendis,
Eumelus 5. Filius Admeti currum poſtremus agebat.
Quem celer aſpiciens multum eſt miſeratus Achilles,
Conuerſusq; duces ſic eſt affatus Achiuos.
Achilles Ecce uir ille (inquit) quo non præſtantior alter,
Græcis. Poſtremus redit. hunc donemus honore ſecundi
Muneris, ipſius meritò: ſi fortè probatis.
Præmia quandoquidem Diomedes prima meretur.
Dicta probant omnes: & dona ſecunda tuliſſet
Eumelus, niſi Neſtorides grauioribus eſſet
Antilochus magnum uerbis affatus Achillem.
Antilochus Non ego nunc meritò doleo atq; iraſcor, Achille,
Achilli. Si quod ais uerbo, re perficis? an'ne fatendum eſt
Præmia deberi mihi, quæ nunc eripis, iſthæc
Deſpondens alij? ſed non ita. namq; ea debes
Parta labore meo mihi præmia, ſit licet axis
Eumeli confractus, equos detraxerit error.
Strennuus ipſe uir & fortis, per uota deorum
Debuit eſſe memor, tunc cum certamen iniret,
Ne ſinerent ipſum fieri poſtrema tenentem.
Quod ſi te miſeret fortè ipſius, & tibi cordi eſt
Donare hunc etiam, tibi ſunt tentoria plena
Auri atq; argenti, tibi ſunt armenta gregesq;
Omnigenûm pecorum, famulæ ſunt intus, equiq;:
Ex illi quantum ipſe uoles, largire, licebit:
Vel primo maiora ferat. quo nomine Achiuis
Omnibus, & meritò tali laudabere facto.
Hac ego non alleui poſſum concedere palma:
Si quis fortè uolet mecum conferre, licebit.
Talibus ex animo dictis arriſit Achilles,

G ratificans etiam tali ſua munera amico.
T um ſic alloquitur: Si te ſate Neſtore forti Achilles Antilocho.
H oc iuuat, Eumelo donemus ut & ſua forti
P ræmia, non ſe indigna feret. namq; æreus ipſi
A tq; ingens dabitur thorax, fulgente metallo
E xtremas oras rutilum quem fortibus olim
C ongreſſo eripui mihi uiribus Aſteropæo.
D ixit: & Automedonta iubet proferre cubili,
P rolatum dedit Eumelo. quo munere lætus
I lle quieſcebat reſidens. pòſt talia præco
S ceptra manu retinens, cum iuſſa ſilentia turbæ
I ndixiſſet, ibi aſſurgens Menelaus acerbis
M ultis in Antilochum uerbis inuectus. Vbi, inquit,
A ntiloche eſt tua nunc ſapientia? quod'ue dediſti Menelaus in Antilochum inuehitur.
I pſe tui ſpecimen? uirtus tibi noſtra profectò
L udibrio affecta eſt, retudiſti robur equorum,
I nde tuos noſtris minus indole & arte ualentes
A uſus es ante tuliſſe. Sed huc agite optima Graiûm
P ectora, primores, proceres, regesq; ducesq;,
V os iuſto arbitrio cauſam cognoſcite, & æquis Apoſtrophe.
C ernite iudicijs, nihil ulli gratificantes,
N e quis fortè queat Menelaum dicere fraudem
A ntilocho intentaſſe, dolo'ue egiſſe maligno.
E git equos noſtris uirtute atq; arte minores,
V iribus atq; armis ego ſum præſtantior illo.
Q uod ſi nemo aliquid pronunciet, æquus utriq;
F orſan & à uobis ſententia nulla feratur,
I pſe feram, iudex quam nemo redarguet æquus.
H æc etenim nobis ſententia dicta feretur.
E rgo age Neſtorida, ſicut decet, omnia redde
Q ualia erant paulo antè, & equos & flagra reſume,
E t currus aſcende iterum: tum deniq; iura
N eptunum terras atq; æquora uaſta mouentem,

Non te ſponte tua fraudem feciſſe, meoſq;
Et currus & equos animo impediſſe maligno.

Antilochus Menelao placidè reſpondet, oratq; ut remittat iniuriam.

Cui bonus Antilochus: Fer (ait) Menelaë, fer æquo
Te precor, hoc animo factum. tibi namq; fatebor
Cedere debueram, qui ſum te iunior, & tu
Me prior & melior. non ignorare uideris
Audaces animos iuuenum: quibus omnia feruor "
Subijcit ætatis non optima, promptior illis "
Semper adeſt animus, ſed & imbecillius omni "
Tempore conſilium. nunc ergo ignoſce fatenti "
Errorem. pernicis equæ tibi munere cedo:
Siq; quid eſt aliud, quo me tibi poſſe putarim
Complacuiſſe, feres, nulla eſt mora, poſce, tenebis.
Te precor obteſtorq; Ioui gratiſsime, ne me
Eſſe malum credas, quæcunq; in tempora uiuam.
Dixit: & egit equam generoſo Neſtore cretus,
In manibus tradens Menelaï. protinus illi
Lætior eſt animi melioris reddita uirtus:
Non ſecus ac fœcundus ager, qui frugibus horrens,
Roribus aërijs conſpergitur, unde uireſcit.
Sic tibi tunc Menelaë animi flos ille uirebat.

Menelaus Antilocho.

Tum ſic alloquitur: Sate Neſtore, nunc te ego talem
Qualis es experior, tibi ſponte uolenſq; remitto
Quicquid id eſt, quod fortè incauta admiſerit ætas,
Tecum in amicitiam redeo, deſiſte uereri:
Cedere maiori maior quàm imponere laus eſt. "
Nec facile hoc aliquis mihi perſuaſiſſet Achiuûm,
Quod tu. ſed multos ſubijſtis & antè labores
Tuq; paterq; tuus pro me: non ergo uiciſsim
Hanc tibi debuero ueniam? nunc tu quoq; noſtram
Accipe & aufer equam, quo ſentiat omnis Achiuûm
Concio, me non ſæuo animo, non eſſe ſuperbo.
Dixit, & Antilochi ſocio qui ponè manebat,

Tradit

Tradit equam: pulchrum Antilochus tulit ipſe lebetem.
Meriones auri duo magna talenta recepit,
Namq; is quartus erat. quod erat quintum ordine munus,
In medio phiale, cui duplex anſa, relicta eſt:
Quam bonus Aeacides Nelidæ munus amico
Magnanimo dat habere ſeni, cui talia fatur·
Hanc cape magne ſenex monumentum funeris ingens — Achilles Neſtorem phiala donat.
Patrocli. nec enim mixtum uiſurus Achiuis
Amplius aſpicies ipſum. te hoc munere dono
Gratuito: nec enim iaculo, nitida'ue palæſtra,
Non curſu certare potes, tardante ſenecta,
Et neruos hebetante graui ſine uiribus æuo.
Dixerat, ille dato lætus. ſic deinde profatur·
Omnia uera equidem præfatus es ordine. fili, — Neſtor Achilli.
Atq; ut te decuit, neq; enim mihi membra ſuperſunt
Quæ fuerant robuſta prius, neq; firma pedum uis,
Nec manuum iunctura ualens, quæ pendet utroq;
Debilis ex humero, quod ſi uigor ille iuuentæ
Si mihi uis iuuenilis adhuc. ſi feruor adeſſet,
Qualis erat cum Buprasio Amaryncea regem
Condentes tumulo ducebant funus Epeï, — Senum eſt, libenter & uerboſe ante acta repetere: qua de re & alibi admonuimus.
Multaq; rege ſati poſuiſſent præmia uulgo
Fortibus euincenda uiris, nemo hic Pyliorum,
Nullus Epeorum, nemo ex Aetolide turba
Eſſe æquare mihi potuit: qui poſſet haberi
Par mihi, nemo fuit. pugna nam pugil acerba
Enope progenitum fortem Clytomedea uici,
Ancæum lucta Pleuronion. inde ferocem
Iphiclum leuitate pedum, quamuis bonus eſſet,
Inuictusq; alijs: tum Phylea. tum Polydorum
Proſtraui iaculo miſſæ fœliciter haſtæ.
Tantum me gemini forti Actorione creati
Præcurrere in equis, obiecta parte ſuorum

E' turma iuuenum. ſed & his uictoria tali
C ontigit ingenio. gemini cum namq; fuiſſent,
A lter erat currum doctus regere arte magiſtra,
A lter equos quo uellet acuto arcere flagello.
T unc ego talis eram, nunc talia munera tractent
P ectora adhuc iuuenes qui ſunt, & brachia fortes:
M e carioſa uetat, ne proſequar iſta, ſenectus.
T unc ego magnanimos heroas & inter, & acres
V erſabar uirtute uiros, armiſq; potentes.
V erum age defuncti nunc ipſe ſodalis honores
P roſequere, hoc nullo munus mihi tempore gratum
N on erit, accipioq; libens, & lætor, & ipſi
G ratulor ex animo tibi præſtantiſſime Graiûm,
N unc quoq; quod noſtri non ſis oblitus honoris:
Q uem qualem merear clypeatos inter Achiuos,
T u quoq; cum paucis non ignorare uideris.
D ij tibi dent pro tali animo quæcunq; mereris,
D ij tibi perſoluant grates, & præmia reddant
D igna ſatis pro me. ſic dixit, deinde quieuit.
Ae acides turbæ ſe immiſcuit ipſe frequenti,
H ic qui fortè uelint crudo contendere cæſtu
I nuitat precijs animos, & præmia ponit
V ictori, grauido ſexennem corpore mulam,
R obuſtam, indomitam, & multa uix arte domandam:
O rbe rotundato calicem, ſolatia uicto.
T um uoluens oculos, & ſtans erectus in auras,

Achilles Agamemnoni, & reliquis.

R ex, ait, Atrida, uoſq; omnes ordine Achiui,
N unc quibus & uirtus, animuſq; in pectore præſens
A dſit, & euinctis attollat brachia palmis,
I n medium duo procedant: cui fautor Apollo
T radiderit facilem tanto è certamine palmam,
H anc ſecum referet ſua ſub tentoria mulam.
A t qui uictus erit, calicem feret ille rotundum.

Mulos precij apud uetuſtiſſimos fuiſſe in

Hæc

Hæc ubi dixiſſet, uir corpore prodijt ingens
Pugil, & arte ualens, & uiribus integer amplis,
Et uirtute bonus, Panopeo natus Epeus.
Ille manu mulam tangens, tum uoce canora
Prodeat huc (inquit) calicem qui fortè requirat.
Mulam ego non alium patiar deducere quóquam.
Hanc etenim didici, teneóq; fideliter artem,
Qui ſatis eſſe putem reliquis me cedere palmam
Pugnarum certaminibus. nec enim reperitur,
Omnia qui teneat, uerum hæc ego uoce profatus,
Re præſtabo etiam. quicunq; audacia mecum
Conferet arma manu, plagis multatus abibit
Talibus, ut membris diffractus & oſſibus æger
Excidat ipſe ſibi, nec ſe ſubducere poſſit.
Quem ſi fortè uolet ſaluum quis, & eripere ipſum
Cogitat è noſtris manibus, properè adſit oportet.
Talibus auditis cum concio tota ſileret,
Proſilit in medium uirtute uir inclytus, ipſi
Membra deo ſimilis, Talaonidæ Mecisthei
Filius Euryalus regis, qui in funere quondam
Oedipodis Thebas peruenerat, atq; ibi uictor
Proſtrauit, quicunq; manus attollere contrà
Thebanorum auſi fuerant. huic fauit amico
Tydides, zonamq; dedit, loriſq; bouillis
Munijt inſtructum, cupiens hac uincere pugna
Euryalum. ſic accincti grauioribus armis,
Progreſſi in medium truculentis cæſtibus aptas
Conſeruere manus, ſublimia brachia cœlo
Tollentes. digitis nixi manuumq; pedumq;.
Tum fera colliſis ſtridebant dentibus ora,
Et uelut unda fluens utriuſq; à corpore largus
Sudor ijt, largoq; humectat flumine ueſtes.
Cum pugnæ intentus magis ac magis urget Epeus,

pecoribus, quam uel auro uel argento, cũ ex hoc, tum multis alijs locis obſeruari poteſt.

Epeus pugil.

Euryalus pugil.

Certamen pugilum. Et malæ Euryali ſic plagam inflixit acerbam,
Vt miſer immundam peteret reſupinus arenam,
Vaſta mole cadens, genibus membriſq; ſolutis:
Non ſecus ac Borea ſtridente in littore ſicco
Fluctibus eiectus morituro palpitat artus.
Quem tamen ipſe manu releuans erexit Epeus,
Hoc quoq; magnanimus facto: tum feſſa trahentem
Membra uirum, craſſumq; uomentem ex ore cruorem,
Cum calice arreptum ſocij in tentoria fidi
Seminecem referunt, tum præmia magnus Achilles
Tertiũ certamen palæſtræ. Tertia difficili poſuit tentanda palæſtræ,
Victori magnum tripodem, feruentibus aptum
Ignibus: at precio, quod bis ſex pinguia poßint
Corpora dependiſſe boum. ſed munera uicto,
Ancillam multorum operum, formaq; probandam,
Bis geminis precio bobus quæ æquanda fuiſſet,
Protulit in medium, ſimul aſtans talia fatur:
Procedant licet, iſta quibus ſunt munera cordi,
Propter ut accipiant eadem certare parati.
Aiax Telamonius & Vlyſſes luctatores. Tum ſeſe in medium cœtum Telamonius Aiax,
Et Laërte ſatus, prudens conſultor, agentes,
Conſeruere manus ualidas. Ceu prouidus olim
Aedificans noua tecta faber, ſuſpendit in alta
Aptans tigna domo, ne uentis peruia cedant.
Tum manibus percußi humeri replicantibus ictus
Et longè reſonare, & toto corpore ſudor
Defluere, & craſſo uibices ſanguine nigræ
Apparere humeris, & per latera undiq;, tanto
Fortius incubuere uiri pro laude ferendi
Propoſiti tripodis, nec quiſquam cedere capto
Velle loco, nec ſe proſternere poſſe uicißim.
Iamq; moræ Danaos tedere ubi ſenſerat Aiax,
Aiax Vlyßi Sic prior: O generoſe animi, conſultor Vlyſſes,

Aut

A ut tu ſublatum me à terra fortius urge,
A ut ego te rapiam, curabunt cætera diui.
S uſtulit hæc dicens ſublimem, & in aëra raptum
P ræcipitans egiſſet humi, niſi cautus Vlyſſes
I pſe ſui memor ingenij, genua ardua, uerſo
P oplite percuſsiſſet agens Telamone creati.
Q ui poſtquam in bibula iacuit reſupinus arena,
P ronus in os ſuper incubuit ueterator Vlyſſes.
Q uod factum admirati omnes ſtupuere ſilentes.
T um patiens etiam Aiacem complexus Vlyſſes
S uſtulit haud altè, tum pondere preſſus Vlyſſes
S uccubuit. ſic ambo ergo cecidere ſolutis
P oplitibus, ſed mox ira ſtimulante reſurgunt,
T ertiaq; arma parant, in tertiaq; arma ruiſſent,
N i facere ambobus uetuiſſet amicus Achilles.
N e uos amplius ulla, inquit, diſcordia pugnæ
I ra'ue in hoc teneat certamine. uictor uterq;
V eſtrûm eſt, communis uictoria cedet utriq;,
E t paria accipiet ueſtrûm mihi præmia uterq;.
C edite nunc alijs, & in hoc certamen ituris.
I lli parentes monitis, & puluere fœda
C orpora purgabant, & ueſtibus inde reſumptis
C onſedere alacres. Poſt hæc Peleius heros,
S i qui fortè uelint rapido contendere curſu,
I nuitat precijs, & primo præmia ponit:
V ictori cratera nouum pulchrumq;, capacem
S ex menſurarum, quem argenti ex ære paratum
S idoniæ fecere manus, quæ talia poſſint
A rtifici fabricare modo, quem deinde Thoanti
P hœnices mare ſulcantes iamq; alta tenentes
L ittoraq; & portus, hoc munus habere dederunt:
P atroclo poſt hæc Eunæus Iaſone natus,
C apto Priamida tum fortè Lycaone portans,

Achilles Aiaci & Vlyßi.

Certamen quartum curſorum.

G rande dedit precium: quoq; illum exinde redemit.
H unc quoq; tunc precium uictori fortis Achilles
C raterem poſuit, qui curſu anteiret Achiuos.
E ximium robuſta bouem per terga ſecundo.
T ertius donat facit grauis auri ſemitalentum.
I nde ubi adhortatus certamen inire fuiſſet,
P ræmia ut auferrent currentes talia Achiui,
P rimus Oïleo ſatus audaciſsimus Aiax,
Aiax Oïleius, Vlyſſes, & Antilochus curſores. E t Laërtiades fraudum ſator, Antilochusq;
N eſtorides: hic namq; pedum leuitate coæuis
P ræſtabat reliquis, quos ordine magnus Achilles
P oſtquam diſpoſuit, ſignoq; exire iubebat,
C orripiunt ſpacia extemplo, limenq; relinquunt.
E micat ante alios Aiax, cui cautus Vlyſſes
P roximus it, iamiamq; tenet, certatq; tenere.
S icut ubi radium textrix uelocibus urgens
P er telam digitis, ſubtegmina pectore prono
C ontingit: ſic Aiacem Laërtius heros
V rgebat, necdum æquabat ueſtigia puluis.
I am tamen afflabat præeuntis terga, propinqua
I nſiſtens anima, decus hoc palmamq; petentem
I nclamant Argiua manus iuuenumq; ſenumq;,
H ortantes curſum acceleret. iam proxima metæ
C ontigerant loca, glaucam oculos tum cautus Vlyſſes
Palladem Vlyſſes inuocat. P allada uoce uocans: Audi dea te precor, inquit,
S is fœlix, fautrixq; meo ſuccurre labori.
T alia dicentem dea glauca audiuit, eiq;
E t celeres plantas, & crura leuiſsima curſu
A ddidit. Aiacem iam uero ad ſigna uolentem
E xtendiſſe manum, fortuna affecit iniqua,
O bijciens caſum. ſiquidem per lubrica lapſus
C æſorum Patrocle tibi, loca ſparſa fimetis
T aurorum, cecidit, fœdoq; in ſtercore uultum

Fœdauit

F œ lauit. tum craterem Laërtius heros
A bſtulit, agreſtem taurum miſerabilis Aiax:
Q uem cornu retinens dextra, ſic deinde profatur,
O re fimum ſtercuſq; ſpuens: Iniuria Pallas
E xtitit alma mihi, quæ ſic tutatur Vlyſſem
V t natum genitrix, dicentem talia, Achiui
R idebant, multoſq; dederunt ore cachinnos.
A ntilocho precium poſtremum ſemitalentum
C eſſit. at is ridens: Pulchrè, inquit, noſtis amici
Q uod dij cœleſtes etiam maiora deorum
N umina cedendo uenerantur. at optimus Aiax
M e maior, me grandior eſt: ſed maximus annis,
E t factis, nunc ille ſenex grauis, atq; moleſtus, *Vlyſſem dicit.*
C um reliquis audet contendere, præter Achillem,
O mnibus, & curſu. tacitè his laudatus Achilles,
A ntiloche hæc (inquit) fruſtra mihi uerba loquutus *Achilles Antilocho.*
H audquaquam fueris, namq; addam ſemitalento
S emitalentum aliud, quo tu læteris honore.
S ic fatus, iuueni dedit auri ſemitalentum.
L ætus is accepit, quem non ſperarat honorem.
H is quoq; perfectis, tum longam protulit haſtam,
E t clypeum, & galeam poſitis triplici ordine criſtis
I nſignem, quæ magni olim Sarpedonis arma
A bſtulit, & magno tulerat Patroclus Achilli.
T um ſtans unanimes ſic eſt affatus Achiuos.
N unc adſint, robuſta uiri conferre parati
B rachia, & alterius qui poſſint ictibus ictus *Certamen*
A tq; ipſi accipere, atq; alijs inferre, potentes *quintũ gla-*
M utua ſanguineis infligere uulnera dextris. *diatorum.*
Q uorum qui prior alterius de corpore fluxum
S anguinis educet, ſciſſa cute, munus habebit
E nſem hunc Threicium, pulchrum, clauiſq; decorum
A rgenteis, quem ipſe eripui forti Aſteropæo.

Hæc diuiſa ferent inter ſeſe arma, ſubinde
Ambo noſtræ aderunt intra tentoria cœnæ.

Aiax Telamonius & Diomedes.

Sic fatus tacuit. cum mox Telamonius Aiax
Impiger, & grauibus Diomedes fortis in armis
Proſiliunt, animis alacres, toruumq; tuentes
Obſtupuere omnes, horrorq; inuaſit Achiuos.
Hi conferre gradum properant, Martemq; laceſſunt,
Mutua terribili miſcentes uerbera flictu.
Ter ſeſe inuaſere, ter abſtinuere repulſi
Alter ab alterius metuentes uulnera ferro.
Tum Telamone ſatus clypeum Diomedis adacto
Tranſmiſit gladio, corpus defendit ab ictu
Aere grauis thorax. Diomedes enſe coruſco
Summa petens iuguli, telum ſuper extulit oram
Ingentis clypei. ſpectantes talia Achiui,
Et ueriti ne quid pateretur iniquius Aiax,
Deſinerent iuſſere, æquataq; præmia ferrent.
Tum Diomedi enſem magnum Peleïus heros,
Vagina incluſum nitida, loroq; reuinctum,
Victori dat habere decus. Tum magnus Achilles

Certamen diſci mittendi ſextum.

Proijcit in medium metuendum pondere diſcum,
Quem quondam Eëtion in magnum fortis Achillem
Torſerat, euerſum conatus ſternere: at illum
Suſtulit Aeacides, diſcoq; potitur, & armis.
Hoc ita propoſito ferratæ pondere maſſæ,
Experiatur, ait, diſcum quemcunq; iuuabit
Tollere. uictori ſiquidem ſuffecerit uſus
Illius, in ſpacium quinquenne, nec utile ferrum
Interea uel paſtor emet, uel diuitis agri
Cultor ab urbe petet, quamuis ingentia terræ
Iugera pinguis aret: tantum eſt hoc pondere ferri.
Dixerat, at pugnam ſe uelle ſubire profeßi
Procedunt fortis Polypœtes atq; Leonteus,

Diſcoboli Polypœtes & Leonteus, Aiax & Epeus.

A *tq; Aiax Telamone ſatus. tum clarus Epeus*
A *rripiens diſcum, ridentibus egit Achiuis.*
P *oſt hunc inſignis belli uirtute Leonteus.*
T *ertius inde Aiax Telamonius, ille priores*
V *i multa excedens ultra ſigna omnia torſit.*
V *ltimus arripiens maſſam fortis Polypœtes,*
T *anto deuicit ſpacio ſtata ſigna priorum,*
Q *uantum paſtor agens pingues in paſcua tauros*
P *roieciſſe pedum potuit perſæpe recuruum.*
S *pectantes plauſere uiro, ſocij Polypœtæ*
M *unus in eximias naues ſublime tulerunt.*

Certamen ſeptimum ſagittatorum. E Virgilio plura deſumpta.

P *rotinus Aeacides celeri certare ſagitta*
I *nuitat, qui fortè uolent, & præmia ponit,*
I *ngentiq; manu malum de naue refixum*
E *rigit, & uolucrem traiecto in fune columbam,*
Q *uo tendant ferrum malo ſuſpendit ab alto.*
Q *ui primus uolucrem ferro contingat acuto,*
I *s ferat appoſitum munus, bis quinq; ſecures:*
T *otq; ſecuriculas, qui funem ruperit ictu.*
P *rodijt his dictis rex Teucer, eumq; ſequutus*
F *ortis Meriones, magni comes Idomeneï.*

Teucer, Meriones, ſagittatores.

Ae *rata inde datas miſcent in caſſide ſortes.*
T *eucro prima loco ſors contigit: ille reductum*
F *ortiter emittens telum, nec munera uouit*
D *ebita primicias agrorum, aut ſacra daturum*
V *llá ſagittifero regi. quo crimine Phœbo*
I *rato, uolucrem non attigit: indita tantum*
V *incula diffregit, quæ cum ſtridente ſagitta*
L *apſa ſolo iacuere, columba per aëra purum*
T *ollitur. acclamant totis ſpectacula caſtris.*
M *eriones properè arrepto fidentior arcu,*
V *ouit primicias agnorum & munera Phœbo,*
E *t uacuo lætam cœlo ſpeculatus, & alis*

Plaudentem nigra figit ſub nube columbam,
Tranſmittens alæ medium, reuoluta ſagitta
Figitur in terram, mali ipſa in culmine ſidens
Proiecto demum collo & ſtridentibus alis
Decidit exanimis, uitamq́; reliquit in aſtris.
Spectantes Danaï miracula tanta, ſtupebant.
Atq; ita Meriones retulit bis quinq; ſecures,
Ipſe ſecuriculas Teucer. Tum fortis Achilles
Prælongam ducens haſtam, magniq́; capacem
Propoſuit bouis haud uulgari ex ære lebetem,
Certamen octauum iaculatorum. Præmia, qui iaculis uellent contendere: quorum
Et gnari & cupidi prodibant, rex Agamemnon,
Merionesq́; alacer, magni comes Idomenei.
Quos celer aſpiciens ſic eſt affatus Achilles.
Nouimus Atrida, quàm ſis & uiribus amplis
Inclytus, & prudens annis, atq; optimus idem
Omnibus in rebus. Sed tu nunc ſume lebetem
Hunc age, & ad pulchras defer tua præmia naues,
Meriones haſtam ſecum ferat: hæc tibi forſan
Si placeant mea dicta. At talia uerba loquuto
Paruit Atrides populorum rex Agamemnon.
Meriones haſtam multo tulit ære nitentem:
Quàm mox Talthybio præconi regis Atridæ,
Muneris ipſe loco magni tradebat habendam.

ILIADOS HOMERICAE LIBER XXIIII.

Poſtquam miſſa dato certamina fine quierũt,
Naues quiſq; ſuas repetunt Argiua iuuentus,
Et menſas epulasq; parant, & corpora curãt
Languida. tũ dulci demũ tũt corpora ſomno.
Solus inexhauſtis curis iacet æger Achilles,
Non animo requiem, non captat corpore ſomnum,

Anxius

A nxius amiſſi ſecum crudelia lugens
F unera Patrocli, nunc huc, nunc uertitur illuc,
V ſq; animo uoluens memori, quot geſſerit illo
B ella prius ſocio, quot duros ille labores
P ertulerit ſecum, quot, quanta pericula terris
H auſerit atq; mari. quæ ſingula mente reuoluens
F undebat lachrymas, perq; alti ſtragula lecti
N unc lateri incumbit, nunc in ſua terga ſupinus,
N unc prono in faciem, nunc corpore rectus ad auras
S urgit, & algoſi maris errat littora circum.
N on illum latuit croceos induta colores,
D um ſuper æquoreas aurora renaſcitur undas.
T andem iungit equos curru, raptumq; cadauer
H ectoris exanimum poſtremo deligat axi.
Q uod ter Patrocli circum funebre ſepulchrum
P oſtquam traxit equis, redit in tentoria, & illic
A bijciens ſpiſſo fœdatum in puluere linquit.
S ic tamen arcitenens miſeratus Apollo iacentem,
I pſius immunda conſperſum tabe cadauer,
A ureola, ſaniem ne duceret, ægide tectum,
S ic miſerè abiectum, ſic turpiter Hectora tractum
D ij miſerabantur faciles, celeremq; rogabant
M ercurium citò ſurriperet deforme cadauer.
Q uod gratum reliquis fuit omnibus, atq; probatum,
I unone excepta, & Neptuno, & Pallade glauca.
H i namq; exanimem nihilo minus Hectora diui
O derunt, quàm caſuræ ſacra mœnia Troiæ,
Q uàm Priamum, populumq; omnem iuuenumq; ſenumq;.
N ec dum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores
E xciderant animo: manet alta mente repoſtum
I udicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ,
E t reliquis prælata Venus, quæ præmia facti
S ollicita exitiale malum ueſana fuiſſet.

Achilles amici morte turbatus nõ dormit.

Dij Mercuriũ orãt, ut cadauer Hectoris furto ſubtrahat.

Virgilij locus.

Iamq;

Dies 12. I amq; diem reuehens bis ſexta aurora refulſit,
C um ſuperos dictis his eſt affatus Apollo.
Apollo deos alloquitur. I nfeſti ô nimium diui, nimiumq; maligni,
Q ui nihil exanimem curantes Hectora, inultum
L inquatis, ueſtras toties qui adoleuerit aras,
V iſcera multa cremans caprarum ouiumq; boumq;,
N unc ita deſeritis miſerum, nec ultis ab iſto
L udibrio ereptum quo nunc affectus iniquo eſt,
V t nec amans coniux, nec canis obſita mater,
N ec puer Aſtyanax, magno nec grandior æuo
C um populo Priamus genitor queat amplius illum
A ſpicere, & poſito perſoluere iuſta ſepulchro.
A t uos peſtiferi fera facta probatis Achillis
O mnia, quem nihil humani, nil iuris & æqui,
O mnia ſæna iuuant: furibundi more leonis,
Q ui ſtimulante fame ui ſola fretus & ira,
F ertur in arma furens, pecorumq; armenta trucidat,
P rædæ inhians auidus. poſito ſic ille pudore,
S ic ſine ſenſu amens, ſine manſuetudine uecors
I n facinus quodcunq; ruit. ſed luget ademptum
S æpe dolens aliquis fratrem, pater impia nati
" F unera conqueritur: tamen hi poſuere dolori
" F inem aliquem. nam fortem animum, quo triſtia ferret,
" F ata dedere homini. uerum crudelis Achilles
H ectorea nec morte animum, nec cæde cruenta
E xatiatus adhuc, ſed equis curruq; ligatum
R aptat, & exanimem circum trahit atra ſepulti
F unera Patrocli. quod pulchrum illi eſſe uidetur,
N ec melius quicquam, ne forſan iniquior iſti
E ſſe bono uidear, forti' ue inimicus Achilli.
Cadauer terrã uocat, ſenſu carentem. I n terram ſiquidem ſenſu & ratione carentem
S æuijt iratus, uanamq; ulciſcitur umbram.
Iuno Apollini. H uic Iuno formoſa oculos irata profatur.

Eſto

E ſto ſint tibi Apollo pares, æquentur honore
H ector & Aeacides: tamen ille ex matre creatus
M ortali eſt, hic immortalis ab ubere diuæ
L ac ſuxit, genituſq; dea eſt, quam deniq; quondam
I pſa fouens alui, Peleo deinde iugaui
A ccepto ſuperis homini, genialia quorum
G audia uos unà mecum celebraſſe recordor:
E t tu fida malis, citharaq; inſignis eburna,
F eſtiuum mulcens auras Hymenea canebas.
T alia dicenti, genitor qui nubila torquet,
D eſine plura (inquit) Iuno, nec eatenus iræ — Iuppiter Iunoni.
I ndulge: nec honore ambos dignabimur uno.
P ræ cunctis ſiquidem qui Troïa mœnia ſeruant,
C um mihi, tum reliquis dijs eſt cariſſimus Hector,
V tpote qui nullo noſtras non tempore ad aras
S acra ferens ſteterit, libamina debita fundens,
S acrificiſq; implens puras nidoribus auras.
E t licet hunc nobis tulerit dum uixit honorem,
I pſius haud quenquam tamen hoc exangue cadauer
F urari patiemur. & haud quoq; poſſe putarim
H oc fieri clam Pelida, cui cærula mater
S emper adeſt, nuſquam noctes'ue dies'ue recedens.
Q uod ſi quis ſuperum Thetin huc accerſat, ego illi
P ræcipiens mandata dabo, perſuadeat, aurum
A ccipiat, Priamoq; exanguem reddat Achilles
H ectora. ſic fatus tacuit. tum decolor Iris
N ubiuago properans pede concita, deuolat inter
Ae geam Samon, atq; Imbrum aſperitate rigentem,
N uncia fida Iouis maris in uada ſumma profundi:
H aud ſecus ac plumbi moles bouis indita cornu,
P iſcibus inſidias altum quam mittit in æquor
P iſcator: Thetidem cita repperit Iris in antro
C æruleo, longa circum ſtipante caterua

Nereïdum.

N ereïdum.media ipſa ſedens Thetis anxia natum
D eflebat,miſeræ periturum ad mœnia Troiæ
T empore poſt paruo.prope quam dea diſcolor aſtans,
Iris Thetidi S urge,inquit,Theti ſurge,uocat te Iuppiter,ad ſe
V t properè aſcendas,te iuſſa capeſſere fas eſt.
Thetis Iridi C ui Thetis alba pedes: Quid me uocet ille deorum
M aximus,haud uanum eſt: nec me immiſcere deorum
C oncilijs libet,uſq; adeò mens ægra dolori
S uccumbit.tamen aſcendam,& mandata capeſſam.
H aud temerè eſt etenim.Sic fata,nigerrima ſumens
V eſtimenta,operit ſeſe,ſequiturq; uolantem
I rida,perſimilem uentis: maris unda recedens
D at dominæ ueniente uiam.poſtquam aurea cœli
M œnia conſcendere,Iouem reperere ſedentem
I n medio diuûm cœtu.tum cærula Pallas
C eſsit,ut aſsideat patri Thetis: aurea Iuno
P ocula porrexit cœleſtia uina propinans,
M ulta iocans uerbis placidis.cumq; illa bibiſſet,
T alibus alloquitur diuûm pater atq; hominum rex.
Iuppiter V eniſti Theti,quanquam ægri tua pectora luctus
Thetidi. C onficiunt,nec me iſta latent: ſed & accipe cauſam,
C ur te acceerſierim,atq; in Olympia regna uocarim.
N ona dies agitur,poſtquam contentio diuos
N on ſpernenda tenet,ſuper Hectore morte perempto,
E t ſuper Aeacida forti.me namq; uolebant
M ittere Mercurium,qui furaretur Achilli
H ectoris exanimum corpus: quibus ipſe negaui,
A bſentis ratione tui,decus illud Achilli
E ſſe reſeruandum ſtatuens.nunc ergo reuiſens
I pete Graiugenas acies,& conſule nato,
N e toties pergat nos tali offendere facto,
S ic apud excelſas non ceſſans Hectora naues
I ndignis tractare modis,& habere ligatum.

Quod

Q uod nunc ſi qua uirum tangat reuerentia noſtri,
D eſinat, exoluatq; iubens. ego protinus Irim
D emittam ad Priamum, quæ nunciet, agmina Graiûm
E t claſſem petat, ut precio precibuſq; redemptum
A uferat à magno dilectum corpus Achille.
A nnuit, & iuſsis nihil aduerſata parentis
A lba pedes Thetis, è ſupera delabitur aula,
D elapſa eſt ingreſſa ſui tentoria nati
F unera mœrentis Patrocli, indigna perempti.
Q uem circum ſocij tum prandia lauta parabant,
V iſcera lanigeræ mactantes nuda bidentis.
C ui poſtquam aſſedit, dextramq; præhendit, amicis
S ic illum uerbis genitrix affata, loquuta eſt·
N ate, quid uſq; adeò miſeris conſumere curis? — Thetis Achilli.
L umina quid fletu crucias? quid pectora queſtu?
I mmemor ora cibo committere, feſſa quieti
C orpora. quid, Veneris te non mouet ulla uoluptas?
E t pulchrum eſt blandis nonnunquam amplexibus uti "
C oniugis. haud etenim uicturus es, & tua circum "
L imina mors uolitat, mox te inſuperabile fatum
A uferet. ergo Iouis quæ nunc tibi nuncia porto
E xequere, ille deos tibi ſuccenſere ferebat,
E t ſe præcipuè, quod corpus inane ligatum
H ectoris ad naues teneas. ſed nunc age uinclis
E xime, & accepto precio uaria oſſa remitte.
D ixerat: huic pedibus uelox reſpondit Achilles·
A dſit qui precium cupiat mihi ſoluere, & ipſum — Achilles Thetidi.
A uferat exanimem, poſtquam Iouis alma uoluntas
S ic iubet, & mens eſt iſthæc rectoris Olympi.
P lurima præterea genitrix & filius unà
V erba loquebantur: quo tempore Iuppiter Irim
T alibus alloquitur· Properis i labere pennis — Iuppiter Irida mittit ad Priamum.
P ergama celſa petens, Priamo dic, munera ſecum

A ccipiat precioſa ferens, accedat Achillem,
M embra redempturus nati exanimata perempti.
N ec quenquam ſecum, ad caſſem dum pergit Achiuûm,
A ſſumat, niſi præconem qui iungere curru
P oßit equos, referatq; redemptum ab Achille cadauer.
N ec metuat quicquam, quoniam Cyllenius illi
D ux aderit, fidusq; ad magnum ducet Achillem.
C uius ubi attigerit tentoria, morte nefanda
I pſe nec afficiet, nec quenquam deinde ſuorum
C rudeles afferre manus patietur Achilles
L ongæuo Priamo. nec enim temerarius ille eſt,
N on animo fatuus, nec iniqua mente ſceleſtus:
S ed pius, & facilis ueniam dare iuſta roganti.
S ic ait. at celeri pede deuolat Iris Olympo
A d Priamum, lachrymas inter fletusq; ſedentem.
Q uem ſtabant circum lugentes Hectora nati,
A tq; alios, Danaûm manibus quicunq; perempti
C onciderant. ſedet ipſe atro uelatus amictu
I n medio ſenior, ceruicem puluere multo
F œdatus, caput & cani ſqualore rigebant
I mmodico, uaſtasq; nurus nataeq; per ædes
O mnia fœmineis flentes ululatibus implent.
I am propior Priamo Thaumantias aſtitit, illi
P ræ ſenio & lachrymis caput & genua ægra tremebant.
Iris Priamo. T um ſic pauca refert: Magnæ rex inclyte Troiæ,
N e dubita, confide animo, timor omnis abeſto,
N on mala delatura tibi, ſed proſpera ueni
A b Ioue, qui tua fata uidens, quæ ſola relicta eſt,
F ert miſeratus opem. Iubet ergo, ut munera ſumens
P elidæ precioſa feras, exanguia nati
M embra redempturus. ſed Achillem ſolus adibis,
P ræco ſenex aliquis tantum comitetur, equorum
Q ui ſciat & currus moderamina, quiq; redemptum

Hectoris

H ectoris exanimum referat ſuper ardua corpus
P ergama. nec metuas quicquam, Cyllenius ibit
D ux tibi, teq; ferens ad fortem ducet Achillem.
C uius ut intraris tentoria, morte nefanda
N ec te ipſe afficiet, tibi nec quenquam inde ſuorum
C rudeles afferre manus patietur Achilles.
N on etenim malus eſt, fatuus'ue, aut mente ſceleſta:
S ed pius, & facilis ueniam dare iuſta roganti.
D ixit, & in tenues fugiens euanuit auras.
A t Priamus natos, mulos currumq; parare
I uſsit, & impoſito conſternere deſuper oſtro.
I pſe in odoratum, cedrinum, pictumq; ſuperbumq;
A ſcendens thalamum, iuſſamq; recumbere, paucis
A lloquitur dictis Hecubam. Modò nuncius (inquit)
A b Ioue demiſſus uenit mihi, iuſſa reportans — Priamus
O coniux, ut dona feram pulcherrima Achilli, — Hecubæ.
M embra redempturus nati exanimata perempti.
T u nunc prome tuam mentem mihi, tanta'ne Graijs
H ic ſit habenda fides, quibus hanc neq; credere uitam,
N ec caput hoc uerear. dixit: ſed territa coniux,
H anc lachrymans triſti rupit de pectore uocem.
H eu ubi nunc ſapiens quondam iſto in pectore ſenſus? — Hecuba
Q uo prælatus eras alijs, regnumq; tenebas. — Priamo.
T u nunc ire paras crudelem ſolus ad hoſtem?
Q uæ cogit ratio? potes illos ferre tyranni
F uneſtos oculos, qui tot nos ferre coëgit
F unera natorum, quos impius ille peremit?
T um tibi ferreus eſt animus, ſi fidere pergas.
Q ui ſimul aſpiciet, ſimul ac te nactus habebit,
N ulla fides, non ulla tui miſeratio tanget,
N ulla uirum pietas. quare huc ſedeamus, & intra
L imina ploremus mala noſtra domeſtica, nato
H inc procul erepto: quando inſuperabile fatum

H anc illi ſtatuit legem, quo tempore primum
P rodijt infœlix uitalibus editus auris,
V t procul à patria cariſq; parentibus olim
P aſceret albipedes catulos, & præda iaceret,
V ictus ab immani, fortiq; ſub hoſte peremptus.
C uius ego exemptum iecur his concerpere uellem
D entibus. ô utinam liceat mihi, ſic uel iniquam
H ectoris ulta necem, quem pro patria ille ſuperbus
P ugnantem, nunquam timidum, nunquam ſua turpi
T erga fugæ dantem, patrijs occidit in armis.
Priamus Ç ui ſenior Priamus. Tu uerò obſiſtere noli,
Hecubæ. N ec prohibe, quò mens mea me uocat, ire uolentem,
A ugurij nec ſis ales mihi dira ſiniſtri.
N ullo etenim pacto perſuaſeris ire uolenti
T u mihi, nec quiſquam ſeu uates, ſiue ſacerdos.
I mò ego, tale aliquid quiſquis conetur, ineptum
T anquam, mendacemq; uirum contempſero. Iam nunc
I pſe deum uidi manifeſta in luce monentem,
A ſtantemq; mihi, uocemq; his auribus hauſi.
I bo equidem, nec enim fruſtra hæc me uerba monebant.
Q uod ſi me fatum uocat, ad naualia Graiûm
V t peream, precor amplexum miſerabile corpus
H ectoris, interimat ferro me ſæuus Achilles,
S i tantum lachrymis prius exatiaro dolorem.
Munera A- D ixit, & extemplò reſeratis protulit arcis
chilli dan- B is ſex eximium referentia pepla decorem,
da. B is ſex conſimiles lænas, totidemq; tapetas,
E t totidem tunicas, totidem quoq; pallia. poſt hæc
P rotulit adnumerans auri bis quinq; talenta,
T um geminos tripodas, fuluoſq; ex ære lebetas
Q uattuor, extremò pulchrumq; grauemq; nouumq;
D eprompſit calicem, ſibi donum à Thracibus olim
A llatum. nec enim (quamuis precioſius eſſet

Multo

M ulto alijs) tanquam cupiens retinere, pepercit,
E xanimata ſui redimat modò corpora nati.
T andem progreditur conſueta palatia linquens,
E t iam magna Phrygum complerant atria turmæ:
Q uos ille aſpiciens, uerbis abigebat acerbis·
I te agedum procul hinc, in ueſtra faceßite Troës
T ecta, genus prauum, male fidum, flagitioſum.
V obis nempe domi ſatis eſt hoc tempore luctus.
S ed uos fortè iuuant mea triſtia fata, quibus me
I uppiter inuoluit cumulans, qui cæde perempti
H ectoris, infidis obnoxia Pergama Graijs
N e dederit metuo. ſed me prius ima dehiſcens
T erra ferat, Stygij ſub triſtia tartara Ditis,
D iruta quàm uideam Graiorum hæc mœnia dextris,
H as arces, hæc celſa Phrygum palatia regum.
S ic ait, & ſceptro minitans abigebat. at illi
I rato ceſſere ſeni. Rex inde uocatos
O biurgans Helenumq́;, Parinq́;, Agathonaq́; dium,
P annonaq́;, Antiphonumq́;. & clarum uoce Politen,
D eïphobumq́;, atq; Hippothoum, quibus addit Agauum.
H os tunc ille nouem dictis affatur amaris·
A ccelerate pedes, agite huc agite ite, meorum
P eßima natorum ſoboles, ignaui & inertes.
A tq; utinam uos fata omnes inimica tuliſſent,
V iueret, & ſolus plures ſupereſſet in annos
H ector. at heu miſerum me, atq; infœlicibus ortum
A uſpicijs, qui tot genui, talesq́; uidebam
E ſſe ſuper, natos, quondam melioribus annis:
N unc miſer amißis doleo, queror, angor. ubi autem
M eſtora conſpiciam? ſumptis ubi Troïlen armis
A d mirandum equitem? mihi quis dabit Hectora uiuum?
Q ui fuit ipſe deo ſimilis: neq; patre creatus
M ortali, ſed diuino de ſemine cunctis

Priamus Troianos obiurgat.

Priamus filios obiurgat.

Eſſe uidebatur. ſed conceſſere ſub umbras
Iamdudum iuuenes, inimico Marte perempti.
Ignaui uerò, mendaces, atq; maligni,
Quos choreæ luſusq; iuuant, & uiuere rapto,
Hac mihi uiuentes ingrata in luce ſuperſunt.
Statis adhuc? nec frena mihi, currum'ue paratis?
Muneráq; infertis? quæ uos nunc ocia tardant?
Quo minus ingrediamur iter. Sic dixit: at illi
Iuſſa patris ueriti, currumq; & munera, equosq;
Expediunt, ſternuntq; iugum, quod buxea nectunt
Vincula: tum clauis cælatum fortibus axem
Componunt, & fune ligant, qui longior eſſet
Penè nouem cubitis, cuius caput illud ad axem,
Hoc ad temonem nexu inſeruere ligantes
Hinc atq; hinc triplici. poſt hæc pulcherrima dona
E' thalamo referunt pulchro, quibus Hectora cæſum
Infœlix redimat Priamus: iamq; illa paratis
Curribus imponunt, ualidi quæ pondera muli
Annexi traherent, Priamo quos antè ſuperbo
Donarant Myſij. tum currum regis adornant,
Cui celeres iunguntur equi, præſepibus altis
Educti, quos ipſe ſuis mandarat alendos
Præcipuo ſtudio. Sic omnibus ergo paratis
Tum Priamus, præcoq; ſenex, rationis eundi
Expediunt cauſas animo, curasq; reuoluunt
Pectoribus dubijs. cum mox Priameïa coniux
Aſtitit ægra animo, calicem prædulcis Iacchi
Impletum retinens manibus, ſic deinde profatur.
Hecuba Priamo. *Hoc libato Ioui patri, ueniamq; rogato,*
Fœlicemq; ora reditum. poſtquam iſta uoluntas
Certa ſedet, nec te ſententia mutat eundi.
Hoc auro libato Ioui, qui montibus Idæ
Præſidet, & tota quem nos ueneramur ab urbe

Spectantes,

S pectantes, ut mittat auem quam diligit ipſe
P lus alijs, quæ dextra uolans tibi nuncia, fœlix
D eferat augurium: qua uiſa ſcilicet auſis
C aſtra petens Danaûm, celſas inuiſere naues:
Q uam niſi demittit dextram tibi Iuppiter, iſtis
N e te crede uiris, ne te committe periclis.
R eddidit huic breuiter ſic Laomedontius heros.

Priamus Hecubæ.

Ae qua petis coniux, nos æqua capeſſere fas eſt.
“ E t pulchrum eſt orare Iouem, cœloq́; ſupinas
“ E xtendiſſe manus, ſi fortè accommodet aurem
“ V ocibus, & uenia donet miſeratus egentes.
D ixit: & ancillæ Tamiæ mandabat, & undas
I uſſa tulit puras manibus, peluimq́; tenebat.
T um calicem fulgentem auro, Bacchoq́; repletum
A ccipiens manibus, Lenæum libat honorem,
S ublatis in cœlum oculis. ſic deinde precatur.

Priami ad Iouem pro augurio mittendo oratio.

I uppiter, Idæas qui maximus incolis arces,
D a pater, ut placido me pectore ſæuus Achilles
A ccipiat: dextro & uolucrem demitte uolatu,
Q ua tibi non alia eſt acceptior utilior' ue,
Q ua uiſa Danaûm naues & caſtra ſubire
N on metuam. tales rumpentem pectore uoces
I uppiter audiuit, ſumma miſeratus ab Ida:

Augurium aquilæ Priamo oſtenſum.

E t mox miſit auem, quàm Percnon nomine dicunt
I pſi congenito: quæ dextro celſa uolatu
P ergama luſtrabat circum, ceu fulua ferarum
V enatrix, uolitansq́; ingentes explicat alas,
T am latè quàm porta ſolet reſerata patêre,
I ngreſſus thalamum quam liquit diues apertam.
Q ua uiſa lætati animis uelut omine dextro,
I pſe citus currum Priamus conſcendit, & altis
A xibus inuehitur. reſonant longa atria circum,
A ulaq́;, & ingentes longæ teſtudinis arcus.

Antè ibant muli, qui pondera prima trahebant,
Quos flagris auriga ſenex Idæus agebat.
Ponè ſuos urgebat equos rex ipſe flagello,
Proſequitur lachrymis abeuntem turba ſuorum,
Et generi, natiq́;, uelut manifeſta petentem
Exilia. at poſtquam in campum procul urbe relicta
Deuenere, retrò generi natiq́; reuerſi,
Quiſq; ſuas rediere domos. hos æquora campi
Verrentes, ſummo miſeratus ab æthere ſpectans
Iuppiter, his Maia genitum compellat amicè.

Iuppiter Mercurium mittit ducē Priamo.

Vade, ſenem Priamum comitare, Argiua petentem
Caſtra, citasq́; rates, tuus eſt labor iſte, tuumq́;
Officium hoc. age falle dolo, ne ſentiat hoſtis,
Aut prius aduertat quiſquam, quàm in caſtra ſuperbi
Venerit Aeacidæ. Iam nunc iter arripe, pennis
Labere. At ille patris magni parère parabat
Imperio, & pedibus primum talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra

Locus Virgilianus.

Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit,
Dat ſomnos, adimitq́;, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila. iamq́; uolans ſeſe Helleſpontia circum
Littora, Troianos per noctem immittit in agros,
Agreſti ſimilis iuueni, cui gratior ætas
Induit aſperſas prima lanugine malas.
Iam Priamus magni ad tumulum peruenerat Ili,
Illic ſiſtere equos iuſsit, frenisq́; ſolutos
E fluuio releuare ſitim. Iam ſole fugato

Noctis deſcriptio.

Humida nox fuſcis tellurem circuit alis.
Hic iuuenem præco uenientem Atlantide natum
Senſit, & ad Priamum conuerſus Protinus, inquit,

Conſule

C onſule Dardanidæ ſate Laomedonte, quod in rem
S ui noſtram: uideo ecce uirum properare per umbram,
E n tibi, nunc miſeræ ſuprema pericula uitæ
I ncidimus, uenit hora mali prænuncia fati.
A ut age carpe fugam, genibus'ue aduoluere mecum
I pſius, & ueniam ſupplex pete, forſan in illo
D extræ aliquid pietatis erit, miſerebitur ultrò.
S ic ait. at Priamo gelidum formidine pectus
D iriguit, ſteteruntq; comæ, & languentia membra
T orpuit. at Maia genitus iam proximus ipſi
A dſtitit, atq; ſenem dextra complexus inermem,
Q uò pater (inquit) in hoc tam ſeræ tempore noctis
C urruſq; & mulos & equos agis? omnia paſſim
T empore quo dulces captant animalia ſomnos.
A n'ne truces, qui non procul hinc ſua caſtra locarunt,
H orreſcis Danaos? quorum ſi uiſus ab ullo
N octe ſub hac fueris triſti, tot pondera ducens,
T ot merces, tot munera agens, quam rere futuram
M entem animumq; tibi, cum nec tibi fortior ætas
S ufficiant uires, nec ſit comes utilis armis,
N ec uim propulſare manu uictrice queatis
S i prior intulerit quiſquam. quam ne tibi quiſquam
I nferat, ipſe adero cuſtos tibi, deniq; agendæ
D uxq; comeſq; uiæ: tantum ne quid malè de me
I pſe tibi metuas, qui te mihi patris amati
E ſſe loco ducam. Sic ille: at Troïus heros
R eddidit hæc. Sunt uera quidem, cariſſime fili,
O mnia quæ memoras: ſed adhuc me numina diuûm
R eſpiciunt, qui te talem miſere, uiarum
Q ui mihi dux eſſes, propulſatorq; malorum,
Q ui ualidas habeas iuuenili in corpore uires,
A tq; animo ſapias, & formæ munere præſtes.
O fortunatos, qui te genuere parentes.

Præco Priamo.

Mercurius Priamo.

Priamus Mercurio.

R eddidit huic iterum prognatus Atlantide Maia·

Mercurius Priamo. R ecte hæc ô ſenior. Sed nunc ediſſere, quo'nam
M unera tam precioſa feras? an forte remotos
O rbe alio populos quæras, ubi talia poßint
S alua manere tibi? an capiendum linquitis altum
I lion, & fugitis, poſtquam fortißimus armis
F ilius occubuit nuper tuus, & neq; ceſſant
V rgere inſtantes bello tua mœnia Graij.

Priamus Mercurio. T um Priamus· Quis enim iuuenũ, quis es optime? qui te
T am fortunati talem genuere parentes?
T am bene qui nati nouiſti fata perempti?

Mercurius Priamo. C ui ſic Mercurius: Tentas pater optime, qui me
P ercontare, ubi'nam mihi ſit clariſsimus Hector
C ognitus. hunc duræ medio in certamine pugnæ
A ſpexi, poſtquam ad naues egiſſet Achiuos,
S terneret & ferro, ſumq; admiratus in armis
I nuictum. nec enim bello tum fortis Achilles
A dfuit, iratus regi non æqua patranti.
I lli me comitem nauis tulit una eademq;
M yrmidonum de gente ſatum, genitore creatum
D iuitijs florente Polyctore: qui tamen æuo
N unc tibi perſimilis, cedentes computat annos.
S ex habet ille domi natos, me præter, euntem
H æc in bella malis auibus. nunc uerus ab ipſis
N auibus aduenio tibi nuncius, aurea poſtquam
C raſtina lux aderit, cuncti educentur Achiui
I n pugnam, propiusq; urbem ſua caſtra locabunt.
Ae gre namq; duces patiuntur, tempore tanto
S ic fruſtra in caſtris tot ſe exhauſiſſe labores.

Priamus Mercurio. T um ſenior· Magni ſi tu comes (inquit) Achillis
F idus es, hæc mihi nunc ediſſere uera roganti,
A n meus ante citas naues iacet Hector? an ipſum
C onciſum abſumpſere canes? Atlantide natus

Reddidit

R eddidit huic: Non ulla illum uolucrum'ue ferarum'ue — Mercurius Priamo.
E xanimem potuere auido contingere morſu
H actenus: at iacet ad naues exangue cadauer,
A pluuia uentiſq; loci munimine tutum.
I am ter quarta dies agitur, neq; membra fatiſcunt
C orporis, aut immundarum appetit ulla ferarum,
Q uæ laniare ſolent nuper data corpora leto.
I llum autem quoties ſtellis Aurora fugatis
E xoritur, trahit exanimis circum oſſa Patrocli
T urpiter, attamen haud tabo conſumitur ullo,
V iſu pulcher adhuc: tanquam uigor ille iuuentæ
Q ui fuerat uiuo, maneat quoq; morte perempto.
S parſa cruore rubent & adhuc dum uulnera, quamuis
E xanimem telis multi petiere iacentem.
S ic pia cura Deos tangit, defuncta tueri
N ati membra tui, quos ille colebat amico
V iuus adhuc animo, peragens ſacra omnibus aris.
N onnihil his dictis ſenior gauiſus, ad iſthæc
T alia reſpondit: Res eſt pulcherrima, fili, "
M unera dijs offerre. etenim dum fata ſinebant "
S emper honore deos coluit meus Hector ad aras
P ræcipuo. non immemores ſunt illius ergò,
H ac ne in morte quidem. nunc quem tibi trado decorum
S ume libens calicem, diuiſq; fauentibus iſthinc
E ripiens, duc me ad magni tentoria Achillis.
H uic contrà: Quid me tentas? Cyllenius inquit, — Mercurius Priamo.
E t ſi me iuuenilis adhuc, te grandior ætas
O ccupat, haud etiam mihi perſuadebis ut ullum
I gnaro accipiam meritorum munus Achille.
N anq; ipſum metuo, ne ſumpto munere furti
A rguar, unde malum ueniat mihi. munera ſerua
T u tua. ſi ſit opus, te altum comitabor ad Argos
V el naui, uel terra etiam, ducamq; uolentem

Quò

Quo te cunq; ferat ratio, quod nemo profectò
Culparit, neq; reſtiterit ueſanus eunti.
Dixerat, & iumenta manu currumq; uolantem
Impulit, & frenos capiens mordaxq; flagellum
Ingentes afflauit equis in corpora uires.
Iamq; ſimul muri turres foſſasq; ſubibant,
Hic ubi cuſtodes ſtarent ad limina portæ
A' cœna uigiles, illorum pectora ſomno
Leniit, immittens dulcem per membra ſoporem
Mercurius: furtimq; amotis limina pandit
Vectibus, ingreditur Priamus quem munera ſecum
Portantem, ad magni tentoria duxit Achillis,
Quæ cæſa ſummis in montibus abiete regi
Tentorium Achillis. Myrmidones fecere ſuo, trabibusq; coactis
Conſtituere aulam in medio, ſed culmina fœno
Contexere leui, claudit ſera lignea portam,
Vix illam poterant foribus tres addere Graiûm
Viribus enixi, uix illam euellere contrà
Quam ſolus præſtante manu librabat Achilles.
Poſtquam introgreſſi, curru deus exilit alto,
Humanam exutus faciem, capitisq; decorum
Mercurius Priamo quis ſit aperit. Effulſit iubar. Is Priamo ſic ore profatur:
Sum deus, ô ſenior, generatus Atlantide Maia
Mercurius, tibi dux alto demiſſus Olympo
Ab Ioue, nunc me hinc proripiam, ne forſan Achilles
" Me uideat. neq; enim fas immortalia Diuûm
" Numina, tam facile oſtendi mortalibus ægris.
Tu tamen ingreſſus genua amplexare ſuperbi
Aeacidæ. per & æquæui tibi fata parentis,
Et per in hunc tantum formoſe matris amorem,
Per nati iuuenile decus uenerare, precator
Pectora dura, truces animos, faſtumq; remittat.
Sic memorans, ſubitò clarum repetiuit Olympum.

Deſilit

D eſilit in terram Priamus, curruumq́; relinquens
I dæo commendat equos, rectaq́; ad Achillem
I ngreditur. cui cum ſocijs ad ſera ſedenti
F ercla, miniſtrabant menſæ gratiſſimus ipſi
A utomedon, grauibusq́; uir inclytus Alcimus armis.
N ecdum finis enim fuerat potus' ue cibi' ue,
I ntrantem Priamum ſociorum nemo notarat.
Q ui ſupplex manibus genua amplexatus Achillis,
O ſcula delibat manibus, quas ille tot olim
C ædibus, & Priami natorum ſanguine fuſo
T inxerat. obſtupuit uiſu Peleïus heros,
O bſtupuere alij miracula tanta uidentes.
N on ſecus ac patria extorris pro cæde patrata
S i quis in exilium ueniat, populosq́; requirat
E xternos, cuncti hunc homines mirantur, & horrent:
T unc Priamum ſocij demirabantur Achillis,
A lter in alterius iactantes lumina uultus.
T unc Priamus magnum ſic eſt affatus Achillem.
E ſto memor patris, oro, tui fortiſſime Achilles,
I am ſenis, æquæuiq́; mihi, quem forſitan hoſtis
V icinus populatur, agens incendia, prædas:
N ec patriæ qui iura manu defendere, quenquam,
N ec cui ſe committat habet: ſi uiuere tantum
T e ſciat, & ſupereſſe, animo lætabitur, & ſpe
D ucetur miſeræ rediturum à littore Troiæ,
T e ſibi uictorem, ſpolijsq́; & rebus onuſtum
I nnumeris. uerum ipſe infœliciſſimus omnes
I nter mortales, cui tot modò pignora longè
O ptima natorum fuerant, quos nunc tamen omnes
L ugeo: nullus enim ſupereſt. hi namq́; fuerunt
Q uinquaginta omnes, quando huc ueniſtis Achiui,
E x alijs alios genitos, ſed matre ab eadem
T er ſex atq́; unam genui melioribus annis,

Priamus tentorium Achillis ingreditur.

Priami ad Achillem oratio ſupplex.

Quorum

Quorum præcipui ſumptis cecidere ſub armis.
Sed mihi qui patriæ fuerat defenſor,& urbis
Certa ſalus,hunc tu nuper fortiſsime Graiûm,
Pro patria grauibus pugnantem fortiter armis
Hectora,iucundo ſpoliaſti lumine uitæ.
Cuius ego hæc ergò redimendi munera portans,
Huc ad te uenio ſupplex,miſerere precantis
Supplicis,exaudi lachrymas,pia uerba,querelas,
Et reuerere deos,ſubeat genitoris imago
Cara animum tibi: quo longè infœlicior,iſthæc
Perpetior mala,quæ nondum è mortalibus ullus
Pertulit.en ſupplex ueneror genua ipſa,tuaſq́;
Victrices en tango manus,atq; oſcula figo
Huic dextræ,quæ tot natis me reddidit orbum.
Miſeratur Priamum Achilles.
Fletibus his etiam lachrymas excuſsit Achilli,
Admonito deſiderio patris.ocyus ambo
Flebant: hic Peleï grandæui fata parentis,
Patrocliq; ſui: mortem Hectoris ille perempti:
Vt lachrymas et iam ſocijs aſtantibus ambo
Excuterent.poſito fletu conſurgit Achilles,
Erexitq́; ſenem placidè,dextraq; præhenſum
Erectum ſtatuit,ſenium miſeratus,& æuo
Incanum caput,& barbam ſqualore madentem.
Achilles Priamo.
Tum breuiter gemitu uerba impediente profatur.
Ah miſer,extremo longæua in tempore uitæ,
Tot mala,tot caſus triſtes,tot paſſe labores:
Quo pacto,quo præſidio,quo numine fretus,
Auſus es Argiuas procul huc accedere naues,
Caſtra inimica petens? potuiſti deniq; ultus
Aſpectumq́; uiri,qui te tot reddidit orbum
Pignoribus,perferre ſenex? tibi ferrea credam

Pectora

P ectora ſunt. uerum mihi nunc aßiſte, parumper
H oc mecum in ſolio reſidens, curam atq; dolores
C omprime, nil proſunt lachrymæ ſine ſine profuſæ. "
S ic etenim ſtatuere dei mortalibus ægris, "
V t uitam mœrore refertam & luctibus ægram "
T raducant: ſine triſtitia cœleſtibus æuum "
O mne ſit, & nullos poßint ſentire dolores. "
P ræterea poſuiſſe Iouem duo uaſa loquuntur "
A nte fores, primoq; domus in limine cœli, " Duo dolia
Q uæ ſint muneribus dandis mortalibus ægris " Iouis.
P lena, bonis aliud, peioribus illud abundet. "
E quibus, ut uoluit, deus omnia ſortibus æquis "
D iſtribuat generi humano, ſimul omnia miſcens, "
N unc bona, nunc mala, nunc læua, nunc lance fœcunda. "
C ui mala contigerint, curæ hunc exponit iniquæ, "
T riſtibus erumnis, miſeriq; laboribus æui. "
V iuet enim neq; dijs gratus, neq; gentibus ullis. "
S ic bona Peleo patri permulta dederunt,
I uppiter & diui reliqui: prægrandibus omnes
D iuitijs opibusq; potens ſuperabat, & acrem
M yrmidonas lata populum ditione tenebat,
S ortitus mortalis adhæc connubia diuæ.
N on tamen effugit duræ ludibria ſortis,
F ractus & ipſe malis: nec enim cara extitit ipſi
V lla domi ſoboles, me præter, in anxia natum
T empora, nec ſeræ uiſurum fata ſenectæ,
N unc procul à patria, bello ſpolijsq; ſuperba
V aſtantem tua regna manu, finesq; tuorum.
T e quoq; fœlicem quondam regnaſſe loquuntur,
E t latè imperium tenuiſſe potentibus armis,
Q uantum diues abhinc Lesbos paret, & reſonantis
V nda capax Phrygiæ circumfluit Helleſponti:

Tantis

T antis te regnaſſe opibus, te talibus auctum
T ot natis memorant, florem tranſiſſe iuuentæ.
N unc poſtquam ſuperi te tam crudelibus actum
C ladibus affecere, premunt te bella, uidesq́;
C ircum urbem triſtes pugnas cædesq́; tuorum
S emper, & aßiduo perfundi ſanguine campos.
V erum age, ſiſte pias lachrymas, mœſtumq́; dolorem
C omprime. prorſus enim nil proderit ille iacenti
E xanimi, neq; reſtituent uitalibus auris
E xtinctum lachrymæ, ſed peius & acrius ipſum
F orſitan afficiunt. ſic fatus, deinde quieuit.
Priamus Achilli. C ui ſenior Priamus: Ne uerò, maxime Graiûm,
V t ſedeam ne quæſo iube, dum caſſa ſepulchro
H ectoris oſſa iacent. quin tu nunc ergo ligatum
S olue age, ut aſpiciam, tecumq́; hæc munera ſumens
A ufer, & in patriam redeas fœliciter opto,
D um conceſſa tuo ſit munere uita ſuperſtes
H æc mihi, & æthereum ſpectem te uindice ſolem.
H unc toruè aſpiciens ſic reddidit acer Achilles:
Achilles Priamo. N e toties hortare ſenex, ut ſoluere pergam
H ectora. namq; uolens ſoluam, quia cærula mater
D iua Thetis, quæ me peperit, ſene nata marino,
A b Ioue iuſſa ferens uenit: qui reddere corpus
H ectoreum tibi me iubet. huic parêre neceſſe eſt.
T e quoq; neſcio quis deus huc comitatur euntem,
V t uideo. nec enim quiſquam, licet inclytus eſſet
V iribus, aut multum iuuenili robore pollens,
A uſus in hæc greſſus hoſtilia caſtra tuliſſet,
M ortalis neq; decepto cuſtode ferarum
C lauſtra reſoluiſſet. Quare hinc abſiſte querelis,
E t lachrymis impone modum, finemq́; dolori.
N on ego te quamuis humilem dimittere poſſem
H inc quóquam generoſe ſenex, niſi magna uoluntas

M e Iouis urgeret: nec fatus plura, quieuit.
T erritus his ſenior dictis parebat Achilli.
P rotinus ille ferox robuſti more leonis
P roſiluit, comitesq́; duos trahit, Alcimon, atq;
A utomedonta bonum, quos poſt confecta Patrocli
F unera, præcipuos coluit. tum lora reſoluunt
A' curru, atq; ab equis. & mox præcone uocato
M unera deportant tentoria in alta, relictis
P alliolis tantum geminis, tunicaq́; tegentes
H ectoris exanimes artus. tum mandat Achilles,
M embra lauent famulæ, conſpergant uulnera lymphis,
V ngentes oleo: ne fortè exangue cadauer
A ſpiciens Priamus, nimio ſeſe ipſe dolore
C onficeret miſer, & lachrymas renouaret inanes:
N e'ue ſenem, nimio fletu turbatus Achilles,
I nterimat. iam lauta leuant, curruq́; reponunt
M embra uiri, tunicaq́; artus pallisq́; tegentes,
A eacides lecto impoſitum componit. at alto
I n curru ſternunt ſocij, ſtratoq; reponunt
H ectoris exanimes lacerati corporis artus.
T um ſecum gemitu Pelides fatur oborto:
P arce meo Patrocle animo cariſſime nuper,
P arce apud infernos manes, umbrasq́; ſilentes,
S i fortè audieris me corpus inane parenti
R eſtituiſſe ſeni Hectorem: nam præmia magna,
D onaq; digna dedit, quæ tecum partiar æquè
A c decet. hæc fatus, repetit tentoria: pulchroq;
I n ſolio reſidens, quem liquerat antè, tacentem
A lloquitur Priamum: Tuus (inquit) filius Hector
N exibus exemptus, iacet intra limina, lecto
C ompoſitus: quod tu ſupplex paulo antè rogabas.
C ras ubi purpureos aurora reduxerit ortus,

Achilles Patrocli manes precatur.

Ipſum conſpicias, atq; in Troiana licebit
Mœnia ſublatum referas: nunc tempus, ut ægri
Corpora curemus, luctum & mittamus acerbum.
Fabula Niobes. Namq; & pulchra comas Niöbe poſtquam edita uidit
Funera natorum ter quattuor, obruta luctu
Indulſit menſis tamen, atq; alimenta recepit.
Sex etenim puerosq; mares, totidemq; puellas
Enixa eſt utero, quorum illos Delius arcu
Letifero occidit, tulit has irata Diana:
Quod ſe prætulerit Latonæ ſtulta parenti,
Quod geminos tantum Latona enixa tuliſſet,
Se bis ſex peperiſſe animo iactabat inani.
Hi gemini tamen hos omnes arcu atq; ſagittis
Confecere ſuis: qui ter tribus uſq; diebus
Ímmundo iacuere ſolo, ſine honore ſepulchri.
(Non etenim extabat quiſquam, qui corpora humaret,
Cum populum in lapides uertiſſet Iuppiter omnem)
At decima ſuperi miſerati luce iacentes,
Mandauere ſolo: ſic illa miſerrima natis
Orba tot egregijs, non eſt oblita ciborum.
Niobe in lapidem. Et nunc ad Sipylum uacuis in montibus illam
Stare ferunt lapidem, qua ſtrata cubilia nymphæ
Circum mille tenent Acheloïdes, atq; ibi gaudent
Ducere ſæpe choros. ubi quamuis ſaxea, diuis
Supplicia expendit. menſis nunc ergo uacemus
Nos quoq; diue ſenex, fructuq; ualente ciborum
Corpora curemus: tum demum luce propinqua
Ipſe tuum referes ſuper ardua Pergama natum,
Tum lachrymis illi perſoluas iuſta licebit.
Talia fatus, ouem mactabat protinus albam.
Virgilianum. Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant,
Atq; in fruſta ſecant ſocij, uerubusq; trementes

Infigunt

I nſigunt artus: Cereris tum dona caniſtris
E xpedit Automedon,carnem diſcindit Achilles,
P artiturq; uiris: ſic demum ante ora paratis
A ccumbunt epulis.poſtquam autem exemptus edendi
E ſt amor,& compreſſa ſitis,menſæq; remotæ,
D ardanides Priamus magnum admiratur Achillem,
Q uàm forma ſimilis dijs immortalibus eſſet,
C orpore quàm ualido,ſpeciem miratur Achilles
L aomedontiadæ, quàm uerba diſerta loquatur,
O s oculosq; tuens iamdudum & membra loquentis
O mnia.ſic poſtquam facto iam fine quierunt,
A lter in alterius defigere corpore uultus,
T alibus Iliades ſenior compellat Achillem.
D ijs genite Aeacida,placidam permitte quietem
N unc tandem precor,& ſine me requieſcere feſſum
T ot curis,fractumq; malis.nam tempore ab illo,
Q uo manibus,mea uita,tuis fortiſsimus Hector
O ccubuit,nulli uenere in noſtra ſopore
L umina: ſic miſerè crucior noctesq; diesq;
P uluere fœdatus canos.nunc corpora primum
F irmauiq; cibis,& uina ardentia ſumpſi.

Priamus Achillem rogat,ut ſe dormire patiatur.

T um ſocijs atq; ancillis mandabat Achilles,
A ccelerent ſternantq; thoros,& mollibus ornent
T egminibus,pulchrosq; aptent in ſtrata tapetas,
P urpureisq; aulea parent radiantia uillis,
O mnia regifico luxu,tum lampade ſumpta
C onſtrauere duos thalamos,tum fortis Achilles
S ubridens: I carpe (inquit) dulciſsima ſomni
M unera,diue ſenex: nec te res ulla moretur,
Q uo minus in thalamum hinc abeas,ne te quis Achiuûm
H uc ueniens (nam ſæpe ſolent in noſtra uenire
L imina)deprenſum obſcura ſub nocte Tyranno

Achilles Priamo.

N unciet Atridæ, qui me hæc tibi munera cogat
R eddere, & exanimes retinere hic Hectoris artus.
V erum ediſſere nunc, quot nato iuſta diebus
P erſolues, ut ego à pugna belliq; tumultu
C ontineam Graios totidem: cui talia fato,
Priamus Achilli. R eddidit iſta ſenex: Quod ſi placet (inquit) honores
V t nato exhibeam dignos (pulchrè omnia noſti
V t concluſi intra claudamur mœnia, ut abſit
C ædua ſylua procul, metuant ſimul omnia Troës)
F lere nouem permitte dies exangue cadauer,
Q uod decima mandemus humo, populumq; uocatum
A ccipiamus amico epulo, tum buſta ſepulchri
V ndecima ſtatuemus: & hanc, quæ prima ſequetur,
S i libet in pugnam uires producet utrinq;.
Achilles Priamo. R eddidit huic iterum contrà Peleïus heros:
E ſto ac ipſe iubes, magnæ rex inclyte Troiæ,
T empus ad hoc faciam pax certa ut conſtet utrinq;.
S ic dicens, dextramq; dedit, pacemq; ſequeſtram
F irmauit, ne quid metuat: ſic Troïus heros
E t præco dormitum abeunt, in limine uaſto
M ulta uolutantes animo: ſed fortis Achilles
I n thalamo cum formoſa Briſeïdæ ſeſe
O blectans iacuit. Iam dijq; hominesq; feræq;
C arpebant placidi ſuauiſſima munera ſomni:
S ed non Mercurium nocte hac ſopor ullus habebat,
Q uin uigil ingentes uoluit ſub pectore curas,
V t tutò Priamum caſtris educat Achiuûm.
A ſtitit ergo illi ſupra caput, atq; ita fatur:
Mercurius Priamũ excitans, hortatur ad abitum. D ormis, nec mouet ulla tuæ te cura ſalutis?
O incaute ſenex: qui ſic arma inter & hoſtes
H oc potes heu demens ſub caſu ducere ſomnos.
S ed uigila, poſtquam es magno dimiſſus Achilli:

Cui

C ui modò pro nato redimendo tanta dediſti
M unera, quæ ter tanta darent, tua pignora, nati,
V t te iterum uiuum uideant. nunc ergo ſoporem
E xcute: ſurge, fugam citus arripe, cuncta ſuperbus
I am ſciet Atrides, reliquorumq; agmina Graiûm.
T erritus his ſenior dictis, conſurgere mandans
E xcitat Idæum, deus ipſe adnectit habenas,
E t curru ſubmittit equos, tacitoq; per hoſtes Mercurius
D irigit inceſſu, ſtrepitus ne forte rotarum Priamo cur
A tq; equitum ſentire queant. iam tuta tenebant rum appa-
F lumina latiflui præruptaq; littora Xanthi, rat.
Q uem genuit diuûmq; parens hominumq; creator.
H inc ſe Mercurius celeri pede tollit in auras,
E t cœlum repetit, roſeos aurora iugales
I am cœlo extulerat, miſeris mortalibus almam Solis ortus.
L ucem reſtituens: miſeræ iam rettulit urbi
I nfœlix pater exanimem, ſua uulnera, natum:
N ec ſenſit reducem quiſquam prior omnibus ipſum,
Q uàm forma ſimilis Veneri Caſſandra ſuperbæ.
I lla patrem curru inuectum, uoce illa ualentem
P ræconem, fratriſq; iacens exangue cadauer,
P rima animaduerſum uidit, tum lumina fletu
P ulchra rigans, tales rupit de pectore queſtus:
A ſpicite, ô Troës, qualem licet Hectora, uoſq; Caſſandra
T roïades ſpectate cadauer inane perempti: mortem He
L ongè alium quando hunc in prælia nuper euntem ctoris de-
V idiſtis, iam ſic patriæ ſpectate relatum. plorat.
H is lachrymis dictiſq; omnem commouit & urbem,
E t populum. quis enim queat expers eſſe doloris
T am miſero in caſu? redeunti ad limina portæ
O ccurrunt hinc uxor amans, hinc anxia mater,
H ærentes curru: natum hæc gemit, illa maritum,

A mplexæ miſerum populo ſpectante cadauer.
E t ſic in lachrymis media intra limina portæ
D uraſſet populus, lucis naſcentis ab ortu
S olis ad occaſum, curru niſi triſtis ab alto
M andaſſet Priamus: ſpacium date, cedite eunti
O Phryges, hinc lachrymis plus indulgere licebit
Q uemq; domi. poſt hæc ſuper ardua Pergama uentum eſt,
S tratus ubi exanimis lecto componitur Hector
P erpulchro, molli, uarioq; toreumate ſculpto,
C antores circum miſeri lugubria fundunt
C armina: tum triſtes funeſta uoce querelas
I ngeminant mœſtæ Iliades, matresq; nurusq;.
Q uas inter caput infœlix amplexa mariti
A ndromache, tales rupit de pectore queſtus.

Querela Andromaches.

C ui me nunc miſeram coniux optate relinquis,
E t uiduam, & florentem annis miſerabilis æui?
S ic me, ſic puerum linquis, quem numine læuo
S uſtulimus miſeri? quem nunc manet exitus idem
Q ui me, qui reliquos, capiendæ mœnia Troïæ
Q ui nunc cunq; habitant, quos tu ſeruare ſolebas,
Q uorum tu ſaluator eras. nam ſemper ab hoſte
T e cuſtode nurus tutæ matresq; fuerunt,
Q uæ nunc heu Danaïs ſeruitum matribus ibunt.
C um quibus ipſa quoq; abripiar, paſſura cubile
Q uod metuo uictoris heri, paſſura labores,
V inculaq;, & quæ ſunt permulta indigna relatu.
A t tu care puer, uel me in grauia iſta ſequeris
O mnia, ſub domino laturus multa ſuperbo
Q uæ te non deceant: uel te fortaßis Achiuûm
A rripiens aliquis, turri demittet ab alta
P ræcipitem, patri iratus, quod uiderit olim
I pſius occubuiſſe manu natum'ue, patrem'ue,

Aut

A ut fratrem.ſiquidem multi periere ſub ipſis
H ectoris inuicti manibus de gente Pelaſgûm.
N am bello truculentus erat,nec parcere norat
Q uos ſemel arripuit.nunc illum luget ademptum
O mnis Troia uirum,lachrymasq́; effundit inanes
A nte ſepulchralem thalamum.Sed tu mihi coniux
O ptime,perpetuas lachrymas,luctumq́; relinquis
E t patri matriq́; tuis hei,quod mihi dextram
N on licuit dextra contingere fata ferentis
V ltima,nec mandare aliquid,nec reddere uoces
A cceptas licuiſſe queror,quo fallere curas
E t memor eſſe tui potuiſſem. Talibus illam
Q ueſtibus oppletam,circumſonuere frequentes
M atronæ lachrymis,& fœmineo ululatu.
 H inc Hecube gemitrix gemitus effundit aniles,
E t miſero triſtes hac rumpit ab ore querelas.
 H ector amate mihi,ante alios cariſſime fili, Hecubæ querela ſuper Hectore.
V iuus adhuc dijs gratus eras,qui nunc quoq; ſeruant
C orporis exanimi pulchrum decus,& tua curant
V ulnera,ne tabo aut ſanie putreſcere poſſint.
N unc mihi tot rapuit natos crudelis Achilles,
Q uos partim immenſi trans uendidit æquora ponti,
V el Samon adductos,uel in altam tranſtulit Imbron,
A ut Lemnon,portus infidos ſemper habentem.
T e ferro cæſum crudeli perfidus hoſtis
R aptat,agens circum defuncti corpus amici
P atrocli,quem tu triſti leto antè dediſti.
N ec tamen hoc facto uitam reuocauit amici.
R edditus ipſe tamen ſuper ardua Pergama Troiæ
N ate iaces,nullo confectus corpora tabo,
T anquam uiuus adhuc,& membra ſimillimus illi
Q uem pater ipſe ſuo Phœbus percuſſerat arcu.

D ixerat. at largo perfundens lumina fletu
T yndaris aſſurgit, funditq́; has ore querelas.
Helena mortem Hectoris deflet. H ector amate mihi, & nuper cariſſime leuir:
N amq; uir & coniux Paris eſt mihi, ſcilicet idem
Q ui tibi frater erat, qui me has aduexit in oras,
Q uæ tamen ô utinam perijſſem hos ante labores.
Q uattuor hic iam luſtra moror, quo tempore nunquam
I ratus miſeræ mihi uerba indigna dediſti,
A ſpera nec dictis mouiſti iurgia. ſed me
S i qua ſoror tua, ſiue ſocrus, ſeu frater iniquis,
S eu ſocer afficeret uerbis, tu ſæpe dolentem
S olatus, leuiſti iram. nunc ergo relictam
M e queror, exempto te te uitalibus auris.
N ullus enim ſupereſt alius, qui tam ſit amicus,
Q uàm tu nuper eras miſeræ mihi. Talibus aures
I mpulit aſtantum plangoribus, atq; ita latè
A tria funereo reſonabant omnia planctu.
Priamus ligna cædi iubet in pyram. D onec rex Priamus: iam nunc, ait, ite per altam
R obora cædentes ſyluam Phryges, ite, nec ullas
I nſidias fraudes'ue alias timeatis Achiuûm.
N am pacem mecum certam firmauit Achilles,
I n ſex & totidem ſoles, quo tempore ab altis
N auibus egreſſum me hodie in mea regna remiſit.
L igna alacres afferte pyræ conciſa locandæ.
S ic ait: illi alacres mulos curruſq́; parabant,
E t plauſtris iunxere boues. mora nulla, parati
C onueniunt omnes in eodem limine portæ,
I n ſyluamq́; abeunt. ſonat icta ſecuribus ilex,
R oboraq́; & quercus, ac ter tribus inde diebus
M ateriem cædunt, plauſtris & curribus omnem
Crematur Hector. C onuectant: decima ſtruitur pyra, ponitur Hector
D eſuper exanimis. poſt hæc alimenta ferentes

Subijciunt

S ubijciunt flammis, & auara incendia miſcent.
P oſtera iamq; dies primo ſurgebat Eoo,
C onueniunt, nigroq; ignes extinguere uino
I ncipiunt. multis lachrymis albentia fratres
O ſſa legunt cinere è medio, & candente fauilla,
A tq; urnæ includunt auro ex meliore paratæ,
Q uam molli circumſeptam uelamine terræ
D efodiunt, circumq; locant ingentia ſaxa,
A tq; ita honorati ſtatuunt monumenta ſepulchri.
I nterea uigil excubias cuſtodia ſeruat,
F initimis impoſta locis, ne forſan Achiui
T entarent aut ſigna loco mouiſſe ſepulchri.
H is ita legitimo perfectis ordine rebus,
I n ſua quiſq; abeunt redeuntes limina, poſthæc
S olennes de more dapes funebria nato
A pparat ipſe ſenex Priamus, populumq; uocatum
O mnem epulis adhibet. Sic Hectoris inclyta magni
F unera ſunt celebrata, atq; oſſa incluſa ſepulchro.

Vino ignem extingunt. Oſſa colligunt, & in auream urnam reponunt.

ILIADOS HOMERICAE
AB [redacted]
Latinitate donatæ
FINIS.

B A S I L E AE.
IN OFFICINA [redacted], MENSE
Septembri. Anno
M. D. XXXX.



CASPAR SCHETVS COR-
VINVS, MERCATOR ANT-
VERPIANVS,

M VSAE, quæ liquidis tranſcēditis aëra pennis
O ſemper faciles in mea uota Deæ,
S crupea Parnaßi ſeu uos, Pindi'ue crepido
S eu uos Dircei fluminis unda tenet.
E t Faunos, Satyroſq; iuuat, Dryadaſq; puellas
V iſere, & agreſtum numina ſenta Deûm.
I te procul montes ubi ſe fert Heßia in altos,
Q uæ ſunt ſyluicolis iugera plena Deis.
V iſite quæ lambit ſinuoſo uortice Lanus,
Q uæq; feri nomen mœnia Martis habent.
I llic de notis compellite uatibus illum,
P ræ cuius ſcribi nomine Phœbus amat.
I lleq; ter Scheti per te mihi nomine Clio,
S alueto, Heßiaci gloria prima ſoli.
V iuere (ſi ſacris pia numina uatibus eſtis)
N unc mihi perpetua poſſe ſalute uoles.
S iq; quid ad ſalſi mercator flumina Scaldis
S edulus incipiam, conficiam'ue roget,
V iuere me dices, ſed ſic ut uiuere nolim,
N on eſt in tantis uiuere uita malis.
H eſſe, hoc arentis ſi unquàm molimina febris
S enſiſti, ſicco gutture longa, ſcies.
M e miſerum nuper uiolenti uulnere triſtes
P ræcipitem in thalamos impetus ille dedit.
S æuaq; contractas populata eſt flamma medullas,
Q ua non deterior dicier ulla poteſt.
I gnibus immiſcens quæ incerto turbine frigus,
A lterno titubans itq; reditq; die.

Iamq; parans abitum conſuetas negligit horas,
Sed leuibus cauſis mox reuocata redit.
Hinc ego Pæoniæ iaceo malè ſubditus arti,
Hei miſeri quibus hoc uita tuenda modo eſt.
Pharmaca nunc taceo, & pilarum mille figuras,
Quæq; importunis ſtant aconita cadis.
Vix poſſum medico niſi prælibante ſeuero
Diluta ex tepido ſugere uina ſcypho.
Et niſi depoſitum quadra licet eſſe notata,
Eſtq; manum in patinas inſeruiſſe nephas.
Scilicet iſta ſolent pueros uexare, ferenda
Quæ mihi ſunt uicto per mala fata uiro.
Viuo tamen, mecum & melius mea Pontia *uiuit,*
Quam mihi perpetuo fœdere iunxit Hymen.
Illa licet noſtrum queritetur pallida morbum,
In uiduo poſtquàm eſt ſola relicta thoro:
Et melius quanquam ualeat me, blanda ſuſurrat
Me ſaluo melius poſſe ualere tamen.
Si non tarda fluant inamœnæ tempora noctis,
Simq; ego perpetuus nocte dieq; comes.
Nempe Machaonij *nimis hoc uetuere magiſtri,*
Turba Dionæis *inuidioſa iocis.*
Sed iam prima aderunt reſoluti tempora ueris,
Quiq; piæ matris nomina menſis habet.
Ille fauillatos iecori reparabit amores,
Atq; nouo uacuos inſtruet igne ſinus.
Tunc tua connexis uoluar per colla lacertis,
Nulla uiro fuerit nox ſine, nulla dies.
Interea priſcas reddant bona tempora uires,
Lethargo uegetent & fugiente latus.
Debito ut accipias maturos tempore fructus,
Quæ noua nunc herba eſt cum tibi meſſis erit.
Qui prius autumnum quàm Pleïas *orta reduxit,*

Poma

P oma legit, fructus diſsipat ipſe ſuos.
P ontia ſed tecum ſatis eſt nimiumq; iocatum,
N on tibi, uerum Heſſo ſcribimus iſta meo.
I lle malis Schetum tantum non perdier horis,
Q uæq; ſit imbelli lucta obeunda, uidet.
I am caſus Eobane doles. melioraq; diuos
N i fallor, multa religione rogas.
N ec te tam iuſtis inamœna ſilentia cauſis
T empore iam longo continuata mouent.
N on promiſſorum maleſida obliuio, quamuis
D ebita uix habeat uel ferat arma latus,
P ugio, nam memini, datus eſt tibi tempore ab illo,
Q uo mihi Martburgi eſt uiſa corona tui.
S ed qui tum datus eſt, longo poſt tempore miſſus
V ix deſiderio par fuit ille tuo.
D a ueniam faſſo, ſtupuit mens percita morbo,
I pſa ſui in tantis neſcia facta malis.
N ulla ueternoſo ſubiere Eobane, fuiq;
I mmemor atq; tui, atq; immemor ipſe mei.
N unc primum laſſo diſcedo uictor ab hoſte,
A tq; recens ſpolium de pereunte fero,
V ix modò languentes reparatis uiribus artus
I ncipiens tremulo in publica ferre pede.
V rget adhuc multa tamen hic me parte moleſtus,
D um ſanum ægroti uiuere more facit.
D efunctumq; iubet ſæuus renouare dolorem,
D um premor inuitas huc facere inferias.
S cilicet eſt certo ſudandum tempore, certis
N iq; horis iuſſas non licet eſſe dapes.
N i faciam, ſubitò ueluti rediuiuus oberret
V anus, & infuſo territet oſſa gelu.
H orrorq; ex humeris calces decurrat ad imos,
F rigidaq; exangui palleat ungue manus.

S ic mihi in hoſtiles uano conamine lucta,
Q uod mirere, umbras Heſſe gerenda fuit.
N on aliter taciturus eram, non te Heſſe relictum
I nq́; ſalutatum præteriturus eram.
N amq; bonos non eſt (fidos licet inter amicos)
S eruandi cuſtos fœderis Harpocrates.
M utua diſſociat coniunctáq; corda. ſitumq́;
O bdit amicitijs, conticuiſſe diu.
E rgo te miſſa rupuiſſe ſilentia cartha
I uuit, & ingratam præſecuiſſe moram.
H ei mihi letitiæ quantos ſimul intulit æſtus,
I nq́; animum fudit gaudia quanta meum,
L ittera, quæ Aonidum celebri comitante caterua
I n medijs fulſit limpida turbinibus?
N on aliter quam ſi nebula fumante, coruſcum
P hœbus inaurato proferat ore iubar.
N am te nulla quidem dimittere carmina certum eſt,
Q uæ non permultis ſint comitata Deis.
P er medium Iani tunc cum data charta ferebar,
T riſtis & amuſæ pars quota plæbis eram,
P rotinus ut legi, turbatum numine pectus
H orruit, & triſtes erubuere genæ.
P arce Panompheo ſoboles iucunda parenti,
T urba iuuentutis tempore culta mihi.
C um uaga ſubmiſſis crocitarem carmina cannis,
E t canerem indocta ruſtica uerba lyra,
P arce precor, fugiatq́; nouus de pectore terror,
N on ego deſerui numina ueſtra lubens.
T. ractaui citharas quondam dum fata ſinebant,
P luráq; iam nota doctius arte canam,
N i ſtudia in primis florentia gnauiter annis
I nterrupta graui de genitore forent.
C um iuſſit ſpretis mercatorem eſſe camœnis,

Meq;

M eq́; nouas docuit ſedulus ipſe uias.
S æpius ingeminans, ſtudium ſine fruge relinque,
I mpendeq́; horas in meliora bonas.
M æonides uatum caput hoc de munere nullas
C ollucratus opes, Vergilius'ue fuit.
F ac tibi pſallatur, magis hoc te namq; decebit,
Q uàm olim mendica concinuiſſe lyra.
P luraq́; commota titubans per iurgia lingua,
Q uæ cholera & bilis fingere flaua ſolet.
F orſan & hoc fuerat tamen à genitore ferendum,
N amq; uoluntatis ius habet ille meæ:
Q uod ſpiro, illius eſt, quod uiuo, quod ualeóq́;,
I lle fuit ſtudij cura, caputq́; mei:
N oſtra niſi inſultetq́; in carmina garrula mater,
N eſcio quæ blaterans in mala uerba Deas.
S ed taceo, diuos ne uerba procacia tangant,
N e'ue traham turpi ex impietate notam.
T u fuge & obſcuras procul hinc pete Næuia ſyluas,
N on ea turbanda eſt hoc Camarina loco.
N unc mea quo poſſum, non quo uolo, carmine teſter
G audia, perpetuis æquiparanda bonis.
G audia per noſtram non enarranda camœnam,
C enteno quanquàm gutture & ore boet.
N amq; ego ſi cupiam uerna inconſtantius aura
P ectus, & inſtabilis dicere mentis opus,
V t noua diuerſum per gaudia mille uolutet
S pes animum, & tanti nominis Heſſe decus,
V rceus inſtitui cæptus porro amphora fiat,
L itera & ingentem creſcat in hiſtoriam.
A t ſatis eſt dixiſſe tibi, qui gaudia uatum
N oſcis, nil donis gratius eſſe tuis.
D iua poëtarum, & paucis bene nota uoluptas,
S cilicet eſt cunctis anteferenda bonis.

Quem placido recreat ſecretum lumine Clio,
Hoc nihil in terris lætius eſſe poteſt.
Hæc animos ſoluit curis, & in æthera tollit,
Viuere mortales hæc ſine morte facit.
Certè ego (ni ueterum fallant præſagia uatum)
Effugiam flammas funeris Heſſe mei.
Atq; tuo uiuam defunctus carmine, fama
Conſpicuus calami non moriente tui.
Qui modò ſi arenti cecidiſſem uictima febri,
Iam fueram obſcuri caſſa fauilla rogi.
Nomina nec cuiquam patuiſſent noſtra nepotum,
Nomina uiſceribus contumulata ſuis.
Sed mea me famæ ſeruarunt fata ſuperbæ,
Iuſſere Heſsiacis & ſupereſſe modis.
Nam modò (me uatis ſi non data dextra fallit,
Vlláq; ſit muſis carminibúsq; fides)
Cuditur, & Scheti ſub nomine magnus Homerus
Romana tandem ſub ditione uenit.
Quem non ulla queat carioſa abolere uetuſtas
Dum titulum imperij Roma ſuperba feret.
Dum Germana colet Muſarum ſacra iuuentus,
Dum crepet Auſonia Saxonis ora lyra.
Non poterit ferrum, non ulla iniuria diuæ
Quæ furit inſtabili lumine caſſa rota,
Perdere opus tantum, mundi niſi tempore moles
Vaſta ſimul claudo quo ruet eſca Deo.
Et tu dum medio pendebit in aëre tellus,
Ponderibus tantum conſtabilita ſuis,
Heſſe eris Italiæ Romanus uindice nullo,
Plurima poſt primus ſecula Mœonides.
Ille licet priſcis latiali Mincius ore
Iliacam Oenotrijs ſcripſerit hiſtoriam.
Dum uafri Aeneæ docta ſub imagine adumbrat,

Plurima

P lurima Vlyſſeæ paſſa pericla rati.
T u tamen iſta canis fida magis Heſſe camœna,
O rdine traducens non uariante librum.
G arrula quo uarias arrexit Græcia criſtas,
H actenus inſultans terra Latina tibi.
I nclyta quod nullum nutriſſet Roma poëtam,
Q ui non Auſoniam hoc fonte petiſſet aquam.
S ed nunc & criſtas & inania murmura pone
G ræcia, iactandi te omnis adempta uia eſt.
S myrna, Rhodos, Colophon, uni iam cedite Romæ:
S ufficit, & ſatis eſt Romula lingua ſibi.
M æonij poſtquàm fontes & flumina uatis
I n Latium larga tranſtulit Heſſus aqua.
N am (me ni cupidæ fallant præſagia mentis)
F onte ſuo riuus ditior iſte fluet,
A tq; uehet meriti tibi carbaſa plena triumphi,
E t uaga nominibus lintea picta tuis.
C ætera magnanimos & quæ decuere triumphos,
S tabunt ſigna altis conſpicienda foris.
F allorq;, aut Muſæ & claræ circumflua claſſi
T urba natatricum uitrea Naïadum,
E t Satyri, uel quos umbroſa habet Heſſia Faunos,
(S yluanos capiat ſi tamen unda Deos)
H eſſe caput uatum uiuas, Heſſe, Heſſe, ſonabunt,
S ummum Romani nominis Heſſe decus.
F orſitan & mæſtum demittens Græcia uultum, &
L umine Smyrnæus deficiente ſenex.
T u quoq;, Munichijs quondam tutela carinis
P urpureis Pallas iam pudefacta genis,
A nte triumphales ignoto in flumine proras
I bitis, exigua præuia turba ſcapha.
E t modò contemptæ dabitis ſpectacula Romæ,
C um uos attoniti Tybridis unda feret.

Ille Cayſtræo ſaliens de gurgite riuus,
Tybride collectas exonerabit aquas.
Cuncta ſimul recto deuoluens tramite in urbem,
Olim quæ armigeri eſt ſemine nata Dei.
Celſus at ante omnes aurata in puppe poëta
Ibit ouans, libros & feret ipſe nouos.
Purpureo tectos uillo, bullisq́; ſuperbos
Auratis, Graio compoſitosq́; modo.
Circumfuſa uehent nauim, mirabile, olorum
Agmina, Sithonia candidiora niue.
Porrectisq́; gerent aurata monilia collis,
Queis puppim tenui ferre rudente queant.
Non ſecus aurata Magnus Pompeïus axe,
Inuectus niueis turgidus ibat equis,
Tenderet Eoo quondam dum uictor ab orbe,
Ad Capitolini tectá ſuperba iugi.
Porrò Palatinus pompam expectabit Apollo,
Et ſua Romuleis inſtruet ora modis.
Ipſe ſuum celebri cantans pæana coronæ,
Verba Quirinali per numeroſa lyra,
Heſſe, feret uictor petulantum magne Pelaſgum,
Macte animo, noſtræ es urbis & orbis honos.
Ornabitq́; ſimul uictrici tempora lauro,
Suſpendetq́; ſuis Graia trophæa tholis.
Cætera quid referam, quæ tactum numine pectus
Fingit, & á ſuperis ſomnia miſſa Deis?
Somnia non uana Lacheſi conſpecta ſub ulmo,
Sed quibus indulſit cornea porta uiam.
Dicere plura queam, ſed dicere plura decebit,
Ordine cum fuerit pompa peracta ſuo.
Ordine tum liceat uiſo memorare triumpho,
Heſsia quanta ſit hic gloria parta tibi.
Namq́; (tuo ſi eadem ſit adhuc ſententia uati)

Ipſe

Ipſe triumphantis pars quota puppis ero.
Hei mihi, quò trepidum ducis me Eobane? uerebor
  Pannoſus Clarij uiſere templa Dei.
Inq; tuo ignauus procul apparere triumpho,
  Et miſero miles dirutus ære uelut,
Diſcolor albentes ſi anſer natet inter olores,
  Neſcio quid rauci murmuris ore rotans.
Candidulo'ue indigna magis pulla agmine carmen
  Ipſa ſuum in medio fortè tetrinet anas.
Nonne ferat frontem rebus Melycerta periſſe,
  Cygneum impediat ſi improba turba melos?
Túq; cupis niueæ coruum immiſcere cateruæ,
  Accrocitet χαῖρε ut ſcilicet ille ſuum.
Crede mihi ſoluent paßim Neptunia riſum,
  Omnia quæ uaſtus numina pontus habet.
Illaq; littoribus modò circumfuſa cachinnos,
  Monticolûm tollet turba petulca deûm.
Forſitan & rerum hac facie turbatus Apollo,
  Et reliquus diuûm Pieridumq; chorus.
Queis coruus, coruiq; nouo ſub nomine Schetus,
  Cognitus à teneris unguibus iſte fuit.
Non feret, auerſo demittens lumina uultu,
  Coruini tantum nominis Heſſe decus.
Inter aues albas uetuit conſiſtere Coruum,
  Damnoſa offenſus garrulitate deus.
Viſoq; hic rurſum, pallente Coronida uultu
  Ploret, præcipites increpitetq; manus.
Phœbe pater, uereor ne ſint tibi noſtra dolori
  Nomina, neu gemitus ſint tibi cauſa noui.
Nam deſertorem noſcet prodetq; Thalia,
  Purpuream quaßans torua minaxq; manum.
Ipſe licet multa uelatus tempora lauro,
  Adnitar claßis me ſimulare tuæ.

Vt miſer auriculis Cumis deprenſus aſellus,
 Dum regem aſſumpta pelle leonis agit.
Inueniar cultu uel moribus eſſe prophanus,
 Arte ſit ingenium deficiente palam.
Emeritus fateor Muſas Phœbumq́; reliqui,
 Mercator multa ſedulitate nouus.
Ire tamen (quanquàm fuero tibi fortè pudori)
 Audebo, quò me cunq; Eobane uoles.
Vltrò & delatos non auerſabor honores,
 Ruſticus ut magnos pallidus ante uiros.
Affectata nimis forſan ſit gloria crimen,
 Atq; trahat ſtulta de leuitate notam.
Ipſa eadem neglecta nimis (me iudice) maius,
 Crimen, & inſulſæ ruſticitatis erit.
Nam quicunq; ſuæ ſpernit præconia famæ,
 Quercubus alpinis adnumerandus erit.
Nil moror ergo, ſequar, quò me uis ire paratus,
 Quid deceat ſcire eſt muneris Heſſe tui.
Si dignus mercator homo eſt, opifexq́; prophanus,
 Qui ſit in Auſonio dux'ue comes'ue choro:
Qui ſua diuino præmittat nomina libro,
 Cuiq; dabunt Latio ſæcula nulla parem.
Si tibi ſum tanti, tantum mihi me eſſe iubebo,
 Iudicioq́; tuo quoslibet ante ferar.
Forſitan & Muſæ, nec iniquæ mentis Apollo,
 Si memores priſcæ ſedulitatis erunt,
Non pauidum explodent, cæptusq́; Eobane triumphus
 Non minus admiſſo Caſpare diuus erit.
Namq; olim niueis ales Phœbeïa pennis,
 Tale feret nudam non meruiſſe fidem.
Sitq́; licet nigras uerſus modò coruus in alas,
 Laurigeri iactat ſe tamen eſſe dei.
Nec fore perpetuas ſperat ſibi numinis iras,

Neſcius

Neſcius in culpa criminis ipſe ſua.

Ergo ſequor, nec ero poſthac tibi pompa pudori,

Turbabunt nullos nomina noſtra Deos.

Nec tamen inficiar bene te monuiſſe ſodales,

Eſſe hæc herois attribuenda uiris.

Tali equidem fateor debebas Cæſara *dono,*

Saxonium'ue tibi demeruiſſe Ducem.

Quem'ue habet Auſtriacum *nemoroſa* Boëmia *regem,*

Quem'ue colit uarijs Heſſia *picta iugis.*

Seu quos antiquo ueterum de ſtemmate regum,

Suppeditat iuuenes Teutonis *ora tibi.*

Qui poterant larga diffundere munera dextra,

Præmiaq́; inuicto digna labore dare.

Ipſe tamen uereor (liceat modò uera fateri)

Ne nimium herois eſſe putemus opus:

Purpura, & auratis circundata colla catenis,

Et dare quæ fallax curia uerba ſolet,

Scilicet ignaro poſſint imponere uulgo,

Sed nos hunc fucum nouimus eſſe nihil.

Credo equidem poterant, ſed quid potuiſſe iuuabit,

Tantundem nequeas cum uoluiſſe iuuet?

Scimus obæratos auro ſplendeſcere, & amplos

Pollicitis duci uelle, nec eſſe uiros.

Crede mihi, inuenies amuſos omnibus aulis,

Viuida cœleſtis ſpernere dona lyræ.

Nobiliumq́; animos ſimul experiere prophanos,

Ingratos Muſis carminibusq́; tuis.

Plumbea nunc duro ſubierunt ſecula ferro,

Vel ſi quid plumbo uilius eſſe poteſt.

Nobilibus poſtquam perijt ſua gloria factis,

Et manet in ſolo nomine nobilitas.

Nil niſi diuitiæ, & regnandi dira libido,

Nomen apud noſtros nobilitatis habet.

Omnis ubi tanti eſt quantum corraſit in arca,
  Nullus ab ingenio dicitur eſſe aliquid.
Hei mihi, ſeruandis quo tempore digna poëtis,
  Priſca heu quo uirtus nobilitasq; ruunt?
Dicere relligo eſt, tamen eſt dixiſſe neceſſe,
  Dicere ne hæc aliqua me leuitate putes.
Nobilium hoc fuerat forſan de plebe ferendum,
  Extra ſe ſtupidi qui didicere nihil.
Nulla ſed in ſummis ſtudia eſſe Eobane Monarchis,
  Muſarum in myſtas Pieridasq; uides.
Vatibus imperio cuius uaga machina mundi
  Subiacet, Auſtriaci principis aula uacat.
Doctorumq; altrix neſcit tamen illa Maronem,
  Regia Liligeri principis ampla ſuum.
Vt reliquos taceam, quorum te turba fatiget,
  Omnes uerboſus ſi memorare uelim.
Qui Muſas Phœbumq; ut inania numina rident,
  Deliramenta & carmina noſtra uocant.
Crede mihi, monſtrum ſit noſtri temporis aulæ,
  Ingenio Muſas qui meliore colet.
Occidit Auguſtus, noſtro irreparabilis æuo,
  Nulla eſt Mœcenas in regione uetus.
Ipſe licet uenias magno comitatus Homero,
  Nulla feres reges qualia dona decent.
Vt multum accipias, uix hoc tamen euenit ipſum,
  (Talis in amuſo eſt agmine barbaries)
Applaudent forſan doctoq; nouoq; labori,
  Atq; euge & pulchre, ſed ſine mente ferent.
Scilicet, hic ille eſt Eobanus, muneris inſtar,
  Extentum & digitum prætereundo feres.
Nam laudant, redduntq; uiri bona uerba potentes,
  Sed bene laudato nil datur ingenio.
I nunc, cumq; tuo dono quære atria regum,

Perdere

Perdere ſi cupias Heſſe oleum atq; operam.
At quò lingua ruis, cunctis quaſi libera uinclis?
Quid labra aut dentes hic habuiſſe iuuat?
Altitonans queis te muris compeſcuit heros,
Nimirum ut tarda & præmeditata fores.
Et ſi tarda fores, ſi non temeraria, Regum
Conſcia debueras diſsimulaſſe mala.
Ne mihi famoſo parias de crimine nomen,
Neu grauis ingenio ſit data culpa meo.
Naſonem imprudens aduerſus Cæſara lingua,
Extorrem Scythicis compulit eſſe Getis.
His ego debebam monitis celaſſe, prophanæ,
Quicquid nobilitas ruſticitatis habet.
Aut ſaltem innexis obſcuro ænigmate ſpiris,
Prodere ſimplicibus nón capienda uiris.
Sic quod non dixem, poteram dixiſſe uideri,
Scilicet edoctum paucula uerba docent.
Ah nimium euomui, Neſcit uox miſſa reuerti,
Séd uolat haud ullo reſtituenda modo.
Iamq; uelim claras me hæc non poſuiſſe ſub auras,
Ni tua ſoletur nos Eobane fides.
Quoq; mihi, quoq; ipſe tibi coniungor amore,
Dicta ſatis tutis auribus iſta putet.
Certè ego quæ toti tam ſunt bene cognita mundo,
Crediderim tecum diſsimulaſſe nephas.
Ipſe Pægaſides non me reticente ſilebunt,
Talia at ad ſatrapas te properante ferent.
Heſſe tuo'ne petis cum carmine neſcius aulam?
Hei mihi quantum olim non petijſſe uoles.
Arcadicis fruſtra, cytharæ pulſantur aſellis,
Quis uiolis turpem ſternere quærat haram?
Fruſtra pompoſis decantes carmina bardis,
Non intellectos extulerisq; modos.

Q uære aliquem cui ſint Muſarum numina cordi,
 Q uiq́; ſagax tantæ ſentiat artis opus.
E t poteras Eobane alios, nam uera fatebor,
 Q uàm nos in proprio reperiſſe ſolo.
N am poteras uates donare hoc munere uatem,
 A uerſæ excipient nomina noſtra Deæ.
S ed ne te toties eadem repetita moleſtent,
 N ec tollam, nec humi me amplius ipſe premam.
F orſan Achemenijs quanquam nec ſcrinia gazis,
 A mpla nec aurifero diffluat amne domus:
V nus at è multis, populi pars ſimq́; latentis,
 E t nullo ueterum ſtemmate natus eques:
G ratior inueniar, quàm ſi Ionckherus oberrem,
 A ulicus aurato conſpiciendus equo.
M agnificusq́; alta de illuſtri nomine cunctos
 P endere attonitos ambitione putem,
M e propter me digna ferens quæcunq́; potenti
 I nferior noſtra conditione daret.
S cilicet aut patriæ es nimium excæcatus amore, aut
 F aſtum hunc Teutonica in nobilitate uides,
H eſſe: at ſi patriæ quatiat te iniuria leſæ,
 T alibus obtures obuius ora mihi.
N il uaga ab occiduis qua lux demittitur undis.
 T ithoni roſeam coniugis uſque domum,
E ſſe Brabantiaca Burſa inconcinnius uſquam,
 M ercatorum uncto barbarius'ue choro.
H ei mihi, difficile eſt notam defendere culpam,
 D o gemitum, uera hæc quod nimis eſſe ſciam,
B arbara ſecta hominum ſophiæ contraria caſtæ,
 F ortunæ præter numina nulla colit.
Q uæ'ue iubet multo Regina pecunia luxu,
 E t uigil aſſiduo cura labore ſtupens.
C ura Cytheriadum peſtis manifeſta ſororum,

A uri præcipuè quæ ſitibunda gemit.
S cilicet egregium ponunt ſuper omnia nummum,
N il reliquum Muſis carminibus'ue loci.
T urba ſibi authorem ſtatuit tamen improba diuum,
B arbariemq; ſuam quo tueatur habet.
O ſtendiſſe uiam technis, ſtudijsq; prophanis,
M ercurium dicunt: non tamen ipſe puto.
T alem etenim nec nos: quid enim magis ἄθεον ἐστὶ
M ercurium nec nos credimus eſſe deum.
T ale'ne Di monſtrum ſancto dignentur Olympo?
S iccine deliret Regia ſumma Deûm?
T alem equidem magni credam Iouis eſſe miniſtrum?
M oroſum, ignauum, difficilemq; ſenem?
C rediderim potius Stygij Plutonis alumnum,
Q uiq; fatigato nauta Charonte foret.
N am uideo geminos ſub eodem nomine diuos,
M ercuriumq; ſuum regia Ditis habet.
V t foueat Muſas, & numina culta dearum,
S emper Apollineæ deditus ille lyræ.
I mpediat cupidos ſacro de fonte poëtas,
N ympharum infenſus barbarus ille choro.
E t ferus Eumenidum trahat agmina dira ſororum,
C raſſaq; Cocyti pocula prompta uado.
H unc ueſtræ authorem fraudis finxiſſe licebat,
V os hic Tartareis detinet in tenebris,
O mercatores, melioris neſcia uitæ
P ectora, & in doctis prodigioſa uiris.
E ſſe quid hoc dicam? propriam mihi uellere barbam,
N eſcio qua iubeor præcipitante Dea.
P arcite Burſales, tanta eſt uiolentia Diuæ,
Q uæ nudæ curam ſimplicitatis habet.
N on equidem potui diuos compeſcere motus,
H ærens in ſimili quamlibet ipſe luto.

H æreo, nam fateor: fatear ni, hærere uideb or,
C ulpaq́; deprenſo crimine maior erit.
Q uotidie ad medium rugoſus inambulo Iani,
S ollicitiq́; uagor pars miſeranda gregis.
S ed non ſola animos urget mihi cura lucelli,
Q uæ ue mouet reliquos, me quoq; cauſa mouet.
E loquar an taceam, poterit quod credere nemo,
M uſarum in turba hac numina mente colo.
N am quanquàm uidear iam dedidiciſſe latinè,
N il niſi materna aut gallica uerba ſonans,
N on tamen (ipſe uides) latiali muſa teneri,
A' componendo carmine noſtra poteſt.
D ifficile eſſe feres, ſed tendit in ardua uirtus,
Q uærens difficili maius ab arte decus.
N il tam difficile, quod non Eobane uoluntas,
E t facile et poſſit reddere pronaleue.
A dde quod & ſtimulos addit ſublata facultas,
I ngenium in uetitum pronius omne ruit.
N am cœlum & uaſti teſtor tibi numina mundi,
Q uod mihi ſint Stygij numina dura ſenis.
D icere uix auſim, quæ ſtet ſententia menti,
N e fidus patri iudicer eſſe parum.
D icere ſed certum eſt, fugiam quo nomen inertis,
E t poterit dicti neſcius eſſe pater.
V el ſi reſcierit, non ſunt mihi iurgia tanti,
V t magis amuſi nomen habere uelim.
Q uod niſi me impediant adamati iuſſa parentis,
O ſtendam Burſæ terga Eobane meæ.
H oc tibi credibile eſt, uatum cui nota uoluptas,
Q uæ dare Muſarum turba nouena ſolet.
N omine cenſere hoc tibi me prohibebit eodem,
V is cum Mercurio quo agmina barda ſuo.
N amq; uides ſupereſſe imis mihi ſemina fibris

Callio-

Calliopes quondam ſemina ſparſa manu.
Quaſſa etenim noſtra eſt nauis, non obruta ponto,
Et tantum portu flatibus acta caret.
Ergo licet longo nunc torpeat obſita muſco,
Muſa ueternoſo languida Mercurio,
Carmina nos Eobane tamen legiſſe iuuabit,
Quæ tu Parnaſſi culmine lecta canes.
Prompta'ue Hyanteis ſacriſq; Aganippidos undis,
Quas'ue fouet diuo Græcia tota ſinu.
Scriptáq; nunc primum numeris donata latinis,
Et de Smyrnei fonte petita ſenis.
Nam mihi lætitia trepidant tum corda, triumphos
Intus & ingenij uis iuuenilis agit,
Cum feror in magni numeros & carmina Phœbi,
Carmina iudicio ſemper amata meo.
Non aliter quàm qui peregrino captus in orbe,
Exul & obſcuro carcere uinctus erat,
Si tandem patriæ & charis reddatur amicis,
Geſtit, uixq; animum continet ipſe ſuum.
Cumq; ſuis iterat largo conuiuia uino,
Penſat & inſolito tedia longa ioco:
Sic ego commota uoluam tua carmina mente,
Impediet curſum non pater ipſe meum.
Ipſa Deo plenas mulcebunt numina fibras,
Et rapiar, gaudes quò tu Eobane rapi.
Hei mihi cede aurum, & magni tu cauſſa furoris
Gaza, malum domino pondus onuſq; tuo.
Quæ non ſollicitas potis eſt componere mentes,
Semina ſed curis colligit ipſa ſuis.
Quærere nam cura eſt, cura eſt quæſita tueri,
Finemq; hunc noſtri ſumma laboris habet.
Vilia miretur uulgus licet illa prophanum,
Diuitis ad digiti turba mouenda ſonum.

Vilia uilis amat: ſed ſpendida pectora uatum,
Non populi ingenium iudiciumq́; mouet.
Olli fœlicem, placidam cui nulla quietem.
Turbabit mentis ſollicitudo, ferent:
Muſarumq́; chorus cui, luctus neſcius omnis,
Pocula Caſtalia plena miniſtrat aqua.
Cedere carminibus reges, regumq́; triumphos,
Cedere & è Pharijs marmora cæſa iugis.
Quaſq́; legit rubro fœlix in littore gemmas
Mœdus, & à ſicco ſidere fuſcus Arabs.
Quæq́; ſub adductis argenti pondera ſyluis,
Viſceribus nutrit Teutonis ora ſuis.
Queis equidem aſtipulor, quamuis peiora ſecutus:
Scilicet atra ſequor, candidiora probo.
Teq́; ego fœlicem præcunctis uiuere credo,
O uatum noſtri temporis Heſſe caput.
Cuius ab extremis ſpaciatur fama Britannis,
Qua fert rugoſum terra peruſta piper.
Qui nos è tacitis euellis ſponte tenebris,
Et notum externis gentibus eſſe facis.
Nunc etenim aut fallor, magno aut ditatus Homero eſt,
Deq́; tuo Schetus nomine nomen habet.
Ah peream, tantum ſi compenſare recuſem,
Noſtriq́; æternum ſanguinis Heſſe decus.
Di nobis tribuere ſatis, liceatq́; fateri,
Arte etiam deceat qua docuere frui.
Talia nos gratos, ueterum maiora triumphis,
Expectare animos nouimus officia.
Quid magis in terris optandum, dicite porrò,
Si quibus ingenij uis melioris ineſt:
Mortali quàm ſi mortalia uincere fata,
Grandius humana conditione queas.
Quod mihi præſagum pectus te uindice ſpondet,

Ionq́;

I amq́; facit pulli ſpernere iura coli.
C harta tamen Scheti quondam quæ nomen habebit,
(Q uod tua quo cupiam littera ſine rogat)
L impida Dyrcæo madefactis gurgite cannis,
V erba ferat certo continuata pede.
I nſurgat numeris, & tollat ad æthera criſtas,
O lim nobilior Schetus equeſtris erit,
D epreſſus iaceat quàm ſi ſermone pedeſtri,
V ix ulli antiquo conſpiciendus auo.
C rede mihi, latices Graio de fonte petitos,
Q ui ſitiet lymphas protinus ille petet.
N ec tardum in ſicca ſpatiare iuuabit arena,
D um nouus albenti labitur amnis aqua.
Q uiq́; noui properat commotus nomine uatis,
L ecturum primo libera uerba putes?
N auſeet ille prius cum libera uerba uidebit,
N ec cupido iniĳciet ruſtica proſa moram.
Q uam mox indignans, merito carbone notarit,
C um noſtro explodens nomine poſteritas:
N on ſecus, arentes quàm uerno tempore ramos,
A rboribus curua ruſtice falce putas.
I nterea caſſa uerborum, uixq́; legenda
O bductus ſerie, Schetus honore uacet.
Q uemq́; tui iactas uicturum nomine libri,
I n tenebras preſſus concidet ante diem.
C ontemptuſ'ue ruet præbens ludibria uulgo,
V t uetus euerſa diuus in æde ſolet:
N i ſint Auſonia bene conſeruata Camœna
N omina, cumq́; ſuo continuata libro.
M æcenas lateat: neq; enim hoc ſub nomine lætas
Q uid faciat ſegetes, me didiciſſe ſciam:
H unc niſi feciſſet ſtudio prudente poëta,
P rincipium incœpti carminis Andiades.

Adde quod abſurdum poterit fortaſſe uideri,
Carmina carminibus non phalerata ſuis.
Præcipuè uates quæ mittit munera uati,
(Si mihi das huius nominis Heſſe decus)
Namq; ego queis cupiam decorari munera uerbis,
Doctus ab ingenio ſcis Eobane meo.
Cum me uerba iuuent numeros diſpoſta per aptos,
Dulcius inq; aures quæ modulata fluunt.
Quàm uaga quæ hac illac prorſus ſine lege feruntur,
Quæq; mouent nullo tempora docta ſono.
Talia de blanda ſemotus ruſticus aula,
Inculto potius fuderit ingenio.
Talia patronus numeroſæ neſcius artis,
Pro triſti amuſo digerat ore reo.
Te maiora quidem, Regem, cui pulchra triumphis
Implæis ſemper fulgeat aula, decent.
Nam regem, regesq; omnes ſuperare fatemur,
Fortunæ tantum quos comitatur honos.
Ille etiam quo ſe nunc Heſſia iactat alumno,
Magnanimus quanquàm, cedere iure uolet.
Olim qui ignota forſan recubabit in urna,
Regia miratur dum tua facta nepos.
Tantum non humili calamum ſubmittere proſæ,
Deuotum Muſis carminibusq; uelis.
Illa ſcholis etenim & ſacris linquenda magiſtris,
Tantum ſollicito eſt Diua creata foro.
Sponte tibi lætum cadit in ſua tempora carmen,
Inq; laboratum manat ab ore melos.
Sit pudor inſolitas animum demittere in artes,
Affectaſſe tibi eſt libera uerba pudor.
Victuris quæ uis præſertim innectere chartis,
Vt laudem à priſca poſteritate ferant.
At quò diuerſum rapit indignatio? quò ue

M œſta trahit fuſis nos elegia comis?
N am fuerat dixiſſe ſatis me carmina malle,
Q uàm laxa & Clario ſcripta inimica Deo.
P erdere quæ ſubitò ualeat carioſa uetuſtas,
N on condita uelut marcida facta ſale.
N on tulit indignans tantum hoc Ioue nata Thalia,
D iua iuuentutis tempore culta mihi.
N am ſcripturus eram uerbis de more ſolutis,
A rtis & ingenij conſcius ipſe mei.
S piritus ille etenim eſt tenues reſolutus in auras,
Q uem dederat puero turba nouena mihi.
E t poſtquàm amuſi iam ſector munia Pluti,
C armina non meus eſt compoſuiſſe labor.
N umine corripuit ſed nos Dea protinus, atq;
I mpulit in triſtes uerba coacta pedes.
H emq; ait, indignum te Eobanus carmine ducat?
S cribere Caſtalio non uolet ore tibi?
I pſa tuo uidi gaudentem carmine Phœbum,
P rimitiasq; tui ſpiritus æther habet.
M acte animo, priſcis reparatis uiribus inſta,
E t qui ſis Heſſus uir ſciat, inquit, age.
E t ſimul inuaſit ſubitus uaga pectora, ſummo
D emiſſus cœlo, Pieriusq; furor.
E t feror in numeros, ceciditq; in tempora carmen,
Q uæ uelut ἀπνευστὶ continuata uides.
N amq; Cytheriadum labor hic, mihi crede, ſororum,
N on mercatoris, Mercurij'ue fuit.
S piritus æthereo mentem delapſus Olympo,
I mplicuit miris explicuitq; modis.
A t nunc terribili uocat atra taberna tumultu,
E t cogit ſolitum continuare iugum.
F orſitan & genitor tardum increpitabit, & arcti
C armina iacturam temporis eſſe feret.

Ergo fatigatum furor ô furor alme relinquis?
  O furor ingenio dulcis alumne meo.
Nunc demum ſacro turbatum numine pectus,
  Concidit, & nullo garrula lingua ſono.
Et iaceo contemptus humi, qui celſa petebam
  Sidera, diuorum ſummaq; templa modò.
Nec ſecus, Herculea quàm qui iacuere ruina,
  Deprendo morbo diffugiente malum.
Et gemo diuino ſedato pectoris æſtu,
  Redditus ingenio deficiente mihi.
Cum mihi iam nullas ſupereſſe in carmina uires,
  Et uideam reliquum gutturis eſſe nihil.
Ergo mihi ne ſim diſcordi fine pudori, &
  Ora rubor lingua deblaterante notet,
Neu nimius uidear, ſeráq; coronide longus,
  Offendantq; animum tædia longa tuum,
Heſſe Cytheriadum decus immortale ſororum,
  Præſtiterit filum præſecuiſſe: Vale.

Tuus ex animo
Caſpar Schetus Coruinus
Mercator Antuerpianus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA